

~~247~~

172

355

172

UNIVERSITY



A1

152



Commentar. de rei alienae pignore, seu ad Tit. C. Si res aliena pignori data sit. fol. 1.

Cap. I. de inutilitate pignoris rei alienae. f. 1.

Cap. II. de convallescentia pignoris rei alienae ex causa acquisiti domini a debitore, pro explicat. text. in leg. Cum res s. C. hoc tit. vel ex causa ratihabitionis Dni. f. 17.

Cap. III. in quo casus, quibus rei alienae pignus subsistit, sigillatim explicantur. f. 22.

Academicus Apparatus ad Tit. de Servo pignori dato manumisso. f. 25.

Cap. I. de servo speciali pignori, vel hypotheca expressae, seu tacite affecto, a debitore manumisso. f. 25.

Cap. II. de Servi generali pignori obligati manumissione. f. 36.

Cap. III. in quo exponuntur aliqui textus nostri Tituli. f. 37.

Cap. IV. in quo quaedam in superioribus omissa notantur, et exponuntur. f. 38.

Commentar. de Transmissione hereditatis ad Tit. ff. de acquirenda, vel amittenda hereditate. f. 41.

Cap. I. in quo circa non dum aditam hereditatis transmissionem generalis regula statuitur, eiusque limitationes secundum Jus Pandectarum exponuntur. f. 41.

Cap. II. de Transmissione hereditatis suis heredibus delatae juri Accrescendi, et umco conjunctae Substitutionis. f. 56.

Cap. III. de hereditatum Transmissionibus ex novis Constitutionibus. f. 70.

Cap. IV. in quo, Vtrum vulgaris Substitutio hereditatis Transmissionem excludat, discutitur. f. 78.





85

Handwritten signature or name

Handwritten text

Handwritten text

Main body of extremely faint, illegible handwritten text





†

1

# De Rei alienæ pignore, seu ad titul. C. Si res aliena pignori data sit, methodicus tractatus, ≈ ≈ ≈ seu Commentarius ≈ ≈ ≈

## Caput Primum.

### De inutilitate pignoris rei ≈ ≈ ≈ alienæ ≈ ≈ ≈

Ex vasto de Pignoribus tractatu partem illam, quæ ad rei alienæ pignus Num. 1.  
expectat, idèo illustrandam selegi, quia cætera subtilitate vincit, et utilitate  
præcellit. Verum priusquam rem ipsam aggrediar, et dicenda clarius percipiantur,  
notandum duos, civilem, nominatumque contractum pignoris se contrahi. l. 1. §. Credi-  
tor. 6. de Oblig. et act. §. Ut. Inst. quib. mod. se contrah. oblig. et ex eo duplicem pigno-  
ratiã actionem Oriri, directam unam, et Contrariam alteram. Actio pignoratitia  
directa competit post solutionem, aut satisfactionem adversus creditorem ad pignori  
restitutionem; Contraria vero competit creditori adversus debitorem pro impensis in  
re pignori factis, quo pertinet integer titulus de Pignoratitia actione. Præter qua  
duas personales actiones competit etiam creditori ad pignori persecutionem rei vindi-  
catione civilis competit etiam creditori contra bonos possessores. l. Si fundus. 16. §. In Ven-  
dicatione. 3. l. Pignori. 17. ff. de Pignorib. l. 18. C. eod. tit. quia rei vindicatio civilis non  
solum competit respectu proprietatis, sed etiam ratione possessionis. l. 2. C. Si unus ex plu-  
rib. hæred. cred. vel debit. 18. Possessio vero rei pignoriata residet penes creditorem. l.  
Qui pignori. 36. cum l. seq. ff. de acquir. posses. fundat late Valentia lib. 1. Illustr. tract. 2.  
cap. 11. per totum. Hæc obtinent in pignore tradito; cæterum si abique traditione nu-  
da solum conventio intercesserit, ut rei aliqua sit creditori pignori nomine obli-  
gata Iure civili, nulla contrahitur obligatio, quia nudum pactum nudam produ-  
cit obligationem. l. 7. §. Sed cum nulla. 4. Veri. Igitur nuda de Pactu, Iure tamen  
Prætorio utilitatis causa nuda pignori conventio, quæ hypotheca dicitur, confir-  
matur. l. Si tibi decem. 11. §. De pignore. 2. de Pactu, juxta quam doctrinam intelli-  
gendi sunt tñ. in l. 1. in princ. et §. 1. l. Si rem. 9. §. Proprie. 2. de Pign. act. l. Contra-  
hitur. 4. de Pignorib. et plures, in quibus nuda conventio hypothecam contrahi di-  
citur, non scilicet Iure civili, sed ex æquitate Prætoris, qui in eo utriusque consulit,  
debitori scilicet, et creditori; debitore, ne cogereur rei pignoriata carere possessione  
vique dum debitum solveretur, creditori, dum ei eandem securitatem præstat, quæ  
haberet, si pignus traditum fuisset ei; Namque Prætor ex sua jurisdictione ac-  
tionem Servianam, aut hypothecariam concedit n. solum adversus debitorem, sed  
et contra tertios possessores ad avocandam possessionem. l. Si cum Venditor. 66. de Evic-  
tionib. d. l. 18. C. de Pignorib. §. Item Serviana. §. Inst. de Action. docent Cusac. 28.  
quæst. Papin. in d. l. 66. de Eviction. et Duaren. ad titul. de Pignori. act. cap. 12.  
Vnde sive pignus tra-  
datur, sive nuda conventione constituatur, ampliozem securitatem creditor Nan-  
ciscitur, quam habet per personalem actionem ad suum creditum persequendum, cum  
plur. cautionis in re sit, quam in persona. l. Plus cautionis. 25. de Seq. Iur. qua ratione

UVA. BHSC

Num. 2.



Creditor in accipiendo pignore nihil, aut parum curat de obligatione personalis debitoris, quae datur in contractu pignoris, quia superflua erit plerumque, et sine usu haec obligatio, cum jam habeat obligatum debitorem ex antecedenti obligatione, cuius accessionum est pignus, sed potius agit de acquirendo Iure Reali in re pignoratam in maiorem cautionem, et debiti securitatem: Ex quo fluit, rei pro suo alienae pignus nullum esse, ut probant tōi. in l. Debitor. 2. l. Aliena. 20. l. Rem alienam. 4. de Pignori. act. l. in pign. l. Si superatus. 3. l. Et quae non dicitur. 18. §. 1. l. Si Pignori. 22. l. Sex Vestigal. 3. de Pignori. b. l. 4. §. Sed et Marcellus. 3. de Indiem addict. l. Ante omnia. 23. de Probationib. l. Si rei. 3. Quib. mod. pign. vel hypoth. solv. l. Qui filios. 6. C. Quae rei pignori. l. 2. l. Quae praedictum. 6. et per totum hoc nō tit. cum alijs sexcentis. Cujus rei ratio provenit ex eo, quod in pignoris datione illud agitur, ut rei obligetur creditori, acquiratur quidem Ius in re pignoratam, cuius ratione eam potest a quocunque possessore vindicare. d. l. 16. §. In vindicatione. 3. de Pignori. b. d. l. 66. de Evictioni: atqui Ius vindicandi rem a tertio possessore proprium est dominij. l. In rem actio. 23. de Rei vindic. aut ejus Iuris, quod se habet ad ius dominij. l. de Publica in rem act. §. qui dominium n. habet aut aliquod Ius, quod potest a tertio avocare, n. poterit illud Ius transferre in creditorem. ex vulgari regula tōi. in l. Nemo plus. 52. de Reg. Iur. et per consequens nec poterit rem nepos pignoris obligare. Ex quo infero, quod n. praesens requiritur ad contentiam pignoris debitorem dominium esse rei pignoratam, sed sufficit aliquod Ius in ea habere, seu eam habere in bonis, ut loquitur tōi. in l. 3. l. Sed et quod 3. in pign. de Pignori. b. d. l. de Probat. l. Cum rei. 5. d. l. 6. C. h. nō tit. d. l. 6. C. quae rei pignori. cum similib. rem autem in bonis habere intelligitur non solum qui dominus est, sed et qui possidens exceptionem, aut amittens ad recuperandam eam actionem habet. l. Rem in bonis. 52. de acquir. Res. domin. l. Bonorum. 49. Ver. In bonis de V.S.

Num. 3.

Quapropter debitor bona fide, et iusto titulo rem alienam possideat, et eam pignori dederit, recte pignus constituit, quia Res in bonis debitoris est. d. l. 49. Ver. In bonis de V.S. cum habeat publicianam actionem adversus quemcumque possessorem, ut constat ex toto tit. de Publica in rem act. §. Namque. 1. Instit. de Actioni. extra dominium rei. l. penult. et ult. de Publiciana, et quemadmodum Praetor tuetur debitorem per Publicianam, ita etiam tuetur creditorem per Servianam, aut quasi Servianam. Expressi sunt tōi. in l. Si rem alienam. 29. de Pign. act. l. Si ab eo. 18. l. Si inter Colonum. 24. §. Si debitor. 1. de Pignori. b. Similiter etiam intelligitur tōi. in l. 5. §. de Migrando, juxta quam doctrinam intelligi est difficile tōi. in l. Si non dominus. 14. qui potior. in pign. hab. ubi docet Paulus, quod si non dominus duobus eandem rem in diversis temporibus pignora verit prior potior est, sed si a duobus non dominus eadem rei diversis temporibus pignorata fuerit, potior praefereendus est. In qua decisione, dum Consultus rem alienam recte pignori obligatam esse supponit, ponendum est, debitorem bona fide, et iusto titulo rem obligatam possidere, juxta aliam ejusdem Consulti decisionem in d. l. 18. docet ex alijs notis D. Nicolai de Castro ad princip. Instit. de Empt. et Vendit. §. 18. num. 34. quaeque i deo non explicis, quia non onerant praesentem inspectionem. Videndi etiam sunt ad eandem Cujac. lib. 7. Digest. Iulianum in l. Si ve autem. 5. Si duobus. 4. de Publica in rem act. Anton. Faber de errorib. Pragmat. deced. 24. error. 10. et deced. 86. c. 2. et Baldus de Pignori. b. cap. 19.

Num. 4.

Huius tamen doctrinae opponitur elegans, et ad rem parum notus tōi. in l. Sed et 25. §. Si tamen pignori. 14. de Petit. h. aedit. ubi si bona fidei possessor haereditatis rem aliquam haereditariam pignori dederit, n. ideo videtur attingere alienam haereditatem, cum ipse sit obligatus. Ex qua Vlgiana decisione sic graviter argui poterit: Enim bona fidei possessor rem alienam pignori dedit, et tamen ex ejus pignoris datione solium nascitur



Nascitur actio personalis, non vero transferretur in creditorem. Ius aliquod in re pignoratam, cuius ratione eam possit a tertio possessore vindicare, ut constat tum ex eo, q. Consultus scribit, non videri hereditatem attingere bonae fidei possessorem, qui rem hereditariam pignori dedit, tum etiam ex ratione, quam subijcit, quia ipse solus obligatur, quam dicitur solam persona bonae fidei possessoris obligatur; Veri vero hereditaria pignori nempe non tenetur: q. falso diximus, bonae fidei possessorem utiliter rem alienam pignori dare, et n. solum ipsum obligari, sed Ius in re pignoratam in creditorem transferri. Hinc difficultati respondeo, Consultum in §. 14. ut constat ex §§. anteced. solum quaerere, an bona fidei possessor cum contemplatione hereditatis mutuum pecuniam acceperit, eo nomine rem hereditariam obligari pignori, hoc ipso videatur attingere hereditatem, id est non videri aliquid ex hereditate consumpsisse, aut diminuisse, ac per consequens eam rem simul cum hereditate integram restituisse teneri; quia licet bona fidei possessor n. teneatur eorum rerum nomine, quas consumpsit, aut dilapidavit d. l. 25. §. 11. tamen in praesenti rem hereditariam n. consumpsit, cui sit ipse obligatus ad solutionem pecuniae, quam mutuum accepit, nec pignori consistere possit in praedictum veri haereditis; Nam Ius creditoris dimittendum est a Iure debitoris. d. l. 18. §. 1. de Pignori. quod in praesenti nulla exceptione seueri posse aduersus verum haereditem, tenebitur tamen proculdubio bona fidei possessor de dolo vero haerediti cavere propter periculum pignori ex regula t. in l. 18. de rei vindicat. Nunc de his, quae pro ejus explicat. dicantur infra n. 33. cum seq.

Ex supradictis etiam inferitur, quod plena proprietatis dominus potest non solum rem, sed ejus usufructum solum pignori obligare. l. Si quis qui bona. §. 2. l. 15. in prin. de Pignori. quia licet plena proprietatis dominus non habeat rei suae usufructum in ratione servitutis. l. 5. ff. Si usufructus petatur. l. 26. de Servit. Urban. praed. habet tamen usufructum in ratione commoditatis. Et hanc solum commoditatem, seu fructuum perceptionem pignori intelligitur, dum pignori obligat usufructum; Etenim per oppignorationem usufructus factam a plena proprietatis domino n. potest intelligi usufructus a proprietate separatus, seu in ratione servitutis constitutus, licet a licet per venditionem, aut donationem, aut alium similem titulum possit plena proprietatis dominus usufructum constituere in ratione servitutis. l. Quod nostrum. §. 63. de Usu. §. 5. Instit. eod. docent Cusac. lib. 11. Respons. Papin. ind. l. 11. §. 2. de Pignori. et Faber in rationali posit. ad eundem titulum. Pariter et usufructuarius potest usufructum pignori dare. d. l. 11. §. 2. quia licet usufructuarius n. sit dominus rei, in qua habet usufructum. l. Recit. §. 2. de OS. cum vulg. habet tamen Ius in re, cuius ratione ei competit vindictio, sive actio confessoria, de qua in l. 1. et per totum. Si usufructus petatur. §. 2. Instit. de Action. Itaque n. aduersus creditorem proprietarii, seu usufructuarii egerit, cum Praetor teneatur per exceptionem, quemadmodum ejusdem exceptionis auxilio teneatur emptorem usufructuarius in l. 11. §. 2. de Pignori. =

Nec tunc obstat etiam in l. 6. C. de Usu. ubi Alexander docet, usufructuarius rem pignori dare non posse; Nam resp. Imperatorem, ut liquet ex ipso textu, non avertere, usufructuarius n. posse rem, cuius habet usufructum, pignori nomine obligare, sed solum n. posse proprietatem pignori, quia licet Ius habet in re, tamen nec est dominus proprietatis, nec rei, cuius habet usufructum. d. l. 25. de V. S. Cujac. 11. Resp. Papin. in d. l. 11. §. 2. de Pignori. Quae doctrina ex eo confirmatur; Namque ea ratione creditor, cui pignori est datus usufructus, solum usufructum potest distrahere, non vero proprietatem. t. in l. 1. C. Si pign. pignori datum sit. Ex ea etiam paritate suadetur, quod nudae proprietatis dominus solum proprietatem, non vero usufructum pignori dare potest. l. 2. C. de Usu. non solum quia non potest detentorem reddere conditionem fructuarii, sed etiam quia licet sit dominus proprietatis, n. tamen habet Ius in re sua vendendi fruendi: q. pariter qui usufructum habet, licet habeat Ius

Num. 5.

Num. 6.



Num. 7

Vendi, fruendi, non tamen est Dominus proprietari-

Differt in eo Vniuersus ab Vni, ut jam diximus; quia licet

Vniuersus potest Vniuersum pignori, tamen Vniuersus non potest Vni pignori obligare. Ratio differentia ea est. Ideo Vniuersus potest Vniuersum pignori: q. Vniuersus rei est pignori dare licere. l. Vlt. de Vniuers. l. fructus. de Ven. Iur. Et quia cum Vniuersus omne rei commodum, et emolumentum contineat. l. Marci. 66. §. fundo. 6. l. Cum fructu. 76. §. de leg. 2. potest Vniuersus Ius reale percipiendi fructus in alium transferre. l. Arboribus. 12. §. Vniuersus. 2. l. Cui Vniuersus. 67. de Vniuers. per consequens potest eum pignori obligare ad hoc ut creditor interem dum n. solvatur pecunia, Vniuersus fructus. d. l. 11. §. 2. de Pignori. Caterum Vniuersus n. solum Ius personale, Verum nec Ius reale utendi potest in alium transferre. l. 11. de Vni, et habitat. §. Minus. t. cum 2. seqq. eodem, ubi notant Interp. communiter, quod in Vni expectatur persona Vniuersus, ut pro conditione, et dignitate mutatur, quod fieri non potest, si in alium Ius reale transferatur, et proinde non potest Vni pignori obligare. Rursum inutile est, quod vendi non potest. l. 4. de Pignori. act. l. 11. C. de Vni. pignori. atque licet Vniuersus pignori datus ponit dicitur a creditore, tamen Vni dicitur non potest. l. 11. de Vni, et habitat. cum similibus. Nihil g. mirum, quod et Vniuersus ponit pignori obligari, Vni tamen pignorationem n. recipiat. docet Cusac. lib. 15. obier. cap. 6. Faber in Vni. ad tom. in d. l. 11. §. 2. de Pignori. et 19. Conjec. cap. 8.

Sequitur, ut videamus

Num. 8

an Iura praediorum, seu servitutis praediales ponit pignori obligari. Et quidem ut certa ab incertis separamus, si praedium pignori datum sit, cui servitus debetur, creditori competit utilis vindictio servitutis, sicut et pignus praedij. l. 1. §. 16. de Servitutib. l. 9. de Novi operi nuntiat. l. Vni. §. fin. de Remiss. quia servitus praedialis praedio inharet, et illud comitatur quocumque vadat. l. Viam. 23. §. 2. de Servitut. Vniuersus. l. Cum fundus. 12. Communia praedior. l. 47. de Contrah. empr. cum Vni. quo care non servitus obligari dicitur, sed quod praedium sua qualitate sequuntur, quemadmodum Iure Veteri per consequentiam servitus Vni capiebatur, cum id praedium Vni caprum esset, cui servitus debebatur. l. Si aliena. 10. §. 1. de Vni cap. certum etiam est, quod servitus praedialis jam constituta non potest sine praedio dominante pignori obligari; Nam utique adeo Ius praedij dominantis, ut neque aliud quidquam esse videatur, quam quod praedium ipsum aequaliter se habens, seu qualitate illa affectum. l. Quid aliud. 86. de Vni. nec a praedio, cui inharet, ponit separari. Accedit alia ratio; Nam nullius momenti est pignus, quod dicitur non potest, ut nuper diximus, servitus n. potest sine praedio dicitur. l. 33. §. 1. de Servitut. Iuric. quia domino praedij dominantis non licet alij servitutum praedio decedere, et sic facere deteriorem conditionem praedij servientis ex l. 20. §. 1. de Servitut. praed. Vni. ergo praedij inutile erit pignus servitutis constituta. docent sic contra Cusacum sentientes d. lib. 15. obier. cap. 6. cuius sententiam tenet Bachov. de Pignori. lib. 2. cap. 7. num. 11. in l. 8. §. 5. de Precario Duarenus lib. 2. cap. 1. Faber d. lib. 19. cap. 6. nec enim Verum est, quod contendit Cusac. scilicet servitutum praedialem posse sine praedio dicitur ex l. Cum manu. 80. §. 1. de Contrah. empr. l. 3. §. 2. l. 6. §. 1. de ac. Empti; Nam in hi Iuribus agitur de servitute per venditionem constituta, quae proculdubio nihil prohibet vendi etiam fundo non vendito, quoniam ut ponit vendi, necesse est fundum retineri a venditore servituti, quoniam alioquin vendito fundo nulla potest servitus restitui, cum non ponit fundus Dominus servitute. l. In re communi. 26. de Servitut. Vni. praedior. docet Anton. Faber ubi nuper.

Num. 9

Videamus ergo an servitus constituta ponit pignori obligari. Et ut rei penitus intelligatur, aut queratur, an servitus per contractum pignori in ratione servitutis ponit constitui, aut in ratione commoditatis vendi. Si queratur, an ponit constitui in ratione servitutis, Responderetur, non ponit



non posse ex ea ratione; Nam ille titulus habili est ad constituendam servitu-  
 tem, aut transferendam quamlibet rem incorporalem, qui est habili ad trans-  
 ferendum dominium rei corporali. S. fin. ubi notant Interpp. In tit. de Servitut. atque  
 titulus, seu contractus pignori non est habili ad transferendum dominium rei corporali.  
 l. 35. S. 1. de Pignori. act. cum similibus; g. non erit sufficiens ad constituendam servitutem.  
 Ruzius. Ideo servitus per precarium constitui non poterit. l. Si precario. ff. Commu-  
 nia praedior. ubi Cusac. J. quart. Papin. quia precarium non est titulus sufficiens  
 ad transferendum dominium rei corporali. l. 1. S. fin. de Precario: g. pariter titulus  
 pignori, qui non est habili ad transferendum dominium rei corporali, non erit  
 sufficiens ad constituendam servitutem, in quo non distat V usufructus a servitutibus  
 praedialibus; Nam idem illi tituli, qui requiruntur ad constituendam servitutem  
 praedialem, idem exiguntur ad constituendum V usufructum S. 1. In tit. de V usufruct.  
 l. 3. in fine principij eod. juncto S. fin. In tit. de Servitut. ergo cum titulus pignori n.  
 est sufficiens ad constituendam servitutem praedialem, neque etiam erit suffici-  
 ens ad constituendum V usufructum. Ex qua doctrina facile convincitur Faber, qui  
 dicit lib. 19. Conjectura. cap. 8. existimat V usufructum per contractum pignori ipso Ju-  
 re in ratione servitutis constitui ad differentiam servitutum praedialium.  
 Neque etiam obstat ratio differentia ab eo adducta, quae sic se habet: Ideo  
 servitutes praediales per contractum pignori constitui non possunt; quia titulus  
 pignori non est perpetuus, sed temporalis; Servitutes neque ex tempore, neq.  
 ad tempus possunt constitui. l. 4. de Servitut. atque V usufructus et ad tempus  
 et ex tempore constitui poterit. l. 4. de V usufruct. l. 16. S. 2. famil. dicitur. ergo stat op-  
 timè V usufructum constitui ipso Jure per contractum pignori ad differentiam  
 servitutum praedialium =

Num. 10.

Non inquam haec differentia ratio obstat; Nam facile  
 respondeatur, quod positiva ratio, propter quam servitutes praediales n. possunt per  
 pignori constitui, non pender ex eo quod ad tempus constitui non possunt, sed ex eo q.  
 ad tempus constitui non possunt, sed ex eo quod ut dicitur pignori non sit sufficiens  
 ad translationem dominij rei corporali, neque etiam est habili ad constitutionem  
 servitutis. l. 4. de Servitutib. quod vel ex eo dignoscitur, quod alioquin si ea totum  
 ratio, quod scilicet servitutes praediales ad tempus constitui n. possunt, eas per pig-  
 nori constitui impediret, servitutes per pignori constitueram Praetor tueretur in ra-  
 tione servitutis, quemadmodum servitutes praediales per titulum perpetuum ad tem-  
 pus constitueram Praetor tueretur in ratione servitutis. atque servitutes per pignori constitueram Praetor  
 non tueretur in ratione servitutis, ut statim dicemus; g. non solum ea ratio impedit  
 per pignori praedialem servitutem constitui. Nec tunc obstat regula l. 1. in l. 4. de  
 Servitutib. ubi servitutem praedialem ad tempus constitueram Praetor tueretur in ra-  
 tione servitutis; Nam ut jam diximus, haec regula in servitute praediali per ti-  
 tulum ex sui natura perpetuum ea conventionione contrahentium ad tempus constitui  
 ta, quod et in summo Jure non teneat, tamen aequitatis ratione a Praetore defen-  
 ditur, non vero in servitute per titulum temporalem constituta, quae ex defectu ti-  
 tuli nullo Jure in ratione servitutis defenditur, idemque de V usufructu dicendum  
 est; Nam pariter textu regula in d. l. 4. de V usufruct. cum similibus, quae habet, V usufructum  
 ad tempus utiliter constitui, procedit in V usufructu per titulum ex sui natura  
 perpetuum ad tempus constitutum, non vero in V usufructu per temporalem titulum cons-  
 tituto, qui tunc etiam ex defectu tituli inutiliter constituitur, quod ex eo probatur Cui-



denari; Nam alioquin usufructus per temporalem pignori titulum ipso Iure in ratio-  
ne servitutis constitueretur, ut concedit Faber; atqui non constituitur ipso Iure, quin  
imò nec Prætor eum tueretur in ratione servitutis, sed solum in ratione commoditatis  
d. l. 15. §. 2. de Pignori. Ergo nec usufructus, nec servitutis prædiales necesse Iure ci-  
vili, nec ex Iure prætorio possunt per pignus in ratione servitutis constitui.

Num. 11.

¶ Habemus jam servitutes per pignori  
contractum in ratione servitutis non posse constitui, nunc videamus, an saltem  
in ratione commoditatis possint à dominis prædiorum pignori, vel hypotheca  
obligari. In qua re contra Duaren. d. lib. 2. disput. cap. 3. cum Cusacio d. lib. 15. ob-  
serv. cap. 6. quem sequitur Faber d. lib. 19. Conject. cap. 7. separanda sunt Iura prædio-  
rum rusticorum à Iure prædiorum urbanorum, ita ut Iura prædiorum rusticorum  
possint à dominis prædiorum pignori obligari, juxta Pauli decisionem in l. Sed an  
v. 12. de Pignori. Iura prædiorum urbanorum non possint pignori, sive hypotheca  
obligari. d. l. 15. §. Iura. cod. tit. et d. l. 12. et quidem propter utilitatem contracten-  
tium, ut loquitur Paulus in d. l. 12. aut propter utilitatem pignori, quem excepisse  
scribit Ulpianus in d. l. 14. §. 4. de Constituta pecun. Receptum fuit, ut Iura prædiorum  
rusticorum, quæ per pignus non possunt in ratione servitutis constitui, tamen in  
ratione commoditatis pignori obligari creditori vicinum prædium habenti, ut quan-  
do pecunia soluta non sit, hi Iuribus creditor utatur, et si pecunia soluta non fuerit,  
licet creditori ea Iura vicino vendere d. l. 12. de Pignori. quo casu Iura prædiorum  
rusticorum per distractionem factam à creditore in ratione servitutis constituuntur,  
quia titulus venditionis rei pignorate sufficiens titulus est ad transferendum domi-  
nium. l. Non est novum. §. 6. de Acquir. rer. domin. §. 1. ubi docent Interp. In tit.  
quib. alienare licet, vel non, et per consequens habili ad constituendam servitutem,  
nec requiritur expressa conventio ad hoc ut possit creditor Iura prædiorum rusti-  
corum sibi obligata vendere vicino, ut recte docent Cusac. d. lib. 15. observ. cap. 6. §. 9.  
de natura cujuscunque pignori est, ut possit à creditore distrahi d. l. 1. de pignori.  
act. d. l. 14. C. de Distract. pignori.

Num. 12.

¶ Contra quam doctrinam invertitur Faber d. lib. 19.  
conjectur. cap. 8. qui existimat, quod ad hoc ut Iura prædiorum rusticorum pignori  
obligentur, necessaria est expressa conventio, ut in casu non soluta pecunia  
licet creditori vendere ea Iura vicino, alia inutile esset pignus, cum ea conventio-  
ne non adjecta distrahi non possit, quia servitutes prædiales ita incorporabiliter præ-  
dij inhaerent, ut sine eis distrahi non possint, nisi in eis constituendis casum sit. l. 1.  
Cum evenit. §. 3. §. 4. de Servitut. rusticor. Rursum movetur ex l. 12. de Pignori. ubi  
ita demum ait Paulus, Iura hæc prædiorum posse pignori, si ea conventio inter-  
veniat, scilicet ubi quandiu pecunia soluta non fuerit, ei creditor utatur, ut si  
pecunia intra certum diem soluta non fuerit, licet vicino ea creditori vendere. §.  
sententia sine ea conventionem inutiliter Iura hæc pignori obligari. Verum à Cu-  
sacj sententia non puro recedendum, cui non obstant hæc Fabri fundamenta: non  
nam respondeo, quod licet Iura prædiorum inseparabiliter prædij inhaerent, ta-  
men distrahi possunt sine prædij, quod id in eis constituendis actum esset, ut ip-  
se Faber fatetur ex d. l. 33. §. 4. de Servitut. rusticor. Cum vero pignus constituitur,  
id ex natura contractus actum intelligitur, ut licet creditori rem pignoratam distra-  
here. Unde non adjecta ea conventionem recte prædiorum Iura pignori obligantur, quia  
ex voluntate debitorum dominum prædij servitutem potest creditor non soluta pecunia  
ca vicino



Ca Vicini in ratione servitium constituitur, cum hanc facultatem acquirunt ex ipso pignori contractu, quemadmodum et ex ea ratione cum creditore plena proprietari domino usufructus pignori obligatus in ratione commoditatis potest non soluta pecunia cum vendere, et in emptorem transferre in ratione servitii personali ex tacita voluntate debitoris. argum. tñ. in l. 57. ff. Solutio matrim. l. usufruct. 4. de Novationib. Nec etiam obstat secundum fundamentum; Nam respondeo, quod Paulus in d. l. 12. non adijcit superiorē conventionem, ut denotet ea non adjecta inutiliter hanc Iura praediorum pignori obligari, sed ut denotet hujus oppignorationis effectus, quod ex eo patet; Nam pariter adijcit eam conventionem, ut quandiu pecunia soluta non fuerit, eis Iuribus creditor utatur, quae tamen necessaria non est, cum ex pignori natura tacite adjecta intelligatur, ut facere scaber, et probat tñ. in l. 11. §. 2. de Pignori: idem ergo dicendum est de altera conventionē dicitur adijci, ut scilicet tacite adjecta intelligatur, cum non minus inest natura contractus, quam illa, ut nimirum eis Iuribus creditor utatur.

Num. 13.

Vrbano praediorum Iura nec in ratione servitii possunt per pignus constitui, nec adhuc ex aequitate a domino praediorum in ratione commoditatis pignori obligari. tñ. in d. l. 11. §. fin. de Pignori. Ratio differentiae provenit ex eo quod ad hoc ut Iura praediorum pignori obligentur, non sufficit creditorem habere praedium vicinum, sed requiritur, ut hujusmodi pignus alij vicino distrahatur, quia ut saepe dixi, inutile est pignus, quod alij vendi non potest; cum vero creditor habet et aedes vicinas Iura praediorum pignori obligantur, nulli alij vicino ea Iura utilia esse possunt, ac per consequens nulli alij vendi possunt, ut Iura vicini immittendi, et pignori creditor obligentur, nulli alij est vicinus, cui Iura illud vni esse possunt; Nam quod ex aedibus suis pignus immittit, creditor in aedes debitoris non aequo alij vicino ex suis aedibus in eadem parte unum est, et utilitas, et consequenter id nunquam aliter vicinus emptor est, alius vero non vicinus nunquam, aut frustra emerit: Qui ergo Iura inutile pignus esse debet. Idemque cerni potest in alij vrbano praediorum Iuribus; Iura vero praediorum rusticorum alij vicino distrahatur possunt, cum possunt uno itinere plures partes aditus in suis fundo, et per consequens possunt alij vicino aequo esse utile pignus. docet Cujac. d. lib. 15. Observat. cap. 6. et Faber l. 19. Conjectur. cap. 7.

Num. 14.

Verum aduersus dictamen inter Iura praediorum rusticorum, et vrbano sic argum. Interponitur praedium vicini non impedit, quominus servitium vrbana constituantur. l. 38. cum seqq. de Servit. vrbano. l. 7. §. 1. Communia praediorum. l. loci. §. 1. ff. de iur. iur. cum l. seq. §. 1. servitium vindic. intermedium vero praedium impedit quominus rustica constituantur. l. Qui sella. 7. §. 1. de Servit. rustic. Ergo servitium vrbana pignori obligata potest a creditore vendi saltem illi vicino, cuius aedes sunt interpositae, et cuius maxime intercessit suis aedibus acquirere servitium, et ex contrario servitium rustica nulli alij potest vendi, ac per consequens vrbano praediorum Iura poterunt pignori obligari, non vero Iura praediorum rusticorum contra superiorē doctrinam. Cui difficultati respondeo, quod licet interpositum praedium vicini non impediat, quominus servitium vrbana constituantur, non tamen ex eo sequitur, quod Iura vrbani praedij pignori obligari possunt a creditore distrahatur; Nam vicinus frustra Iura illud emerit, cum eandem utilitatem habiturus est circa emptionem, cum non possit creditor eo Iure uti, quin utatur vicinus, cuius praedium interpositum est. Sed dices, vtile esse emptionem vicino, ne alioquin creditor acceperit pretio illud Ius debitori remittat; Verum haec ratio non potest inutile reddere hujusmodi pignus; quia cum dicimus, inutile esse pignus, quod vendi non potest, exi- gimus, ut invenire possit emptorem alium, quem debitorem, cum eo demum care ad pignori venditionem perveniat, quo debitor solvere non potest, quinimo apponamus



Ultra ad creditoris contiguas ad vicini, non tamen magis separandum est, ut vel  
vicinus sui illud emere, cuius commodum percipit etiam circa Emptionem praesentem,  
quia etiam si illud emerit, tamen erit in potestate creditoris suum servitium impe-  
dire, cum servitium non inhæreat debitis creditoris, sed debitoris; Ex contrario pro eo,  
quod intermedium prædium impediat, quominus servitium rusticæ constituatur,  
non sequitur, quod sui rustici prædij pignori obligatum non possit a creditore dis-  
trahi, cum fieri saepe soleat, ut pluribus uno vineæ pateat aditus in suis fundis: ita-  
que recte procedit superioris discriminem inter Iura prædiorum rusticorum, et vrbano-  
rum, ut illa rusticæ, hæc vero pignori, vel hypotheca non obligentur. Faber  
d. lib. 19. Conjectur. cap. 7. =

Num. 15.

Rursum contra supra tradita expendi potest etiam in l. 44.  
Locati, ubi generaliter ait Ulpianus, quod locare servitutem nemo potest: q. cum  
indivincte nulla Iura prædiorum possint locari, nec etiam potest pignori obligari.  
Sed ex mente Fabri in Rationali duplici modo hucusque intelligi potest. 1. si dica-  
mus, Consultum loqui de servitute constituta, quam proculdubio locare non potest  
sine prædio Dominus prædij dominantis iuxta dicta num. 8. licet alias fructua-  
rius possit commoditatem fructuum locare l. 12. §. 2. de Usu. §. 1. In fine. de Usu, et habet.  
quemadmodum nec dominus dominantis prædij potest servitutem prædialem sine  
prædio pignori obligare ad differentiam Frustruariaj. 2. dici potest, loqui Consultum  
de servitute constituenda, et auerere eam per locationem Iuribus non posse, quia lo-  
cationis titulus sicut non est sufficiens ad constituendam servitutem, sic nec est suffi-  
ciens ad dominium rei corporalis transferendum l. 39. Locati. Notandum tamen est,  
quod per locationem, sicut et per pignus possunt Iura prædiorum transferri in locan-  
tem, non quidem in ratione servituti, sed in ratione commoditatis vendi. Neque  
obstat, quod objicit Faber d. lib. 19. Conjectur. cap. 7. scilicet quod nulla datur necessi-  
tatis, aut utilitatis causa ad hoc ut per locationem Iura prædiorum in locatorem  
transferantur adhuc in ratione commoditatis vendi, cum facilius possit quis emere,  
quam Iura prædiorum ad tempus per locationem constituere, postquam placuit ser-  
vitutum constitutiones à Praesore defendi. l. 4. de Servitut. Nam respondeo, quod per  
Emptionem factam ad tempus servituti constituitur Iure prætorio in ratione servi-  
tuti, per locationem vero solum in ratione commoditatis ex ea differentia, quam dedi-  
supra num. 10. Unde quocumque dominus prædij vult aliquid tempus Iuri ad tempus trans-  
ferre, in ratione commoditatis, non in ratione servituti necessarius est contractus locati-  
onis =

Num. 16.

Expendi etiam possunt verba in l. 3. de Precario. l. Si quis sepulchrum. 12. de Relig.  
ex quibus aperte contra tam vrbano, quam rusticorum prædiorum Iura posse à do-  
minis precario utendo concedi: q. partes potest et pignori obligari: ac per conse-  
quenti falsa est distinctio superior inter Iura rusticorum, et vrbano prædiorum.  
Huius Iuribus deceptus Duaren. lib. 12. disp. cap. 13. episcopum, nihil interere inter  
Iura rusticorum, et vrbano prædiorum quoad hoc ut possint pignori obligari,  
qui error jam est in superioribus plene refutatus; nec enim juvant supra expensi  
verba; nam licet certum sit, quod per precarium servituti constituta non potest,  
ut ex l. 1. Communia prædior. probari supra num. 9. et docet Cusac. lib. 22. Observeat.  
cap. 33. tamen Iura prædiorum possunt in ratione commoditatis precario utenda  
concedi, quemadmodum et licet per commodatum nulla servituti possit in ratione ser-  
vituti commodare. et sic intelligi in l. 1. §. 1. in fine Commodati. Conducunt ab argu-  
tioni in l. Si gratuitam. 17. de Praescript. Verb. l. 5. in quibus caus. pign. Nec quoad rem dis-  
tant Iura vrbano prædiorum à Iuris rusticorum, licet multum differant cum qua-  
ritur, an pignori possint obligari, quia utraque precarij non ut Iuris pignori in distractione  
Constitut.



construit, sed in vi tantum ad libitum Domini, qui precario conceit. Vnde ex eo, quod Iura praediorum Urbanorum distrahí nequeant, inferri quidem pignori obligari non posse, n. Vero non posse precario utenda concedi. docet Cusac. d. lib. 15. Obiectat. cap. 6.

Num. 17.

Denique nec Vnusfructum, neque Iura praediorum posse pignori obligari, ex eo probari videtur; Nam illae solum res utiles pignori nomine obligantur, quae sunt in bonis debitorum. d. l. 15. de Pignor. cum similib. arguunt nec Vnusfructus, neque Iura praediorum sunt in bonis, ut docet Paulus in l. 1. de Vrsi. leg. ergo neque Vnusfructus, neque Iura praediorum possunt pignori obligari, sed tamen Iura praediorum, quam Vnusfructum esse in bonis dominorum certo certum est. Item quae aliud probat d. l. 1. de Vrsi. leg. Nam ut committitur adverteunt Interpretes, i. deo Paulus Ius praedij, cuius Vnusfructus ibi legatus proponebatur, in bonis testatorum n. fuisse docet, quia testator id Ius formaliter, et separatim non habuit; Nam utique ut Dñs. Ius habebat eundi in suo, poteratque Ius a dominio separare, alterique sub illa qualitate concedere, et alium eo Iure uti volentem prohibere; quae ratione Consultus addidit, neque esse extra bona: solum itaque ex eo, quod Dñs. huiusmodi Ius formale non habet, hoc est separatim a Iure domini in ordine servituti, Vnusfructus autem itineris tanquam Ius separati, et formalis legatus proponebatur: negat Paulus legatum esse Vnusfructum rei, quae esset in bonis testatorum, quippe non erat formaliter in bonis in ratione servituti, sed casualiter in ratione commoditatis, sive in bonis dominorum: Vnde recte stat pignori dari, seu hypotheca obligari posse; eo tamen servato discrimine, quod adesse inter Urbanorum, et Rusticorum praediorum Iura supra diximus.

Num. 18.

Inferri etiam ex supra dictis, n. solum cum, qui habet dominium quiritarium, sed cum, qui habet dominium bonitarium, rem pignori dare posse, ut probat ab argum. rōi. in l. Et in Provincia. l. 3. C. de Servitutib. cum utriusque utpote Vero Dño competat directio rei vindictio. l. 23. de Rei Vindic. docet Faber lib. 20. Conjectur. cap. 11. quoniam et si, qui cum dominus non sit, habet tamen utilem vindicationem, rem pignori dare potest, ut ecce si, qui in perpetuum fundum, vel ad tempus fruendum conducit a Municipibus, Dominus quidem non est fructus Vegetabilis, habet tamen utilem vindicationem non tantum adversus pignorem quemlibet, sed etiam adversus ipsos Municipales, si Vegetal solvat. l. 1. et per totum titulum. Si ager Veget. Vel Emphyt. per. pariter et Emphyteuta, id est qui alienum fundum vel in perpetuum, vel saltem in longum tempus fundum conduxerit, non a Municipibus, sed a privato habet utilem rei vindicationem, si modo statuatam solvat pensionem: Similiter superficiesarius, id est qui in alieno solo in perpetuum conducto superficiem, seu aedificium ita habet, ut certam mercedem praestet, licet Dominus non sit, quia superficies proprietatis naturalis; et civili Iure ad Dominum soli pertinet. l. 15. Si autem. l. et l. 2. de Superficie. tamen habet utilem rei vindicationem. l. In speciali. l. 3. in fine. cum 2. segg. de rei Vindic. docent Cusac. lib. 21. Pauli ad edict. in d. l. 73. de Rei Vindic. Anon. Faber d. lib. 20. Conjectur. cap. 11. hi ergo omnes etiam domini non sunt, tamen quia Ius in re habent. l. Si domus. l. 5. per. de leg. Rem pignori dare possunt. l. Tutor. l. 6. fin. l. 17. de Pignor. acc. l. Grege. l. 3. de Pignor. l. Superficie. l. 15. Qui portiones, quemadmodum et utilitatis causa possunt tam servitutes praediales quam personales constituere. d. l. 1. 5. qui autem. 8. et 5. Servitutes. vlt. de Superficie. Ex eadem etiam ratione creditor rem sibi pignoratam potest creditori suo pignori obligare. l. Debitor. l. 5. fin. de Pign. acc. ubi Cusac. lib. 3. responsi. Papin. d. l. 135. Cum pignori. l. 2. de Pignor. l. Non solum. 33. S. qui pignori. l. de Vnicap. l. 1. et l. C. Si pignus pign. datum sit, quia licet dominus non sit, habet tamen Ius in re, scilicet possessionem, quae potest in creditorem transferre,



ac per consequens actionem in rem: quæ omnia pignora ab huiusmodi Dominis contraria eo-  
rum Iure resoluta extinguuntur, ut inferius commodiori loco latius dicemus. Vide Fabrum  
de Errorib. ubi supra.

N. 19.

Uterius inferius, nomen, seu actionem quantum debitori pignori  
obligari possit. l. Si conveniret. 18. de Pignori. act. d. l. 13. §. 2. de Pignori. l. C. de Pignori. 3.  
Et qui potiores. l. Porquam. 7. C. de hered. vel act. vend. l. Nomen. 4. C. quæ rei pignori  
oblig. poss. quia nomen, seu actio debitori quæ sita in ejus bonis est. d. l. 13. §. 2. de Verb.  
Signif. cum similib. quæ imò licet res debita ex obligatione ei sit in dominio cre-  
ditoris. l. Servit. 39. de auro, et argent. leg. l. t. in prin. de Sibera. leg. tamen potest  
pignori obligari. l. t. de Pignori. d. l. 3. §. 1. qui potior. in pign. hab. quia quodam mo-  
do in bonis creditoris est, cum is, qui habet actionem ad rem recuperandam, ipsam  
rem habere videatur. l. Igu. 15. de Reg. Iur. Sed tunc merito quæret: Si actio est  
rei ex obligatione debita, et in bonis est, et ad hoc ut pignus realiter constituatur,  
sufficit rem pignoratam esse in bonis debitoris, cum nominis pignus Iure civili atten-  
to sit inutile, et solum Iure prætorio confirmetur, ut constat ex d. l. 18. de Pignori.  
act. et ex d. l. 7. C. de hered. vel act. vend. De pignore nominis videndus Bachov.  
de Pignori. lib. 2. cap. 8. Ex cuius doctrina potest etiam hoc aliter intelligi, maxi-  
mè cum nominis venditio Iure civili valida sit, nec indigeat Prætoris auxilio.  
l. Nominis. 3. l. Ex nominis. 8. C. de hered. vel act. vend. cum similibus, et quidam  
Emptionem, venditionemque recipit, etiam oppignorationem recipiat. Ex regula tñ.  
in l. 11. §. 2. l. Sed et quod. 9. §. 1. de Pignori. Cum dubio respondeo, quod ratio, ob  
quam nominis pignus Iure civili est inutile, pendet ex eo, quod natura pignoris  
repugnat, ut ejus extinguenda facultas pendeat ex arbitrio debitoris circa de-  
biti solutionem, aliamve solutionem. l. Si rem. 9. §. 1. de Pignori. act. l. 13. §. 1.  
Etiam si creditor. 4. de Pignori. Iure vero civili attento, et in potestate debitoris  
pignus nominis pro arbitrio resolvere, cum hypothecaria actio tantum durare  
debeat, quantum pecunia soluta fuerit. d. l. 9. §. 3. quod patet ex eo, cum huius-  
modi oppignoratio facere nequeat, quominus proinde debitor adversus debitorem  
suum agat, ac si nomen pignori datum non esset, proindeque liberationem conseq-  
tatur debitor, cuius nomen obligatum sit, si creditor suo solvat, quo facto, et sic  
extincto nomine pignus evanescit, quia ex necessaria consequentia, extincta re  
pignori obligata vinculum pignoris extinguitur. l. Si cui. 8. quib. mod. pign. vel  
hypoth. solv. l. Servo. 25. de Pignori. Inde ergo fluit, nominis pignus esse inutile  
Iure civili. Sed inrabit: Si debitor nomen pignori obligatum invito creditore con-  
perit eo nomine creditor suo debet nominari, quia contra bonam fidem, propri-  
amque conventionem id fecit: ergo non ex eo inutile esse debet nominis pignus.  
Verum respondeo, quod licet eo nomine debitor teneatur, tamen actio creditoris  
competens solum potest esse in personam, qua ipse non indiget, cum jam obligatum  
habeat debitorem ex principali obligatione, non vero in rem, quæ requiritur ad  
pignori consistentiam, et ampliore securitatem creditoris, qui plus cautionis  
habet in re, quam in persona. iuxta regulam tñ. in l. 25. de Reg. Iur. docet Faber lib. 8.  
Conject. cap. 15. quem laudat Onuald. ad Donell. lib. 15. Comment. cap. 43. lit. f. et Otea  
de Cessione Iur. tit. 4. quæ sit. 4. num. 24.

Iure vero Prætorio nominis pignus confirma-  
tur propter contrahentium utilitatem, quia scilicet utile est, et naturali Iuri con-  
taneum, ut quemadmodum licet inique de rebus suis pro arbitrio disponere, ita et  
licet

N. 20.



liceat debitori sui nomen pignori dare; Nam si quis pecuniam mutuam sine pig-  
 noribus invenire non poterit, neque aliud quidquam praeter nomina debitorum in bo-  
 ni habeat, iniquum, et inhumanum erit eum egestate laborare, si forte aut exigendi  
 debiti dies nondum venerit, aut non ita debitores pecuniam explicare possint, et praeter-  
 tum cum fructu rei sit, vel pignori licere. l. Pl. de Usu, ab usum erit Dominum  
 hoc rei sua fructu, et comodo privare, cum nominum Usu fructu Valeat. l. 3. de Usu.  
 ear. rer. Mac ita aquirari ratione motu Praetor tunc pignori nominis conven-  
 tione, ut ait Paulus in d. l. Si convenit. ff. de Pignori. acc. ita et ut creditorem in-  
 exigenda pecunia praeferat vero creditori, et debitori postquam creditori solverit, n.  
 patiatur a creditore suo conveniri; poterit namque creditor, cui nomen pignori da-  
 tum est, illud exigere actione hypothecaria, praeterquam an etiam ei competat realis actio  
 personalis, ad nos non attinet disputare. Videndi sunt Cusaci. in l. 3. de Oblig. et act. Do-  
 nell. d. lib. 15. cap. 13. qui late, et docte rem totam explicant. Olea d. tit. 4. quae l. 2. n. 24. Vig-  
 ad finem; et nomen rei corporis alicujus, illud exactum erit creditori pignori loco, quod  
 si exacta sit pecunia, ejus retinendi facultas competit creditori aquirari ejusdem com-  
 pensationis. Vique ad Iguerentem quantitate debiti. l. 18. de Pignori. acc. d. l. 135. 2. de  
 Pignori. Si vero debitor a suo creditore, qui pignus dedit, conveniatur, postquam aut  
 creditori solverit, aut ab eo certior factus sit de nominis obligatione poterit  
 eum exceptione doli submovere, quae subsidiaria est, et competit quocumque factum, quod  
 inter aliquos iuratum est, alij per quandam consequentiam prodere debet. l. 10. §. final.  
 cum l. sequenti de Pactis, alias si exceptionem scirent omiserit, et solverit, iterum  
 solvere tenebitur creditori, cui nomen pignori datum fuit. d. l. Rem. 4. C. quae res  
 pignori, poterit etiam creditor nomen sibi pignori obligatum discedere. l. 30. de Pignori.  
 et tam hypothecariam, quam personalem actionem in emptorem transferre. d. l. Postqu-  
 am. 7. C. de haeed. vel acc. vend. Unde constat, Praetorem, ut nominis pignus sustineret,  
 eandem securitatem creditori praestitisse, quam haberet, si qualibet alia rei pignori  
 erit obligata. docet Faber d. lib. 13. Conject. cap. 16. et in Variationali ad l. 18. de pign. acc.

N. 21

Nec tunc obicit, quod nominis venditio  
 ipso Iure sit utilis, nec indigeat Praetoris auxilio; Nam multum intererit inter Ven-  
 ditionem, et pignus; In venditione nominis licet directae actiones remaneant penes  
 Venditorem, utiles tamen transferuntur in emptorem, eique proprio Iure competunt,  
 adeo ut quidquid nominis venditor compensatione, exactione, aut qua alia ratione  
 fuerit consecutus, totum, id est integrum, emptori restituere compellatur. l. 21. §. vendi-  
 tor. 23. §. 1. de haeed. vel acc. vend. Unde cum Iure civili inspecto non sit in venditoris  
 arbitrio nominis venditionem extinguere, recte stat, nominis venditionem ipso Iure  
 validam esse; Constatum contingit in nominis pignore, ut jam diximus, quod ideo so-  
 lum Praetorio Iure sustinetur utilitatis causa; Ex qua ratione provenit eximiam  
 Faber d. lib. 8. Conjectur. cap. 1. quod scriptum est in l. a Divo Pio. 1558. de re judic.  
 l. Si in causa. 2. C. quando fin. vel privar. debet. sui debet. conven. poss. l. 5. de except.  
 rei judic. scilicet in causam judicari non aliter nomen pignori lucro capi posse, quaz  
 si nulla alia bona sint, quae sine controversia capiant, possideri queant, quia cum  
 nominis pignus ipso Iure nullum sit, et totum ratione Praetoria substat, frustra Prae-  
 tor, aut Iudex ab eo datus in executione judicati se interponeret ad constituendum pig-  
 nus in debitoris dominio, quandiu alia bona sunt, quorum natura, et conditio patiat,  
 ut pignori capi possint. Sed tamen fallitur; nam licet verum sit superius particu-



modum rei alienae venditae in vicem obligatione obstringuntur contrahentes; sed sola obligatio personalis, quae resultat ex contractu venditionis sufficit, ut consistat venditio rei alienae: q. pariter sola actio personalis pignoratitia, quae nascitur ex contractu pignoris sufficere debet, ut subiciatur pignus rei alienae. Cuius difficultati respondes, quod licet verum sit, quod ubi rei aliena pignori data est, contractus pignoris eatenus efficax est, ut producat obligationem personalem, tamen non est sufficiens, ut Ius reale creditor in re pignoriata acquirat: creditor vero dum pignus accipit, non curat de obligatione personali, sed potius de Iure reali, ut dixi num. 2. Unde obligatio personalis licet salvet substantiam venditionis in re aliena, n. tamen potest salvare substantiam pignoris, qua ratione nititur delictum superioris num. 0. Expositum inter venditionem, et pignus, quod nunc repeto: quod si appareat, rem venditam alienam esse, non tamen competit emptori adversus venditorem actio de evictione, donec rei auferatur. l. Si servum. l. de action. empti. d. l. 3. C. de Evictione. l. Si plures. ff. de cod. tit. nisi venditor scijset, rem alienam esse; tunc enim competit emptori statim actio ex empto in id, quod sua interit rem suam factam non esse, quia dolam etiam venditor praestare debet. d. l. 30. ff. de act. empti. d. l. Si servum. l. de action. empti. Vel nisi in homine contractus ante pretium solutum imminet evictio; nam tunc emptor pretium solvete n. cogitur, nisi fidejussores idonei a venditore ferantur evictionis nomine. l. penult. ff. de Peri. et commod. Rei vend. l. Si post perfectam. ff. C. de Evictione. At in pignore statim ac appareat, rem alienam pignoratam esse, licet ignorantia excuset debitorem a criminestellionatus, tamen in dis-tincte nulla scientia, vel ignorantia habita ratione competit creditori contrarium judicium pignoratitium. d. l. 16. ff. de pignora. act. cum alijs, quod ipsum probat rei aliena pignus nullum esse; nam ideo competit statim actio pignoratitia creditori, quia debitor fidem fefellit, nihilque actum fuit ex securitate, quam praestare debuit creditori.

N. 26.

Unde obiter dissolvimus secundum fundamentum Cusacij, et Petri Fabri expensum num. 3. Neque obstat, si dicat, si ergo nullum est rei alienae pignus, quomodo ex eo nascitur actio personalis? Nam respondes, quod pignoratitiam actionem inducit sola conventio, et datio pignoris, quae rei retinendi pignoris nulla causa subest, etiam si nullum pignus contractum sit, ut probat elegans, et ad rem selectus r. d. in l. Solutum. ff. de pignora. act. ubi docet Anton. Faber in Rationali: itaque licet rei alienae pignus nullum sit, tamen ex ea conventionione soluta pecunia competit actio pignoratitia directa debitori ad rem recuperandam, ne alioquin plus Iuris habeat creditor ex inutili constitutione pignoris, quam habere si fuerit, si utilis praecemerit: Similiter et competit creditori actio pignoratitia contraria vel ad hoc ut de dolo, et culpa debitoris recuperetur, vel ad petendas impenas, quarum restitutionem non magis potest debitor recusare, quam si rem propriam pignori dedisset. docet Anton. Faber in Rationali d. l. 9. de Pignora. act. Nec etiam obstat primum Cusacij, et Petri Fabri fundamentum expensum dicit. Num. 13. deductum ex regula r. d. in d. l. 9. ff. et d. l. 11. ff. de Pignora. Cui respondes, quod Regula illa vera est in suo sensu respectu capacitate rerum, quae venduntur, aut pignoratitiae; Nam si rei sit extra commercium, neque vendi, neque pignori potest. l. 1. ff. de fin. quae rei pignori et extra quae recipit venditionem, quia est in commercio, si nihil aliud impediatur, recte pignori potest; sed haec aequiparatio n. procedit in rebus alienis; nam quod rei sit aliena, non est qualitas rei, de qua agitur in d. l. 9. ff. sed extra rem dependens a Iure pignoris. docet ex Donello Bachov. d. lib. 2. de Pignora. cap. 3. quam etiam in interpretationem in effectu praestat Cusac. lib. 11. Respons. Pagin in l. 1. de Pignora.

N. 27.

Arguet sic aliqui: Licet pignus rei alienae nullum sit, tamen hypotheca valida esse debet: q. falso asserimus indistincte rei alienae pignus nullum esse. Anteced. probatur: Contractus omni, qui nudo consensu sine rei traditione perficiuntur, cadunt sub re aliena, ut potest qui exigunt translationem dominij, ut probatur ex eleganti r. d. in l. 1. ff. Ideoque Petrus. 3. juncto ff. ante. de rer. permitt. ubi Cum in



Cum in §. 2. dicitur Paulus, quod ex re tradita in ius obligationis praebet ad differentiam eorum contractuum, qui solo consensu perficiuntur, ex eo inferri in d. §. 3. alienam rem dantem nullam contrahere permutationem: sentit ergo rem alienam recte deduci in eos omnes contractus, qui solo consensu perficiuntur; atqui hypotheca sine rei interventu solo consensu constituitur. l. 1. Contrahitur. 4. de Pignori. cum vulg: Ergo hypotheca rei alienae utilis esse debet, licet inutile sit pignus, quod praeter consensum rei etiam interventum desiderat. Cui difficultati respondeo, Verum quidem esse rem alienam deduci posse in eos omnes contractus, qui solo consensu perficiuntur; non tamen ex eo inferri posse hypothecam deduci; nam licet ea nudo consensu constituantur, tamen Praetor fingit rem traditam esse, et ea ratione concedit hypothecariam actionem creditoribus. l. 66. de Eviction. §. Item Serviana. 7. Invenit. de Action. Unde neque pignus, neque hypotheca rei alienae subicitur, tamen ex eo textu non deducitur, ut in eos omnes contractus, qui se contrahuntur, rei aliena deduci non possit, nam commodari, et deponi rei aliena potest. Neque obstat, quod ideo Consultus avertit, rei aliena nullam esse permutationem, quia permutatio se contrahitur, nam sic explicanda est in contractus quidem omnes, qui solo consensu perficiuntur, rei aliena deduci potest, non vero in omnes eos, qui se contrahuntur, sed in aliquos, scilicet in eos, in quibus non agitur de aliquo Iure reali transferendo, ut in mutuum. l. 4. §. 2. de Oblig. et act. et l. 1. appellata. 2. de Reb. cred. permutationem, et pignus, cui Iure praetorio injecto similis est hypotheca, in quam ex ea ratione rei aliena deduci non potest.

Rursum expendi possunt textus in l. Si convenerit. 18. §. Si fundus. 2. de Pignori. act. et in l. de Salviano in re. d. in quibus si ancilla pignori obligata fuerit, partus ex ea editus penes emptorem emptoribus non debitoribus: §. rei proximi alienae pignus constituit. Sed ut respondeam, sciendum est, quod ancilla pignori obligata, partus ex ea editus vinculo pignori tenetur. l. Paulus. 29. §. 1. de Pignori. l. 1. C. de Partu pignori. Nam ea omnia accessionum vicem obtinent ad rem principalem pignori datam, et pignori Iure tenentur. l. Graep. 13. l. Si fundus. 16. de Pignori. cum virtualiter cum ipsa re obligata intelligantur, quamvis in esse producta non dependant ab ipsa re obligata: neque etiam Ius semel quiritum creditoribus, quo tempore dependebat ab ea, debitori facti potest auferri; partus vero accessionum vicem habet respectu matris, et consequenter pignori obligatur. docet Amaya lib. 3. obier. cap. 4. §. 2. n. 10. Mac tamen sententia non procedit, quando ancilla apud alium Dominum fuit enixa, tum etiam partus a creditore Iure pignori vindicari non potest. d. l. 29. §. 1. de Pignori. quia quo tempore accessionum vicem cepit obtinere, partus non erat in dominio debitoris ancilla, ut accessio qualificaretur a re principali. Nec aliud probant adducti textus, non t. 1. in d. l. 18. §. 2. Omnis Fabio in ejus naturali, et de erroribus. Pragmat. decad. 59. error. 9. et decad. 60. error. 1. Commodi accipi potest de partu nato post venditionem, ante traditionem tamen, qui cum sit in dominio debitoris. l. Si ager. 50. de Rei Vendic. l. Traditionibus. 10. C. de Pactis, recte cedit in pignori obligationem, nec pignus extinguitur interpretatio praeterquam si convenit Verbi Consultus, qui solum parit, partum natum fuisse post venditionem, nec meminit traditionis, necessaria etiam est, ut teneat equiparatione cum sua causa ad emptorem transire dixit Consultus. Vel etiam juxta communem Interpretationem sent. accipi potest t. 1. in d. l. 18. §. 2. de partu concepto apud debitorem, et edito penes emptorem, quo casu cum ante venditionem, et editionem habuisset creditor Ius pignori proventum in partu, tanquam in re accessoria matris non potuit immutari per alienationem. l. Incivile. 12. C. de Rei Vendic. l. 1. de acquir. Ter. domini. Nec implicat, quod dominium partus sit penes emptorem, et Ius pignori constitat penes creditorem; nam dominium cum sua causa transit in emptorem. Neque haec interpretatio repugnat Verbi Consultus, qui, ut supra dicitur, solum ait, partum natum fuisse

N. 28.



post Venditionem. Qua doctrina intelligendus est *topi.* in d. l. t. de Salviano interd. ubi  
pariter Iulianus solum ponit, partum natum fuisse generi emptorem; supponit quidem  
conceptum fuisse apud debitorem; Ratio vero, ob quam ille *Crius* non directum, sed solum  
utile interdictionum creditor concedit, ea est, quia scilicet directum Salvianum inter-  
dictionem solum competit creditor in ratione expressi pignori. *S. Adipiscenda. 3. Peric.*  
Interd. Instir. de Interdict. Ratione vero taciti pignori solum utile interdictionum cre-  
ditori accommodatur: Unde cum pignoretur ancilla partu tacite vinculo pignori re-  
nectur, ejus apprehendendi causa n. directum, sed utile Salvianum interdictionum com-  
petit creditori ex regula *topi.* in l. t. C. de Precario. docent Donell. de Pignori. cap. de  
Pignori. convention. Bachov. de Pignori. lib. 2. cap. 10. Goffred. in d. l. 39. §. t. de Pignori.  
et alij, quos sequitur D. Amaya ubi supra d. lib. 3. obier. cap. t. §. 2. n. 44 cum seqq.

N. 29.

Potior. *W. 5. Si de futura. 3. qui potior. in pign. hab.* ubi si de re futura pignori obligan-  
da agatur, ut de partu, aut fructu, sufficit, quod ancilla, et praedium sint in domi-  
nio debitoris conventionis tempore: q. non est necessarium, quod tempore, quo nascuntur,  
aut concipiuntur, sit in dominio debitoris rei, ex qua concipiuntur: q. etiam creditor  
non habuerit Ius pignoris proventum, tamen in re proxima aliena, scilicet in partu,  
aut fructu concepto, et nato penes emptorem, potest Ius pignoris contrahere. Cre-  
dit difficultas ex obitu Papin. Responso in l. t. §. Cum praedium. 2. de Pignori. ubi  
cum praedium pignori daretur, nominatimque conveniret, ut fructus etiam pignori  
essent, praedium debitor vendidit, ex quo emptor bona fide fructus percepit, qua-  
rebat apud Papin. an bona fidei emptor, quos percepit utili Serviana restituere  
cogendus esset? Et respondit, fructus consumptos restituere n. cogendum, non obicere  
inducant, stantes fructus teneri restituere, quod et probare videtur Marcellianus ex l. §.  
Si fundus. *W. 5. Interdum. 4. eod. tit.* Tunc sic: En ubi praedium erat alienum tempore  
perceptionis fructuum; Et tamen fructus stantes vinculo pignori tenentur: q. idem  
dicendum est de partu concepto, et nato penes emptorem, ac per consequens in re  
proxima aliena potest contrahere Ius pignoris. His Iuribus coacti Cusac. lib. 11. Res-  
ponso. Papin. in d. l. t. §. 2. de Pignori. et Amaya ubi nuper num. 48. quos sequitur  
D. D. Didacus de la Serna in Academi. de Pignori. cap. 2. num. 13 cum 2. seqq. Exi-  
stant multum interere inter expressam, et tacitam fructuum obligationem, ita  
ut in tacita solum veniant fructus, qui ceperunt fundi esse accessionis tempore,  
quo praedium erat in dominio debitoris. iuxta *topi.* in d. l. 19. §. t. de Pignori. l. §.  
Quamvis. 3. C. In quib. caus. pign. vel hypoth. tacit. contra h. ex ea ratione quod-  
cumque praedium non est in boni debitoris, nec ejus accessiones possunt in causam  
pignori incidere; at in obligatione speciali fundi sic etiam specialiter fructus  
ex eo nascuntur obligati sunt, tunc et nati, et seminati penes tertium possessorem  
in pignore remanebunt, exstantisque vindicari poterunt hypothecaria a credi-  
tore iuxta *topi.* in d. l. t. §. 2. et l. 16. §. 4. de Pignori. d. l. §. 3. qui potior. in pign.  
hab. et de hi fructibus, partu, et fructu loquitur Paulus lib. 2. Sentent. tit. 5. §. t. dum  
ait, quod fructus, vel partus ejus rei, quae pignori data est, pignori Iure n. tenentur,  
nisi hoc inter contrahentes actum sit; quia ad hoc ut concepti, et nati penes  
tertium possessorem in pignore remaneant, Requiritur circa eos expressa conventio-

N. 30.

Si vero ab his Interpretibus inquiras, qua  
Ratione dominij defectus in debito tempore, quo fructus incipiunt accessiones  
fundi esse, qui obiciuntur tacite fructuum obligationi, n. etiam obiciuntur expressae, cum  
semper sive de tacito, sive de expresso pignore agatur, Verum sit rei alienae nullum  
pignus esse, Respondent fructus seminati, et collecti a tertio possessore venire in  
Expressa



5.  
Expressa fructuum obligatio, quamvis in alijs rebus dominij defectus in debi-  
tore impediat pignori obligacionem *Ex seqq.* Nam cum fructus sint accessiones  
praedij, et ejus partes, dum terra cohaerent *l. fructus. 29. de Rei Vindic. et cum ipsa rei*  
principalis vinculo pignori teneretur, facilius fuit, ut in expressa fructuum obligacione  
in causam pignori caderent. Rursum jam debitori facto creditori Ius mutari n. potest.  
*l. Debitorum. 15. C. de Pignori. cum Vulg.* atqui negari non potest, quod debitor, qui rem,  
et fructus obligavit, alienando rem, faciat contra bonam fidem, mutetque Ius cre-  
ditori; quia si rem non alienaret, etiam in fructibus Ius pignori haberet creditor  
et directam hypothecariam: q. nihil mirum quod pignori Ius extendatur ad fructus,  
cum praedium esset in dominio debitoris tempore conventionis acquirere etiam  
Iure pignori in re principali tanquam in potissimo fundamento facilius extensio,  
Sed interpretatio pignori ad fructus, qui percipiuntur a tertio possessore. Deinde;  
Nam obligatio fructus, aut partus nascitur recipit tacitam conditionem, si nascan-  
tur. *l. Et quae. 15. de Pignori. l. Interdum. 13. de V. O. cum similibus, Regularique praedi-*  
ta obligatio quoad prioritatem, non ex tempore, quo nascuntur, sed ex tempore, quo  
conventio de pignore facta fuit. *argum. tpi. in l. Qui balneum. 9. cum duobus. 55. legq.*  
*l. Prior. 11. l. Creditor. 12. §. 2. qui prior. in pign. hab. atqui facta conventio de*  
pignore, quamvis ex eo tempore fructuum pignus n. incipiat, n. potest debitor Ius  
pignori quarendum immutare, et ideo si medio illo tempore alter eandem rem  
pignori dederit, n. tollit prioritatem primo creditori, cujus pignus existente con-  
ditione, vel adveniente die ex post facto fuit confirmatum ex dictis Iuribus: Ergo  
si pignori dationem factam secundo n. potest tolli Ius quarendum primo credi-  
tori, multo minus per alienationem potest tolli Ius pignori acquirendum in  
fructibus postea nati ex tempore conventionis. Concluduntque, haec rationes non  
efficere, ut competat directa actio hypothecaria pro fructibus; id enim effici non  
poterat, quia deficit dominium in debitore, tempore quo nascuntur, consequenterque de-  
ficit extremum habile, ut detur retroactio, efficere tamen ut competat utilis hypothe-  
caria, ut ait Papin. in *l. 1. §. 2. de Pignori. Quae Consultorum interpretatio tunc datur, quo-*  
tius magna adest aequitas, licet aliquid substantiale ad ejus constitutionem deficiat,  
ut patet *Ex d. l. 1. in fine principij de Pignori. l. Rem alienam. 41. de Pignori. act. l. 1.*  
Cum *rei. 5. C. hoc tit.*

Quam sententiam, et traditum discrimen inter Expressam, et  
tacitam fructuum obligacionem non admitto, sed indistincte asero, fructus seminatos, et  
collectos a tertio possessore, et Domino praedij pignori nec in Expressa, nec in tacita fructuum  
obligacione venire, etiam si praedium fuerit in boni debitoris tempore conventionis. Mo-  
do ex eo; Nam dominij defectus, qui impedit, ut in tacita fructuum obligacione veniant  
fructus a tertio possessore seminati, et collecti. *d. l. 29. §. 1. de Pignori. impedit etiam ut*  
veniant in Expressa fructuum obligacione; nec enim magis expressa, quam tacita conven-  
tione potest res aliena vinculo pignori adstringi nec directe, nec utiliter, ut probant  
textus omnes, qui rei aliena pignus absolute nullum esse supponunt, et ruadet etiam  
ipsa Iuris ratio, quae efficit rei aliena pignus nullum esse: q. fructus seminari, et collec-  
ti a tertio possessore nec in tacita, nec in Expressa fructuum obligacione veniunt. Ac-  
cedit et illud; Nam ea, quae tacite innunt, et si exprimantur, nihil operantur. *l. Hac*  
*cedit. 3. de leg. 4;* atqui obligacioni praedij tacite inest obligatio fructuum. *d. l. 3. Cod. in*  
*Verbis. 3. de leg. 4;* atqui obligacioni praedij tacite inest obligatio fructuum. nihil operatur.  
Tunc sic: Sed in tacita fructuum obligacione non veniunt fructus seminari, et collecti a  
tertio possessore: q. nec veniunt in Expressa obligacione fructuum, cum ejus expressio ut pote

N. 34.



quæ tacite inest, nihil debeat operari. Nec aliud probant Rationes, quæ expendantur  
Adversarij, non prima, nam licet fructus sint acciones prædij, tamen ex eo non  
infertur, secuta prædij alienatione fructus à novo Dño perceptos, primò obligare, cum  
Nunquam fuerint in dominio debitoris, sed novi Dñi, cui Iure soli fuerunt acquisiti  
l. qui scit. 25. St. de Viuzi. Rursum si ex eo quod fructus sunt pars fundi, infertur eos  
à novo Dño perceptos in expressa fructuum obligatione venire, sequeretur etiam in  
tacita venire; hoc falsum est: q. illud, ex quo sequitur. Nec obstat 2. ratio; Nam licet  
debitor, qui prædium, et fructum obligavit, alienando prædium, faciat contra bonam  
fidem, tamen illud solum probat, eum teneri creditori eo nomine actione pignoratitia  
contraria, non tamen fructus à novo Dño perceptos Iure pignori teneri, cum Nunquam  
fuerint in bono debitoris. Rursum, si ea ratio aliquid probaret, probaret n. solum in  
Expressa, sed in tacita fructuum obligatione venire fructus à novo Dño perceptos, cum  
non minus in tacita, quam in expressa Verum sit, quod si debitor prædium n. aliena-  
sset, etiam in fructibus Ius pignori haberet creditor, et directam hypothecariam: q.  
cum ea Ratione non obstante in tacita fructuum obligatione non veniant fructus à  
novo Dño percepti, nec etiam veniant in expressa. Nec magis etiam Viget tertia Ra-  
tio, et Ultima, Cui respondeo, Verum quidem esse fructuum obligationem recipere  
tacitam conditionem Ex Natura rei, scilicet si nascantur, et regulari quoad  
prioritatem non ex tempore, quo nascuntur, sed ex tempore, quo conventio de pig-  
nore facta fuit; id tamen ita demum procedere, si fructus prædij acciones esse ce-  
perint eo tempore, quo prædium est in dominio debitoris; Nam ad hoc ut de prio-  
ritate inter creditores quaeratur, prius est, ut Ius pignori consistat, quod in re  
aliena consistere Nequit, quinimo licet ponatur fructus acciones esse prædij ce-  
pisse tempore, quo prædium erat in dominio debitoris, tamen idem est dicere quoad  
prioritatem regulari fructuum obligationem ex tempore conventioni, ac ex tempore,  
quo nascuntur; Nam cum eandem tacitam conditionem habeat præcisè fructuum obli-  
gatio facta secundo creditori, quam habet obligatio facta primo, licet regulariter  
ex tempore quo nascuntur, regulanda est præcisè ex tempore conventioni; Unde ad  
Rem nostram n. expectaret t. in d. l. 2. cum 2. SS. seqq. d. l. 12. §. 2. et d. l. 11. qui potior.  
in pignore hab. in quibus si debitor rem, quam primo creditori sub conditione, vel in  
Aliam obligaverat, secundo pure obligaverit, potior est primus creditor, cuius pignus exis-  
tente conditione, vel adveniente die ex portafacto confirmatum fuit; Namque in fructu-  
um obligatione non potest hypothecari ita procedere, cum non possit fructus alicui credi-  
tori obligari sine tacita conditione si nascantur, ut notum est. Nec tunc obstat argum.  
ex his Iuribus deductum, scilicet quod si per pignori dationem factam secundo n. potuit  
tollere Ius querendum primi creditori, multo minus per alienationem potuit tollere Ius  
pignori acquirendum in fructibus; Nam sunt hæc valde similia; Nam ubi res propria de-  
bitoris obligatur sub conditione, etiam habet creditor spem illam obligationi conditio-  
nalis in bonis. l. 1. c. 42. de Oblig. et act. et existens conditio retrotrahitur ad tempus  
conventioni; Unde datio pignori pure facta secundo non potest tollere Ius pignori; at in  
presenti ubi prædium non erat in bonis debitoris tempore quo fructus ejus acciones esse ce-  
perunt, non potest locus retrotrahendi esse; quia deficit habitus temporis existenti conditio-  
ni; qua etiam Ratione dicerem, quod si debitor pendente conditione, sub qua pignus  
dederat, Rem pignoratam alienaret, et mox conditio exstiteret, pignus evanesceret, quod  
impleta conditioni tempore rei est aliena, licet eo nomine debitor creditori teneat, q.  
probat ad argum. t. in l. Si sub una. §. 36. St. de Verb. Obligat.

Num. 32.

N. 33.

UVA. BHSC

Evincitur ergo ex dictis nec in tacita, nec in  
Expressa



Expressa fructuum obligatione Venire fructus, qui eo tempore praedij obligati accessiones esse ceperunt, quo praedium jam non est in dominio debitoris. Nec obstat huius doctrinae l. 1. in d. l. 1. §. 3. qui ponitur; Nam resp. Consultum asserere quidem, quod si de fructu re conveniret, ut hypotheca sit, ut de partu, aut fructibus requiratur, ancillam, aut fundum esse in boni debitoris tempore conventionis, non tamen negari necessarium esse etiam, ut partu, aut fructus eo tempore accessiones esse incipiant rei principali obligata, quo rei ipsa sit in boni debitoris, hoc enim necessario supponendum est d. l. 29. §. 1. de Pignori. Quam solutionem sic explio: Quare Consultus, si de partu, aut fructibus obligandi agatur, an requiratur, ancillam, aut fundum esse in boni debitoris tempore conventionis? Ratio dubitandi haec erat, Videbatur dicendum, id non requiri ex eo, quod non agitur de obligatione ancilla, aut fundi, sed partu, aut fructuum: quod non requiratur, ancillam, aut fundum esse in boni debitoris tempore, quo convenit, ut partu, aut fructus hypotheca sint; Contrarium tamen decidit Consultus, quia cum partu, aut fructus sint ancilla, aut fundi, accessiones, necessario requiruntur, rei ipsae principales, id est ancillam, aut fundum licet de eis obligandi non agatur, esse in boni debitoris tempore conventionis, et hanc esse sententiam huius l. 1. Vel ipsi etiam fateri tenentur Adversarij; Nam ubi ancilla, aut fundus pignori non obligatur, adhuc in eorum sententia requiruntur, ut fructus accessiones esse incipiant tempore, quo res principalis sit in boni debitoris; quia tunc cum deficiat ius pignori in re principali, quod ardeat esse potissimum fundamentum extensionis ad fructus, deficit extensio pignori ad fructus a novo Domino perceptos, ut potest deficiente eius extensionis fundamento: quod hic textus adhuc in sententia contraria non probat in expressa conventionis obligationis fructuum Venire fructus a novo Domino perceptos; sed solum docet, quod et non agatur de obligatione ancilla, aut fundi, sed solum de obligatione partu, aut fructuum, necessarium est, ancillam, aut fundum esse in boni debitoris tempore conventionis.

Difficilior est l. 1. in d. l. 1. §. 5. Cum praedium 2. de Pignori. ubi cum praedio pignori obligato nominatim conveniret, ut fructus quoque pignori essent, fructus a tertio possessore percepti in hac obligatione Veniunt. Verum Omnes pluribus opinionibus, respondeo, Papin. in eo textu loqui de fructibus perceptis non a novo Domino, sed a bona fidei possessore praedij obligati, cui non a debitore Domino, sed ab alio non Domino ex iusta causa praedium traditum fuit; hic quidem bona fidei possessor fructus suos facit tum demum cum eos a solo separaverit, seu perceperit. l. 1. Bona fidei. §. 3. de Acquir. rer. domin. cum Vulg. ante separationem, seu perceptionem fructuum, ut potest pars praedij. d. l. 1. §. 1. de Rei Vendic. sunt debitori domini, scilicet ipsius praedij; Unde cum eo tempore quo accessiones praedij esse incipiant, praedium sit in debitoris dominio, cedunt in pignori obligatione, quae non ideo extinguitur, quod mox bona fidei possessor fructuum dominium media perceptione acquirat; nec enim mutatio domini causam pignoris semel utiliter constitutum mutare potest. l. 1. Iusto errore. §. 5. non mutat. §. 5. de Trucation. ut infra latius dicemus: itaque non ideo fructus in specie huius textus percepti a tertio possessore Veniunt in obligationem, quin obligatio fuerit expressa, sed quia accessiones fundi esse ceperunt tempore quo fundus fuit in dominio debitoris: Quae ratio est, ut Veniant in tacita fructuum obligatione: et hanc esse sententiam Papin. liquet ex ipso textu, quia non a domino, sed a bona fidei emptore fructus perceptos aut, ea ratione docet, bona fidei possessorem fructus extranei utili Serviana copendum creditori restituere, dum nequeat eum teneri fructus consumptos restituere; per Vallem vero Servianam, non utilem, sed directam hypothecariam intelligo, quam utilem Servianam Papin. appellat, quia ad exemplum Serviana fuit inducta. d. §. Item Serviana. 7. Instit. de Action. docet Anton. Faber in Ration. posthum. ad l. 1. §. 2. de Pignori.

Num. 34.

Cuius interpretationis refugari videtur ipse Papin.

N. 35.



in eo textu, qui ea ratione aserit, bona fidei emptorem à creditore utili Serviana fruc-  
tus consumptos restituere n. cogendum, quia nunquam fuerunt in boni debitoris: hac vero  
ratio vel comprehendit exstantes, vel falsa est circa consumptos, quod sic evinco: Aut Pa-  
pinianus loquens de fructibus perceptis à novo Dño, ratio illa æque comprehendit ex-  
stantes, ac consumptos, cum certum sit, fructus exstantes nunquam debitoris, sed semper  
novi Dñi fuisse Iure soli d. l. 25. §. 4. de Vusu, n. minus quam consumptos: Si loquitur de  
fructibus perceptis à bona fidei possessore, ratio illa falsa est etiam circa consumptos, cum  
certum sit, fructus consumptos æque ac exstantes aliquando fuisse in dominio debitoris,  
scilicet cum prædij accessiones esse coeperunt, et antequam à bona fidei possessore per-  
ciperentur: Ergo ne dicamus rationem à Papin. adductam falsam esse, dicendum  
potius est, eum loqui de fructibus à novo Dño perceptis, ut sic ea ratio etiam fructus  
exstantes comprehendat, et de consumptis respondere, quia de eis solum fuerat con-  
sultum, rationem tamen generalem præstare, ut ostenderet idem de exstantibus fuisse  
respondendum, si de eis consultum fuisset, quomodo cum ipm intelligunt Accur-  
sius, Bartholus, Baldus, et alij antiquiores, quos sequitur Cusac. contr. 49. An-  
ton. Faber de errorib. Pragmat. decad. 93. ex. 23. succumbit difficultati, et Verbum Cui  
tribuit imperito Interpreti, quæ interpretatio Refutatione non indiget =

N. 36.

Respondendum ergo est, Papin. loqui de  
fructibus perceptis à bona fidei possessore. Neque obstat superius argumentum; Nam  
ratio illa, qua utitur Papin., scilicet quod fructus nunquam fuerunt in boni debitoris,  
si subtiliter accipiarur, solum convenit consumptis, non vero comprehendit exstantes:  
sic itaque explicanda est: Ideo fructus exstantes percepti à bona fidei possessore de-  
bent restituere, et intelliguntur pignori, quia eo tempore prædij accessiones esse ce-  
perunt, quo prædium erat in dominio debitoris; nec per dominij mutationem potuit  
mutari Ius pignori; Consumptos vero fructus non tenentur bona fidei possessore resti-  
tuere, quia licet verum sit, eos fuisse in boni debitoris, cum prædium in hærebant, ut  
potè ejus partem post separationem consumptione secuta, irrevocabiler acquiruntur  
bonæ fidei possessori. l. Quæritur. Io. in fine. de acquir. rer. domin. l. Sequitur. §. 5. La-  
na. §. 9. de Vucap. §. Si quis à n. Dño. 35. Inrit. de Verum divil. itaut Iure dici possit, eas  
nunquam fuisse in boni debitoris, postquam à solo fuerunt separati, quod de exstanti-  
bus dici non poterit, cum eos possit Dñus vindicare. l. Certum. 22. C. de Rei Vindic.  
Unde ex eo, quod post consumptionem apparet, fructus, postquam fuerunt separati, de-  
bitori fuisse, infert Papin. eos bonæ fidei possessorem n. tenere creditor pignoratitio res-  
tituere; quia Ius pignori quæsitum in his fructibus, cum prædij accessiones esse coeperunt,  
extinguitur per irrevocabilem acquisitionem dominij productam ex consequenti. Verum  
arguet cum Papin. Vucapione, aut mutatione dominij non extinguitur Ius pignori semel  
utiliter constitutum: q. nec consumptione debet extingui. Sed hinc objectioni, quæ deducitur  
ex concena Papin. sent. Respondeo, ideo consumptione perimitur Ius pignori, n. autem  
Vucapione, quia per consumptionem perimitur ipsum pignus, nec amplius remanet  
in rerum natura: ergo nihil mirum, quod deficienti subjecto, deficiat Ius pignori,  
quod est qualitas; ac mutatione dominij per Vucapionem n. perimitur res, consequen-  
ter remanet qualitas pignori, quæ nihil cum dominio commune habet. docet Cu-  
jac. lib. 11. Respons. Papin. ind. l. 15. 2. Eodem modo intelligo etiam ind. l. 16. §. 4. de Pignori.  
Videndus Bachov. lib. 2. de Pignori. cap. 11. qui contra Fabrum d. decad. 93. error. 4.  
cum seq. late disputat =

N. 37.

Denique contra superiorem sent. sic argui graviter poterit: Si  
res pignori data fuerit à debitore alienata, Ius pignori extenditur ad accessiones, seu  
meliorationes factas à novo Dño: q. pariter pignori obligato prædij Ius pignori ex-  
tendi



6. tendi debet ad fructus à novo Dño perceptos. Anteced. probati ex eo, in d. l. Paul.  
 29. §. Domum 2. de Pignoratibus. l. Cum postulatione. 44. §. de Damn. infecto, ubi si domus  
 pignori data exorta sit, eamque arcam emerit aliquis à debitorie, et exortuerit, Ius  
 pignori extenditur ad ædificium, quod præcise Ius soli sequi debet, quam doctrinam la-  
 re fundat D. Amaya in l. 2. C. de Annon. et tribut. lib. 10. et Adversariorum Objectioni-  
 bus de re re occurrat. Hinc tamen difficultati respondeo, multum interesse inter ædifi-  
 cium factum à novo Dño in arca obligata, et inter fructus à novo Dño perceptos; Nam  
 ædificium factum in arca pignorata semper est, et durat pari pignori, et sic arca  
 pignorata causam sequitur; quia arca sine ædificio vindicari non potest à creditore;  
 Unde necesse est, Ius pignori extendi ad ædificium; at fructus et si dum pendente,  
 sint pari prædij, tamen separari non amplius pari prædij dici possunt; et recte po-  
 test creditor prædium sine fructibus vindicare; Unde cum accessiones prædij esse ce-  
 perunt, cum prædium non est in bonis debitoris, nec jam potest separationem, aut per-  
 ceptionem recipere, et pari prædij sint, stat optime ad eos Ius pignori n. extendi, ra-  
 tione cessante extensioni necessitate, scilicet quia arca pignus extendit ad ædificium  
 in ea à novo Dño factum.

Uterius rei aliena pignus adhuc contra Dñum conis-  
 tere probari videtur ex difficili rati. in l. Si post acceptum. 18. de Rei Vindic. ubi bo-  
 nae fidei possessor servus, qui post litem contestationem Vucapionem complevit, et postea  
 condemnatus fuit ad restitutionem in Vindicationis iudicio teneri præstare cau-  
 tionem de dolo; quia periculum est, ne servum manumiserit, vel pignori dederit; at-  
 qui secuta condemnatione apparet, ipsum non fuisse Dñum, temque Vindicanti pignus  
 ignorare: q. rei aliena pignus tenet in præiudicium Dñi; alia necessaria non est  
 cautio de dolo propter periculum pignori, quod contra Dñum valere n. potest, ut  
 fatetur Conanus lib. 3. Comment. cap. 15. Cui difficultati respondeo, ideo adhuc condem-  
 nato debitore propter periculum pignori necessariam esse cautionem, quia sent. lata  
 contra debitorem n. præiudicat creditori, si eo ignorante lata fuit. l. Si superatus 3.  
 de Pignorib. ex regula d. l. Sæpe 63. de Re iudic. Itaque quamvis Dñus in d. l. 18. ha-  
 beat Vindicationem, tamen quia potest apponere de pignore creditor, cui sent. non  
 præiudicat, ideo ratione huius periculi cautio exprobat, quia minus est actionem  
 habere, quam rem. l. Minus 204. de Reg. Jur. docent ira Cusac. lib. 2. de quest. Papin. in d.  
 l. 3. de Pignor. Peri. Sæber lib. 2. Sement. cap. 11. Bachon de Pignori. lib. cap. 3.

Hinc tamen non opponitur rati. in l. 1. §. 1.  
 §. Eam rem 2. quæ rei pignori, vel hypoth. oblig. n. pos. ubi docemur, rem litigiosam penden-  
 te iudicio pignori obligari n. posse; atqui in d. l. 18. bona fidei possessor litem pendente  
 servum petitem rei vindicatione pignori obligavit: q. hoc pignus tanquam rei litem  
 pignori valere non potuit. Cui difficultati diversimode occurrunt Incepp. Annot.  
 Sæber in Rationali ad rati. in d. l. 18. exprimit, ideo pignus rei litigiosa in eo rati.  
 adhuc contra Dñum consistere, quia debitor jam dominus effectus per Vucapionem  
 rem pignori dedit, et propter periculum pignori necessariam esse cautionem. Quæ  
 solutio placuit Illustri. Gonzalez ad rati. in cap. 3. et 4. Exna ut litem pendente ri-  
 hil innovari. n. 14. Verum mihi dupliet ex eo, quod Vucapio post litem contestatam  
 contingens condemnato mox possessore, seu non Dño declarato rescinditur, ut cons-  
 tat ex d. l. 18. de Rei Vindic. et ex §. Si ad exhibendum. Instur. de Officio Iudicis;  
 Resoluto vero dominio debitoris, in consequentiam quoque resolvitur ex regula rati.  
 in l. 34. de Pignorib. Unde rati. in d. l. 18. accipiendus est iuxta dicta num. anteced.  
 Nec tunc obicit rati. in d. l. 18. §. 2. nam Iure Digest. ubi rei litigiosa alienatur, si  
 pignori obligatur, possidentis competit oppositio litigiosæ rem emptionem, seu credi-

N. 38.

N. 39.



N. 10.

torum, qui scienti eam emit, seu pignori accepti. *l. C. ff. de Litig. In l. 18. Cum pignori  
servum petentem pignori obligaret, n. potuit actori exceptio competere creditori. Rursus  
Opponi potest, creditorem ignorante rem, quam pignori accepit, litigiosam esse, ut sic litigiosam  
Exceptionis locus esse non poterit de prohibita alienatione, seu oppignoratione rei litigiosae,  
agunt Illustri. Gomez. et ab eo relaxari ad tom. in d. cap. 3. et 4. Ut lite pendente, qui  
consultandi erunt circa rem hanc, quae ad nos non expectat =*

Licet declarato pignore non Dño, pignus exinguitur in d. l. 18. tamen quia sententia lata adversus eum non praesudicat ignorantibus creditoribus, et Dño rem vindicanti potest opponere de pignore creditor ratione huius periculi, scilicet propter sumptus litis cautio exprobat. Quae doctrina probatur ex eleganti decisione Papin. in l. Si superatus. 3. de Pignori. ubi victo debitore in vindicationis iudicio petitionis haereditatis neglecta haereditate dicta sententia causa pignori inspicienda est, quia res iudicata non a lijs nocere debet, quam eis, inter quos iudicatum est. *l. S. p. 63. de Re iudic. l. 1. de except. Rei iudic. cum Vulg. nec quod a debitore causam habeat, nocere ipi debet, cum fieri possit, ut pignus recte sit acceptum, et tamen n. a debitore, si male institutum; quapropter si creditor probaverit, rem in bonis debitoris fuisse ex tempore, quo pignus contrahatur, obtinet in actione Serviana neglecta sententia lata adversus debitorem. Neque obstat, qd sententia lata haeredem scriptum nocet, legatarijs comparata; Nam legatariorum Ius pendet omnino ex Iure Titij; Ius vero creditoris n. pendet ex Iure, et dominio debitoris, quod et si pignori constitutionem debitor dominium rei suae amittat, qd ea res non nocet creditori *l. 44. S. 5. de Vnicap. docent Cusac. lib. 20. quae est Papin. in d. l. 3. et Anton. Sabex in Rational. posth. ad eundem tom. haec in creditore ignorantem procedunt; si vero debitor egerit sciente creditore sententia lata contra debitorem etiam creditor praesudicat. *l. 63. Veru. Sci. entibus. de Re iudic. l. Ab executore. 4. Idque ita constitutum est. *l. 4. de appellat. idque ideo si debitor victus sit, qd malam causam habuerit; si vero victus sit alia de causa, sententia creditoris licet scienti, et intervenienti non obest; Id autem duobus modis continget, qui proponuntur in *l. Praes. 5. C. de Pignori. quae totum, ut animadvertunt Donell. in eo, et Cusacius lib. 15. Respons. Papin. in l. 29. S. de Except. Rei iudic. praesic accipiendus est de creditore sciente, et interveniente, et sic conciliandus cum d. l. 3. ff. eod. tit. Primus est, si debitor colluserit et adversario, et per collusionem victus sit, tunc ideo sententia n. nocet scienti creditori; quia collusio aperte declarat rem in bonis fuisse. Secundus est, si debitor ideo victus sit, quia sic submotus praescriptione, id est exceptione aliqua ex ejus facto nata, non ex Iure rei, veluti exceptione rei iudicatae, aut longi temporis, aut pacti conventi, ut ecce si debitor rem suam persecutus, ignorante creditore victus sit, et mox petens interveniente creditore sic motus sit Exceptione rei iudicatae, neutra sententia creditoris nocebit, non prior, quia eo ignorante lata est; non posterior, quia et si eo sciente lata est, tamen n. debitor ob factum suum exceptione submotus est; pariter si debitor pignus sit rem vucapam a possessore, aut si pactus sit cum possessore, si ab eo non perituum, et rem postea petens, interveniente creditore victus sit, quia submotus sit Exceptione longi temporis, aut pacti, sententia n. nocet creditori, quia haec omnes exceptiones possessori competunt, non ex eo quod debitor dominus n. esset, cum rem pignori dederit, sed ex debitoris facto, quod postea securum est, quodque creditori nocere non debet ex regula tom. in l. factum. 155. de Reg. Iur. docet eleganter Donell. in d. l. 5. C. de Pignoriibus =*****

Superius



Superius dicta locum habent, cum pignori con-  
 ventio sent. adversus debitorem latam præcedit: quo casu ideo sent. n. nocet creditori,  
 quia dici non potest in locum eum victi debitorum succedere, cum Ius pignori ante-  
 rius sit, ut elegantex ratio innotuit Papiñ. in l. Iudicata. 29. §. Si debitor. t. de Except.  
 rei judic. Si vero debitor postquam rem suam perierat, et in iudicio licet per injuriam  
 victi fuerat, eam pignori obligaverit, tunc sententia, quæ pignori conventionem  
 præcedit, nocet ignorantæ creditori, qui n. serviana actione expectatur, submovebi-  
 tur rei contra debitorem iudicata. d. l. 3. §. Per injuriam. t. de Pignori. l. Si mater. ff.  
 §. fin. de Except. rei judic. Cujus rei ratio provenit ex eo, quod non potest plus Ius ha-  
 bere creditor in re sibi obligata, quam habuerit is, qui pignori dedit, ut saepe dixi;  
 atqui nihil Ius habet debitor eo tempore, quo pignus dabit, quia jam pronun-  
 ciatum erat, eum dominum non esse; Res enim iudicata pro veritate habetur. l.  
 Ingenuum. 25. de Statu homin. l. Res iudicata. 207. de Reg. Iur. ergo rei iudicate excep-  
 tio, quæ debitori noceret, si eam rem vindicaret, creditori etiam nocere debet, cum  
 in Ius indemnitati debitoris succederit; Nam ea est huius exceptionis natura, ut  
 competat etiam contra successorem Idemnat. l. Si a re. 9. §. fin. d. l. ff. §. Si ex eo. 9.  
 l. Excepta. 28. de Except. rei judic. cum non personalis, sed potius in rem sit. l. Ex-  
 ceptiones. 7. §. t. de Exception. Nec tunc obstat, quod adhuc victo condemnato debi-  
 tore, nullum jus in ea re habeat, et ideo nullam propriam actionem exerceat possit,  
 cum non ex eo quod pronunciatum sit, debitorem dominum non esse, sequatur,  
 possessorem dominum non esse. l. Si inter me. 15. de Except. rei judic. Nam uti ele-  
 ganter huic Objectioni respondet Papiñ. in d. l. 3. §. t. de Pignori. non quid Ius in ea  
 re possessor non habeat, sed quid debitor non habuerit eo tempore, quo pignus dabit  
 Considerandum est; Ius enim creditori n. pendet ex n. Iure possessoris, sed potius  
 ex Iure debitoris, cumque ratione rei iudicata nihil Ius in ea re debitor habeat,  
 licet enim nullum Ius habeat possessor, sequitur, nullum Ius habere creditorem, et  
 rei iudicate exceptione submovendum esse, docet Anton. Faber in Varion. ad d.  
 l. 3. §. t. de Pignori.

Opponi tamen possunt huic doctrinae tri. in l. An vitium. 5. §.  
 Ex facto. t. l. Creditor. 12. de Diversi. et tempor. præscript. l. Si a creditore. 7. l. Et in  
 arbitrio. ff. C. de Oblig. et action. l. t. et c. C. Si adversus Creditor. præscript. op. l. §.  
 Si obligata. 19. C. de Eviction. quibus pignori præscriptio tollitur, et extinguitur  
 per præscriptionem longi temporis: q. multum majori ratione debet extinguere  
 per Vucapionem. Cui difficultati Cusac. lib. 23. quar. Papiñ. in d. l. 44. de Vucap.  
 et in d. l. t. C. Si adversus Creditor. et alij, quos referunt, et sequuntur Ricus de  
 Alena lib. 4. Varia. Resolut. cap. 47. præcipue num. 15. et 16. D. Olea de Cessione Iurium  
 ff. §. quar. t. num. 12. et D. Reteri in Academi. de Vucap. t. parte. num. 8. respondent di-  
 cimen constituentes inter Vucapionem, et longi temporis præscriptionem; ajunt e-  
 nim per Vucapionem, per quam eo Iure, quod viguit ante Iustiniani constitutionem  
 in l. Vnica. C. de Vucap. transform. rei mobilei anno, immobilei vero biennio ex l.  
 Decemviali Vucapiebantur, pignus n. extinguere; quia Vucapio tota fertur ad do-  
 minium, quod nihil commune habet cum obligatione ipsius rei; sed tamen per  
 longi temporis præscriptionem, quæ Iure Digestor. locum habet in his rebus, quæ  
 per Vucapionem acquiri n. poterant ex defectu possessionis, vel dominij quæsi-  
 tary, aut alterius requirunt pignus extinguere iuxta tps nuper Expensis: Con-  
 cludunt itaque dicentes, Ius hypotheca n. posse Vucapi ex defectu possessionis; posse  
 vero præscribi longo tempore, quia præscriptio non requirit possessionem =

Sed Valde tamquam Virorum pace, melius

N. 42.

N. 43.



hanc rem existimo intellexisse Donellum in d. l. d. C. de Pignori. qui subtiliter acce-  
xit, nec per Vucapionem, neque per longi temporis praescriptionem extingui Iure Digestor.  
inspecto; Neque etiam hodie per Vucapionem rei immobili decem, aut viginti annis  
posse fini, quod probatur ex eo, quod ratio, qua Papin. in d. l. t. 52. de Pignori. et in d.  
l. 44. §. 5. de Vucap. defendit, Vucapionem supervenientem non extinguit pignus, n̄  
minus pertinet ad praescriptionem, quam ad Vucapionem, aut dominus quanto  
post hodiernam Vucapionem rei immobili, quam dominus adquisito per Veterem  
Vucapionem: Pumeo ex eo, quod et alienatio facta a debitore non extinguit pignus,  
ut jam diximus; atque Vucapio, seu praescriptio est alienantis species. l. Alienati-  
oni. 28. de V. S. ergo indistincte nec per Veterem praescriptionem, neque per hodi-  
ernam Vucapionem pignus extinguitur. Nec tunc obstant tōi. in argum. allati;  
nam ut acute ratiocinatur Donellus, cum dicimus, nec per Veterem praescriptionem,  
nec per Vucapionem, qua hodie utimur, pignus extingui, hoc dicimus, scilicet si-  
lentium debitoris, qui passus est rem suam praescribi, aut Vucapi creditori n̄ nocere;  
at pignus illius extingendum; facemus tamen praescriptionem longi temporis  
ortam silentio diuturno creditori obesse ei pignus persequenti. juxta tōi. sic inte-  
lligendos in d. l. 5. §. 1. et d. l. 12. de Divers. et tempor. praescript. cum similib.; nam  
quemadmodum iniquum foret, silentium debitoris creditori nocere, sic equum  
est, creditoris proprium silentium ei obesse; Unde fieri poterit, ut rei praescribarur,  
aut per longum tempus Vucapiatur, salva manente pignori causa, cum scilicet  
interveniret silentium ex parte debitoris, creditor vero n̄ sit, sed possessor rei  
sibi obligatae interpellavit: quo casu praescriptio adversus debitorem cuius re-  
re ex regula tōi. in l. Cum notissimi. §. 5. Imo et illud. §. Cod. de Praescript. 30. Vel 40.  
annor. Vel etiam si rei pignori obligata fuit pauli ante perfectam Vucapionem,  
pura tribus, aut quatuor annis, pariter e contra fieri poterit, ut Ius hypothecae praes-  
cribarur contra creditorem, quin rei sit praescripta, aut Vucapita contra debitorem,  
si scilicet creditor diu se siluerit, debitor vero interpellavit possessorem, quod  
si silentium diuturnum creditori cum silentio diuturno debitori concurret,  
utriusque praescriptio longi temporis obitabit, et uniuscuique proprium silentium  
nocebit, et debitori dominium vindicanti, et creditori pignus persequenti, ut  
sic verum sit, nunquam silentium debitoris creditori nocere. Quibus illud ad-  
dendum, quod cum agitur de inducenda hypothecae praescriptione propter cre-  
ditoris silentium multum intereas, an ipse debitor principalis, an vero alius ter-  
tius pignus possideat; nam debitor, vel ejus haeres non nisi longissima 40. annorum  
praescriptione juvatur. d. l. 7. §. 1. C. de praescript. 30. Vel 40. annor. Tertius vero posse-  
ssor decennij inter praesentes, et biennij inter absentes praescriptione tutus est.  
d. l. t. et l. C. Si advers. Credit. praescript. op. cum alij, nisi mala fide possideat;  
nam tunc triennij lapsus exigitur. juxta tōm sic intelligim. in d. l. 7. C. de Prae-  
script. 30. Vel 40. annor. docent Cusac. in d. l. 7. et Arias de Mesa d. t. l. t. Var.  
Resolut. cap. 9. num. 4. cum duobus seqq.

N. 44.

Opponi etiam poterit superius dictis tōi  
in l. Homini operae. d. de Usu. leg. ubi docet Papin. quod si operae servi sint  
alicui in terram legata, Vucapio servo extinguitur legatum operarum. Tunc  
sic: En ubi Vucapio extinguit legatum operarum: Ergo pariter extinguitur de-  
bet Ius pignori. Cui difficultati respondes, maximum esse discrimen inter pignus  
et operae servi alicui debitas; si namque, cui rei pignori obligata, adquisit Ius  
in ipsa re, qua eam Uti Possidetis ad quemcumque possessorum pervenerit; at vero  
18, Cui



is, cui operæ servi promissa, aut legata sunt, non acquirit Ius in re, sed solum Ius ad rem, et actionem personalem adversus promissorem, aut hæredem, quæ solum personam obligat, efficit, non servum contentum in obligatione, ut probat ab argum. tot. in l. 3. §. Siq. servum. 8. de statutib. qua ratione operas n. debet ipse servus, qui eas præstaturus est, sed Dominus, qui eas promittit, aut hæret, a quo legata sunt; quod à simili suadetur ex eo, quod qui fuerus aliquis promittit, aut legat cum designatione fundi non constituit Ius aliquod in fundo, sed ipse tantum manet obligatus personaliter. l. 1. §. 5. Ut. de Contrah. empt. l. Cajus. 12. de annuat. leg. junctis Cusaci lib. 24. obier. cap. 22. et Donell. lib. 2. Comment. cap. 24. et ibi Omualdus lib. 2. Si ergo pariter operæ servi promissæ, aut legatæ nullum Ius in seruo constituitur, sed solum ex ea causa competit actio personalis, qua ratione constat, operas servi inter servitutes non numerari, ut docet Cusac. lib. 11. quæ. Papin. in d. l. 2. de Vusu. leg. Omuald. ad Donell. lib. 10. cap. 24. lib. B. Unde licet per Pucationem n. extinguitur Ius pignoris, utpote rem ipsam afficiens, Extinguuntur tamen operæ, quia actio personalis, qua ex eorum promissione, aut legato resultat, rem n. sequitur, sed solum competit contra obligatum, et ejus hæredem. Ex regula tot. in l. 25. de Oblig. et act. docet Cusac. d. lib. 11. quæ. Papin. in d. l. 2. et lib. 13. obier. cap. 23.

N. 45

Ex eadem ratione fuit, quod Ius pignoris constitutum ab uno ex socijs ex parte propria pro indiviso adhuc post factam divisionem, seu adjudicationem iudicis familiae ræciundæ, aut communi divid. ræciundæ, seu adjudicationem iudicis familiae ræciundæ, aut communi divid. ræciundæ, netur pro indiviso in eadem parte. l. Si convenit. 1. §. fin. quib. mod. pign. Vel hypoth. solv. cum alijs. Quod ut clarius intelligatur, sciendum est, socium posse partem suam, quam habet in re communi pro indiviso creditori pignori obligare, non vero socij partem. l. 2. C. Communi divid. l. Vni. C. Si communi rei pign. data sit; Nam socius facere potest in parte, quam habet in re communi, omne, quod voluerit, dummodo id possit facere sine eo, quod tangat partem alterius. l. Si socii. 16. de Rebu cred. l. Nemo. 68. Pro socio; partem vero suam pro indiviso cum pignori dat, non tangit partem alterius socij, qua pro indiviso manet libera, et nulla vinculo pignoris obstricta. Sed tunc sic acute replicabi; Pignus est individuum. l. Rem hæred. 65. de Eviction. l. Executione. 85. §. Item si ita. 6. de V. O. ergo n. potest constitui in parte pro indiviso: ac per consequens n. potest socius partem suam pro indiviso pignori obligare. Assumptum probatur ex eo; Nam quia servitus est individua, et individua causam continet. l. 2. §. Et si. 1. l. Si stipulatione. 12. de V. O. nec potest constitui pro parte individua, nec a socio pro parte sua pro indiviso. l. Vt pomum. 8. §. 1. l. Pro parte. 11. l. Vix. 11. de Servitut. Vultic. l. Per fundum. 11. l. Vnus. 34. de Servit. Vultic. prædior. Ergo idem de pignore dicendum est. Verum pro solutione dico, maxime distare individuitatem pignoris ab individuitate servitutis; pignoris namque obligatio non est individua respectu rei in indivisione; qua ratione potest quis non solum totam rem, sed et partem indivisam pignori dare. l. Sicut. 8. §. Si convenit. 3. cum seq. quib. mod. pign. Vel hypoth. solv. sed solum est individua liberatione sive in toto, sive in parte fuerit constituta, quia donec totum debitum solvatur, et si pars soluta fuerit, manet pignus in tota re obligata d. l. 85. §. 6. de V. O. cum simultanea pignori solum referatur ad nexum, et obligationem sine relatione ad maiorem, vel maiorem quantitatem; quare recte potest socius partem suam pignori dare, cum n. tangat partem socij, nec pignoris obligatio sit individua respectu rei; ac servitus sua natura individua est respectu rei, quæ continet nudum factum utendi, eundi, aut agendi, quod sui natura indivisum est. l. Vni. part. 13. de Vn. et habit. Unde in parte divisa non potest constitui, et consequenter nec a socio in sua parte pro indiviso, docent, et late prosequuntur Alciatus, Duaren. et Donell. in d. l. 12. de V. O. idem Donell. lib. 11. Comment. cap. 2. ubi Omuald. lib. 2. f. Valentia lib. 2. Illustr. tract. 2. cap. 2. per totum. Cherus lib. 1. interpret. cap. 50. ex n. 13.



Quibus suppositu, si socii partem suam, quam in re com-  
 muni habet, pro indiviso pignori obligaverit, quamvis postea familiae exercenda, aut  
 communi dividendo iudicio divisio facta sit, et unicuique ex domini sua pars sit  
 adjudicata, adhuc tamen tota dimidia pars pro indiviso manet obligata, et ita dimi-  
 dia pars utriusque partis dimidia, quae unicuique obvenit pignori vinculo tenetur. d.  
 l. 6. §. 8. Communi divid. d. l. 7. §. fin. quib. mod. pign. Vel hypoth. solv. d. l. 2. C. Communi  
 divid. l. Si frater. d. C. Communia utriusque iudicij. l. Arbitr. ff. l. fin. de Distractio.  
 pignori. Cujus rei ea est ratio; nam pars pro indiviso fuit obligata, quae diffusa erat  
 in tota re, et quae senibus percipi, aut digito demonstrari non poterat. l. Servus. §.  
 de stipulat. servor. divisio vero, aut adjudicatio sui pignori in parte indivisa cons-  
 titutum extinguere non poterit; nec enim pignus extinguitur, aut minuitur ex eo, qd  
 debitor totius rei obligata, aut partem ejus dominium amiserit, ut supra diximus;  
 Unde explorandus venit Papin. in l. 3. §. fin. qui potior in pign. hab. ubi frater quae par-  
 tem pro indiviso pignori obligavit, divisione facta, ut de identitate caveat alteri  
 fratri, cujus partem dimidia pars mansit obligata post divisionem ex jam dictis,  
 cum eo convenit, ut si ipse non liceat dimidiam partem pro indiviso partem di-  
 visae sibi adjudicata distrahere, atque ita frater suo partem dimidiam sua partem  
 pignori obligavit; promissa enim distractio ejus partem est argumentum contracti pignori,  
 et alicui Papin. in hoc pignore potiorum esse fratrem primo creditore; cum tamen  
 certum Iuri principium sit, priorum tempore potiorum esse Iure. l. Si fundum. §. Cod.  
 qui potior, nimirum quia frater obligavit alteri fratri non quidem tam dimidiam  
 partem, quam obligavit primo creditori pro indiviso, sed aliam dimidiam partem  
 partem suam liberam, quae sibi obvenit ex eo, quod ante divisionem pars pro indiviso  
 libera mansit, quamque nec pignori, nec pignori potiorum primo creditore invito  
 altero fratre ex regula tpi. in d. l. §. C. Si communi rei pignori data sit, et frater,  
 cui obligata fuit, non tam potior, quam solus in ea parte videtur, ut alia dixit  
 Papin. in d. l. 2. in fine. qui potior. Explicare sic hunc tom post Accusationem. Cu-  
 jac. lib. 11. Respons. Papin. ibidem, et Bachov. de Pignori. lib. 3. cap. 2.

N. 47

Ex qua suppositione  
 facile intelligitur difficultas alia tpi. in l. Si uxor. §. 8. §. Si conveniret. §. quib. mod. pign.  
 Vel hypoth. solv. ubi pacto interposito inter creditorem, et debitorem ne pars dimi-  
 dia pro indiviso pignori esset, si ab aliquo pars rei possideatur, non potuit ab eo peti  
 dimidia cum relatione ad totum praedium obligatum, quia dimidia pars ejus, quae  
 post pactum obligata manuit, diffusa erat in toto praedio, et ita non poterat tota  
 dimidia peti a parte possessoris, nisi pariter a pignori potioribus peteretur; potest tamen ab  
 eo dimidia pars possessoris peti, ut contendunt sic hunc tom intellig. Fulgo-  
 sium in eo, et Bachov. d. lib. 3. de Pignori. cap. 2. Pendet etiam ex supra dictis tom. ad  
 rem eleganti in l. 1. qui fundum. §. de Usu. leg. ubi uxor, qui fundum communem ha-  
 bebant usufructum fundi uxori legavit, post mortem territorij ejus haeres esse com-  
 muni divid. iudicio, et arbiter in hanc rem sumptus fundi inter socios certis  
 portionibus divisit, Trebatius respondit, meliorem ejus tantum partem, quae haeres  
 obtinuerit, usufructum habituram, et Trebatius ab eo merito reprehenditur, et  
 decidit, adhuc post divisionem mulierem partem dimidiam pro indiviso totius fundi  
 usufructum habituram, proinde ac si divisio non intercessisset; nam arbiter inter  
 alios iudicando non potuit alterius Iuri mutare, hoc est usufructum mulieri qua-  
 situm pro indiviso: Constat itaque ex hoc tpi. per adjudicationem, seu divisionem non



non mutari fructum, quemadmodum nec mutuum Ius est pignori. Conducit ab arg.  
 d. in l. Cum in fundo. 78. S. Si fundus. I. de Iur. dot. docent Cusac. in Recitat. ad tom. in  
 l. 31. de Usu. leg. et Bachoi. de Pignori. cap. 12.

Sed opponuntur d. in l. Iulianus. S. Idem

N. 48.

Celrus. de action. empti, et in l. 7. S. Si debitor. Vlt. Communi divid. ubi venditor, qui  
 partem pro indiviso vendidit, liberatur, parte divisa sibi adjudicata; et tamen per  
 divisionem prejudicatur emptori, qui partem pro indiviso emit: q. pariter divisio rei  
 pignori debet prejudicare creditori. Cui difficultati facile responderet ex doctrina  
 Bazaholi, quam sequitur Castrensis, et Anton. Faber in d. S. 11. et D. Sarriategui lib. 4.  
 Selectar. cap. 5. num. 3. cum seqq. et prope accedit hucusque dictis de natura pignori; per  
 pignus etenim rei creditori, ut sapienter dicitur, obligatur ipse, qui Ius in re acquirit,  
 adversus quemcumque possessorem l. 16. S. In vindicatione. l. 17. de Pignori. q. semel  
 facta obligatione partem pro indiviso non poterit tolli creditori Ius in re pro indiviso,  
 adjudicatione postea secuta d. l. 7. S. fin. quib. mod. pign. Vel hypoth. solv. cum alijs,  
 habetque creditor actionem in re pro parte indivisa contra consocium, cui pars assignata  
 fuit. d. l. 3. S. fin. qui potius cum similib. quia pars pro indiviso in toto fundo disun-  
 ditur; ac per venditionem sola persona venditori obligatur, et ita n. poterit emptor  
 contra consocium habere actionem, quia personalis obligatio non transit in possessio-  
 nem. l. 1. Vlt. S. 1. de Contrah. empt. l. 1. S. Si hære. 16. ad Trebell. nec aliam habebit accio-  
 nem ad interesse contra venditorem, quia ipse vendidit, quod habebat partem scilicet  
 subjectam divisioni, et quemadmodum commodum rei vendita sequitur emptorem.  
 l. Id quod. 7. de Periculo, et commod. Rei vend. ita et incommodum ex toto rei. de  
 Pericul. et Commod. ut accidit in eadem specie d. S. 11. in pte, in qua si totus fundus  
 adjudicatus fuerit venditori, praestandum est emptori, quia pars beneficii alienus  
 pariter accipit, et emptor solvere tenetur, quod ob adjudicationem condemnatus  
 fuerit venditor, eam consocio solvere. Idem ferè dicitur in d. l. 7. S. Communi divid.  
 Ergo similiter debet emptor sentire divisionis incommodum proveniens ex natura  
 rei vendita, quando sua pars adjudicata est, non idem de creditoris pignoratitio  
 dicendum est, cum divisio n. prejudicat, quemadmodum nec adjudicatio totius  
 rei facta debitori prodest; nam et si totus fundus fuerit creditori adjudicatus,  
 non tamen ideo creditor totum fundum obligatum habebit, sed partem solum,  
 nisi forsitan acceptum fuerit iudicium communi dividendo inter creditorem, et  
 socium, quo casu si totus fundus fuerit creditori adjudicatus, totus et pignoris  
 Iure tenetur. d. l. 5. S. fin. Communi divid. ut doctè advertit Cusac. in recitat. ad  
 l. 21. de Usu. leg. qui tamen ibidem sine ratione sequitur superiorem Bar-  
 tholi sententiam, quatenus erat in recitat. ad l. 13. S. 11. de action. empti, pro ta-  
 men casu prejudicat divisio creditori, et tantum pignus habebat in parte divisa,  
 non autem in parte pro indiviso, vel si ipse creditor provocaverit ad divisio-  
 nem, aut provocatus n. contradixerit, quia tunc debet imputare, ut argum. à  
 contrario sensu deducto constat ex d. l. 3. de Usu. leg. docet Cusac. in d. l. 13. S. 11.

Inferitur etiam ex supradictis, quod

N. 49.

pignus semel in re propria debitoris utiliter constitutum non extinguitur, et si  
 debitor dominium amiserit ex eo quod vicinus majus fuerit consecutus in posses-  
 sione ex secundo decreto ex causa damni infecti, ut in terminis respondet African.  
 in l. Cum postularet. 44. S. Domini. 5. de Damn. infect. Nam et si vicinus, qui mittitur in  
 possessionem aedi ruinosa ex 2. decreto causa n. praestiterit cautionis ejus dominium  
 acquirat. l. Si finita. 15. S. Iulianus. 16. de Damn. infect. ut rectè contra Cusac. tract. 9.



ad African. in d. l. 44. et alibi fundat Ouald. ad Donell. lib. 15. Comment. ep. 46. lit. I.  
tamen creditor potest hypothecaria adversus hunc novum Dominum experiri ratione  
Iuris, quod habet in re, quodque rem quoscunque fugientem comitatur. Nec hinc doctri-  
na obstat tibi. in l. I. qui. 12. et d. l. 15. S. Si qua in 29. et S. Item quæritur. 25. de Dam-  
no infecto, ubi denegatur pignori persecutio creditoris pignoratitio adversus eum, qui  
ex 2. decreto ex causa damni infecti in possessionem; Nam respondeo, maxi-  
mam versari differentiam quoad hanc partem inter casum, quo res ex causa pignori cre-  
ditori fuit tradita, et casum quo nuda solum conventionione fuit ei obligata; cum enim  
conventionione rei fuit obligata, creditor eum domum non possideat, non teneatur damni  
infecti nomine satisfacere; quare indistincte ei competit pignori persecutio adver-  
sus eum, qui ex 2. decreto in possessionem manus est; at ubi domum pignoratitiam  
creditori possidet, non Dominus non repromissit, teneatur apud damni infecti nomine  
satisfacere, datus in eam rem fidei iuribus; licet enim Dominus, et ij, qui cum Domini  
non sint nomine proprio possident, non teneatur satisfacere, sed repromittere. l. Qui  
bona fide. 13. in prin. et S. 1. de Damno infecto. tamen creditor, et alij, qui cum Domini  
non sint, nomine Domini possident, coguntur satisfacere. l. Hic amplius. 9. S. fin.  
cum 2. legib. seqq. de damno infecto. Si ergo nec creditor, cui ad id pignori  
data sunt, satisfacit damnum infectum, nec debitor promittat, denegatur perse-  
cutio pignori creditoris in poenam non præstita satisfactionis, si cur et fructua-  
rio non satisfacti ex eadem causa denegatur persecutio Infructus. d. l. 9. S.  
Vlt. cum 3. seqq. d. l. 15. S. 29. et 25. l. eorum. In prin. de Damno infecto. docet Cu-  
jac. lib. 48. Pauli ad Edict. in d. l. 10. et 12. et tract. 9. ad African. in d. l. 44. S. 1. de Dam-  
no infecto, et Donell. d. lib. 15. ep. 46. Quæ doctrina confirmatur ex eo, quod licet per  
novæ dedicationem pignus non extinguatur. l. 69. de Solutione. tamen si creditor  
præiens defensionem servi suscipere noluerit, denegatur ei pignori persecutio.  
l. Electa. 26. S. fin. l. Si novale. 27. de novalis. action. docet Anton. Taber in Va-  
rionali ad hæc Iura =

N. 50.

Vterius ex superiori doctrina veniunt intelligendi totus  
in l. Si debitor. 1. in prin. quib. mod. pign. vel hypoth. solv. et in l. Bovem. 43. S.  
Pignus. 8. de Adilit. Edict. in quibus rescisso contractu Emptionis per actionem red-  
hibitoriam pignus ab Emptore medio tempore constitutum non extinguatur, quia  
semel Ius in re creditoris acquiritur, quod ei non potest auferri ex eo, quod res-  
cisso contractu debitor dominium amiserit. Cui doctrina quam ex diametro  
opponi videntur tibi. in l. Vbi autem. 1. S. Sed et Marcellus. 3. de Indium addit. l. 8.  
Si rei dicitur. 3. quib. mod. pign. vel hypoth. solv. in quibus resolutio contractu  
Emptionis potestate pacti additionis in diem pignus ab Emptore medio tempore  
constitutum ipso Iure resolvitur. Sed pro solutione eleganti constitutus dicitur  
men inter rescissionem contractus, et ejus resolutionem, ita ut rescisso contractu  
pignus non finiatur; eo vero resolutio evanescit; Huius autem dictionis  
ratio hæc est: Ea est pignori conditio semel utiliter constituti, ut non extin-  
guatur, nisi fuerit eo nomine creditoris satisfactum. l. Si rem. 95. Omnia. 3. de  
Pignori. act. Ex quo fit, neque alio modo finiri posse, nisi in eum statum deduca-  
tur, ut nunquam contractum fuisse Emptorem, quod ipsum eo solo casu con-  
tingit, quo titulus, ex quo debitor Ius dandi pignori fuit nactus, resolvitur;  
Ea etenim est potestas resolutionis, ut deleat omnino conceptum contractus titulus,  
perinde ac si nullus unquam præcessisset, et efficiat, ut emptor nunquam Dnus  
fuisse videatur, et ut dominium ipso Iure redeat ad Venditorem, perinde ac si  
ab eo



ab eo nunquam dicentur. l. Si quis hac lege. ff. de Re iudic. d. l. 53. de Indiz  
 addit. docent Antiquiores, quos sequitur Donell. lib. 16. Comment. cap. 18. et Ornuall.  
 d. cap. 16. tit. C. et d. cap. 19. tit. f. et late fundavit in methodico Comment. ad tit. ff. de  
 In diem addit. cap. 3. Ex n. 45. Unde in necessariam consequentiam pignus ab Emptore me-  
 dio tempore constitutum resolvitur, quia vigore resolutionis retro apparet a non Dno,  
 et sic inutiliter constitutum, docet Anton. Faber in Rationali add. l. 53. Ad quam par-  
 tem expectat tñ. in l. Sex Vectigali. 31. de Pignori. Conducunt etiam ab argum. tñ. in  
 l. Si sub condit. 16. quib. mod. Vusu. amitt. l. 1. cur. V. St. quib. mod. seu quemadmod.  
 Servit. amitt. l. Si fundum. 105. de Cond. et Dem. Vno tamen casu resolutio, debitoris  
 titulo pignus non resolvitur, quo resolutio pendet ex mera Voluntate emptoris. d. l. 3. in  
 fine. quib. mod. pign. vel hypoth. solv. neque alias scilicet suo facto, et mera Voluntate  
 propriam obligationem extinguere possit. contra generalem regulam tñ. in l. 9. n. 1. n. 2.  
 Videamus. l. de V. O. docet Anton. Faber de errorib. Pragmat. decad. 13. error. 2. cum l. seqq.

Cum vero contractus, seu titulus de-

Num. 51

bitoris rescinditur per actionem redhibitoriam non tanta rescisioni potestas est, ut  
 deleat conceptum contractus, quinimo ipsa rescisio titulum praecipue supponit, quia  
 non ipso Iure, sed facto hominis contingit; quare et dominium ad Venditorem sine  
 temporis retractione recurret. l. Redhibere. ff. cum alijs. de Adilit. Edict. Neque ad eum  
 reddat quasi nunquam amissum, sed tanquam nunc denuo acquiram: Ex quo fluit  
 pignus ab Emptore medio tempore constitutum n. extingui; quia cum invenitur a Dno  
 utiliter constitutum, n. debet extingui ex eo, quod debitor ex causa rescisionis con-  
 tractus dominium amiserit. d. l. 1. Quib. mod. pign. solv. Nec obstat, quod facta redhi-  
 bitione omnia in praesens statum restituantur, perinde ac si nullus contractus pra-  
 cessisset. l. facta. 60. de Adilit. Edict. Resp. Verum esse omnia restitui in praesens statum  
 facto actionis, et officio Iudicis, n. tamen ipso Iure; qua ratione Emptor tenetur ante  
 traditionem vel pignus liberare d. l. 43. 5. 8. de Adilit. Edict. Vel cautionem eo nomine  
 Venditori prestare d. l. 2. St. eod. tit. quod necessarium non est, cum contractus ipso Iure  
 resolvitur; tunc enim ipso Iure resolvitur pignus medio tempore contractum, ut jam  
 diximus. Ex qua doctrina provenit, quod rescisio contractus Emptoris ex causa immo di-  
 ca, seu enormis laesioni beneficio. l. 2. C. de Rescind. Vendit. pignus medio tempore  
 ab Emptore constitutum permanet, quidquid dicat Arias Pinell. ad d. l. 2. de Rescind.  
 Vendit. 2. parte. cap. 3. num. 11. cum seqq. et similes revocata donatione ex causa in-  
 gratitudinis pignus a donatario constitutum durat, ut probat tñ. in l. Huius mani-  
 bu. 7. C. de Revocand. donat. junct. l. fin. C. de Rebu alien. n. alienand. licet contractus  
 teneat cum pluribus Piraguell. in l. Si Vnquam. in v. Reverentur. num. 112. Cod. de  
 Revoc. donation. quod maiore Ratione locum habet in retrovenditione, qua fit ex pac-  
 to de Retrovendendo, cum retrovenditio nec resolutio, nec rescisio sit prioris Venditio-  
 nis, sed secunda potius Venditio, et prioris quaedam confirmatio l. 2. C. de Pactis inter  
 Emptor. et Venditor. docet Anton. Faber d. decad. 13. error. 12. et 10.

Num. 52

Resolutio titulo debitoris pignus extinguit, Veniunt intelligenda tñ. in l. Debitor. 10.  
 S. fin. de Pignori. act. l. 1. Grege. 13. S. Cum pignore. 2. de Pignori. l. 1. et 2. C. Si pignus pignori  
 datum sit, in quibus si creditor rem sibi pignori datam alij pignori dedit,  
 Dno solvente pecuniam, quam debet, ipso Iure utraque obligatio pignori perimitur,  
 adeo ut secundi pignori nec persecutio detur, nec restitutio relinquatur, q. cum  
 pignus ipso Iure finitur, per solutionem factam a debitore. l. Item liberatur. 6. quib.  
 mod. pign. vel hypoth. solv. et sic titulus primi creditoris ipso Iure resolvatur, nece-  
 sarium etiam est pignus ab eo datum non creditore, sed a debitor, ne alioqui plus Iuris

V. A. B. H. S. C.



habeat secundus creditor, quam habuit primus, a quo ipse causam habet. contra regulam  
 tot. in l. Nemo. 54. de Reg. Iur. docent Donell. ad titul. Cod. Si pignus pignori datum sit.  
 et Anton. Faber in Varron. ad d. l. 45. fin. de pignori. act. Ad quam partem expectat tot. in  
 l. De accessionibus. 45. Et in m. h. pignori. 3. de Diversi. et tempor. prescript. Pro cuius expo-  
 nit. Videndus D. Reres lib. 3. opuncul. ad lib. singul. quar. Scer. pleb. tract. ad d. 5. 3.  
 Aliam elegantiorum huius rei rationem tradit Cusac. ad titul. Cod. Si pignus pignori  
 datum sit, quam ex eo deducit, quod creditor, qui rem sibi pignori datam creditori suo  
 dat, non tam ipsam rem obligat, quam Ius, quod in ea habet d. l. 4. C. Si pign. pignori.  
 Sicut et si, qui rem sibi debitam pignori obligat, ut supra dixi n. 39. cum seqq. Cum ergo  
 Ius, quod primus creditor habet in re, per solutionem extinguatur, precise exstinguitur  
 pignus. Quod in eo Iure consistebat; nam exprime re obligata pignori, et ipsum  
 pignus exstingui necesse est. l. Sicut. 8. in prin. quib. mod. pign. l. Servo. 25. C. de Pignori. b.  
 Nec tunc dicimus id, quod primus creditor ex principali obligatione fuerit consecutus,  
 pignori nomine secundo creditori teneri, aliunde cum nomen pignori obligatur, id  
 quod ex causa ejus obligationis exprimitur, pignori nomine teneatur tot. sic intellig. in d.  
 l. 43. 5. 2. Veri. Sed nunquid. ff. de Pignori. b. cum alijs allatis supra nunt. Nam multum  
 hoc inter seditant, cum pignori nomen obligatur, ideo ex ejus causa corpus exactum pig-  
 nori teneatur ex equitate Praetoria, quia subrogatum tenetur in locum nominis obligati.  
 at vero cum pignus pignori obligatur, dici non potest corpus exactum a primo creditore  
 subrogari in locum pignori, quia non ex causa pignori, sed principali obligationis  
 exactum est; Unde resoluta pecunia primo creditori quoad omnes effectus secundus  
 pignus evanescit =

Num. 53.

Inde sequitur, quod resoluta pecunia primus creditor tenetur debi-  
 tori pignoratitia actione rei pignoratata possessionem restituere, non tamen pignus a secun-  
 do creditore liberare, ut eleganter respondet Papin. in d. l. 40. 5. fin. de Pignori. act. quia  
 jam ipso Iure liberatum fuit. Sed obstat videtur tot. in l. Perenti. 27. Cod. tit. de Pignori. act.  
 ubi creditori petenti pecuniam mutuum, cum pax manibus debitor n. haberet, species  
 auri dedit, ut pignori apud alium creditorem poneret, ait Vlp. quod si jam solutione  
 liberatus, restituitur qui eas ei, qui deceperit, tenet eas restituere, tenetur actione ad ex-  
 hibendum, quod si etiam nunc apud creditorem creditoris sunt voluntate Dni non  
 videtur, sed debitori propria actio adversus suum creditorem competit, ut eas libe-  
 ret, et liberatas restituat. Dicit sic: En ubi licet debitor solvere pecuniam creditori,  
 tamen pignus rei suae a creditore suo constitutum n. exstinguitur ipso Iure: p. falio  
 diximus cum Papin. soluta a debitor pecunia f. creditori Quod pignus ipso Iure resoluti.  
 Verum respondendum est in d. l. 2. debitorem creditori suo species auri pignori non  
 dedisse, sed solum ei eas tradidisse, ut pignori apud alium creditorem poneret, et sub  
 earum pignore pecuniam, qua se indigere dicebat, dquireret, et numeret ab alio cre-  
 ditor; quare creditor non pignus specieum, quod ipse n. habebat, sed species ipsas cre-  
 ditori suo voluntate debitoris, ejusdemque domina pignori dedit; Unde et maxime  
 debitor solvere pecuniam debitam creditori, n. exstinguitur pignus, quod nemum est  
 voluntate debitoris, sed solum ei acquiritur propria actio adversus debitorem, ut spe-  
 cies liberet a suo creditore, et liberatas restituat; at ubi pignus pignori datum est, so-  
 luta a debitor pecunia, et si extincto primo pignore secundum ipso Iure firmata ex  
 defectu rei pignoratata. docent Cusac. lib. 3. Responsi. Papin. in d. l. 40. 5. fin. de pignori. act.  
 et Anton. Faber in Varron. ad d. l. 2. et ad d. l. 40. 5. Vlt.

N. 54.

Pendet etiam ex superioribus ex-  
 positio tot. in l. Vlt. 5. Si autem. 3. C. Communia de Sep. qui ut intelligatur, sciendum  
 est,



est Iure Digest. eam fuisse differentiam inter legatum vindicationis, et legatum damnationis, ut scilicet haec rem pignori obligare per vindicationem pure legatum non possit, ut probant ab argum. tñ. in l. Proinde. 8. de Reb. cred. l. Quaedam. 18. de Reb. du. b. quia dominium rei legatum per vindicationem ipso Iure ad legatarium transfertur. l. Legatum. 80. de leg. 2. cum alijs; Rem vero per damnationem, aut fideicommissum relictam pignori obligare potest, ut probant ab arg. tñ. in l. Si quis Inquilinus. 112. S. 1. de leg. 1. l. 3. S. Ter. 3. l. Quidam. 25. S. 2. l. Si haec. 70. S. 1. ad Trebell. l. Vlt. S. 1. de Donation. quia dominium ex huius legati, aut fideicommissi causa solum transfertur a tempore traditionis. l. 84. S. Adde. 1. de leg. 1. tradit Valeria lib. 3. Illuz. tract. 6. cap. 2. n. 12. cum seqq. Ex qua differentia fuit et alia, ut scilicet si haec rem legatam per vindicationem sub conditione ea pendente pignori dederit, quod facere posse constat ex l. non minus. 66. de Rei vindic. l. 12. S. 2. famil. dicitur. l. Generaliter. 29. S. 1. qui, et a quib. l. Pleun- que. 205. de Reg. Iur. existente conditione pignus evanescit, ut probant ab argum. tñ. in l. 11. S. 1. quemadm. servit. amitt. l. Servo legato. 69. S. 1. de leg. 1. l. Si fundum. 105. de Cond. et Dem. quia existente conditione perinde habetur legatum ac si pure relictum fuisset ex regula tñ. in l. 8. Veri. quod si pendente de Periculo, et commod. rei vendit. ac per consequens retro apparet pignus a n. Dño constitutum: si vero rem per damnationem, aut fideicommissum sub condit. relictam haec pignori dederit, adhuc existente conditione pignus n. extinguitur, ut ex dictis liquet; quam utramque differentiam abrogavit Iustin. in d. l. Vlt. S. Seu quia nostra Majestas. 2. et d. S. 3. C. Communia de Legatis; Nam cum jam in l. 1. et 2. C. eod. tit. omnibus legatis eandem dederit naturam, et fideicommissa legatis exaequasset, statuens, ut vindicatione dominium rei per legatum, aut fideicommissum relicta ipso Iure transferretur in legatarium, aut fideicommissarium, constituit etiam in necessariam conseq. haec non licere rem pure legatam, aut per fideicommissum relictam pignori obligare, et pignus rei sub condit. relicta ab haerede medio tempore constitutum existente conditione ipso Iure resolveri, quia retro creditur, haereditatem eius rei nunquam dominium fuisse, ut sic pignus ab initio inutiliter constituitur, haereditatem eius rei nunquam dominium fuisse, ut sic pignus ab initio inutiliter constituitur. docent Donell. in d. l. 3. S. 2. et 3. et Cujac. ad tit. C. Communia de Legatis; Ille tamen casus excipitur ex Authent. Rei quae. eod. tit. ex qua si liberti portio legitima non sufficiat ad doti, seu donationis propter nuptias obligationem, permittitur eis Res praedictas in eam causam alienare pro modo honestatis personarum congruo, ut constat ex Novela de Restitutionsib. Collat. 4. tit. 12. cap. 12.

Rursum ex eadem doctrina intelligendi sunt Num. 55  
 tñ. in l. Creditor. 12. S. Simpliter. 7. qui potius in pign. hab. l. Cum prior. 3. de Distract. pign. l. Si insolutum. 6. l. Si a creditore. 7. de Oblig. et act. l. 1. C. Si antiquior creditor rem vendiderit. l. quia a creditore. 18. C. de Distract. pignoz. in quibus antiquior creditor ex lege constitutionis, vel Iure creditoris rem sibi pignoratam distraxerit, aliorum creditorum pignus resolvitur, et evanescit mutatio extincto dominio debitoris, et in emptorem translata; nam cum creditor pignus distraxit, distractio haec fuit iuxta voluntatem debitoris. l. Si convenit. 4. de Pignoz. acc. eo tempore interposita, quo res libera erat, nec alijs creditoribus fuit obligata; quare voluntas illa debitoris, quae aliorum creditorum ejus antecedit, operatur, ut Res in eodem statu ad emptorem transferatur, in quo erat antequam posterioribus fuerat obligata, et consequenter libera; aliud vero dicendum est, si debitor ipse antiquiori creditori rem pignoratam vendiderit, vel in solutum dederit; tunc enim per posteriorem creditorem pignus n. extinguitur, et si creditor Rem emptam, aut in solutum acceptam vendiderit, quin imo posterioribus creditoribus Ius offerendi competit, et obligata debita quantitate simul cum legitimis accessoribus pignus avocandi. l. 1. C. Si antiquior creditor pign. vendidit. l. 1. C. de Eviction. Nam adquisitio hae dominij fit ex causa aliorum creditorum Ius rubroquente; non enim provenit ex voluntate debitoris interposita tempore contracti pignoris, sed ex nova voluntate



interposita tempore, quo res jam alij creditoribus est obligata, quæ eorum Ius auferri non potest ex Vulgari regula tōi. in l. Debetorem. 15. C. de Pignori. quæ ratio etiam locum habet in distractione facta ab antiquiore debitore, cui debitor rem vendidit, vel in solutum dedit, docent Cujac. lib. 20. Respons. Papin. in l. 2. de Distract. pignori. et cum pluribus Arias de Mesa lib. 1. Variar. cap. 37. Extremum si a consentiente creditore, ut sibi satisfiat, debitor pignus vendiderit, posteriorum creditorum pignus Extinguitur; Nam tunc ipse creditor per mediam debitoris personam distractione creditur, iuxta tōm sic Explicandum in d. l. 3. S. t. de Distract. pignori ubi Cujac. lib. 3. Respons. Papin. ubi aliud esse admonet, si pignus remittendi causa creditor venditioni consenserit. l. Paulus. 12. quib. mod. pignori. Vel huygoth. solv. et inde apponit exemplum ad regulam Iuris, quæ habet, aliud esse vendere, aliud venditioni consentire. l. Aliud. 160. de Reg. Iur. docet Arias de Mesa ubi supra num. 17. Ex quibus colligitur, si antiquior creditor ea lege pignus acceperit, ut si intra statutum diem pecunia debita non solvatur, liceat ei Emptori Iure rem pignoratam retinere, vel in solutum accipere, non quidem pro ea quantitate, quæ debetur; nam ea conventio legibus improbat. l. 16. C. de Pactis pignori. Cap. Significat. 7. Extra de Pignori. sed pro justo pretio tunc æstimando, iuxta tōi. in l. Si fundus. 16. 5. Vlt. de Pignori. ob retardatam solutionem prævia justa æstimatione pignus emerit, aut in solutum acceperit, posteriorum creditorum pignus resolvitur; Nam huiusmodi Acquisitio fit Virtute conventionis interposita eo tempore, quo res posterioribus creditoribus non erat obligata, et datio pignori postea a debitore facta non potuit primo creditori officere, nec ei aliquod præjudicium inferre, tenet Arias de Mesa ubi supra n. 18. cum d. seqq. Neque superiori doctrina obstat tōi. in l. Si potiores. 3. de his qui in prior. cred. loc. Succes. ubi dicitur, pignori Emptorem in locum creditoris succedere; atque posteriores creditores possunt debitum offerendo pignus ab antiquiore creditore avocare. l. Cum secundus. 5. in prio. et S. t. de Distract. pignori. l. 1. C. qui potiores. Ergo et poterant illud avocare ab eo, qui illud emit ab antiquiore creditore, ut in ejus locum succederent, ac per consequens et si antiquior creditor rem pignoratam distraxerit, non Extinguitur posteriorum creditorum pignus. Nam respondeo (Rejecta Græcorum Interpretum opinione, qui tōm in d. l. 3. accipiunt de eo, qui a creditore comparavit) eum tōm loqui de venditione facta a debitore, non interveniente creditore cum pacto, ut ex pretio creditores antiquiores dimitterentur, quo casu si pecunia ad eos pervenerit, Emptor in eorum locum succederet. l. Qui. 12. qui potiores in pignori. hab. Neque enim per venditionem factam a debitore potuit eorum pignus Extingui, docent Accursius, Salicetus, Donellus et Cujac. ad titulum C. de his qui in prior. credit. loc. succed. et Arias de Mesa d. lib. 1. Variar. cap. 25. n. 23. et 24. Neque etiam obstat tōi. in l. Creditor. 13. de Distract. pignori. ubi Paulus scribit, Creditorem pignus vendenti teneri sua Iura Emptori cedere, ex quo probari videtur, Emptorem in Ius creditoris succedere; Nam respondeo, eum textum accipiendum esse de actione pignoratitia contraria, quam cedere debet creditor Emptori, ut si forte res evincatur, possit Emptor ea actione adversus debitorem experiri. l. In creditore. 38. de Evictionib. Vel etiam dici potest, creditorem non rem pignoratam, sed Ius pignoris distractione, et ideo teneri Iura sua Emptori cedere, sic rejecta sent. Accursij, et Baldurini de Pignori. cap. 18. hunc tōm intelligunt Connanus lib. 4. Comment. cap. 18. n. 3. et Arias de Mesa ubi supra num. 25. cum seqq.

N. 56.

Deinde non obstat tōi. in l. 5. S. t. cum postea. 6. de Distract. pignori. l. In bello. 12. S. Si pignori. 12. de Captiv. et postlimin. Reven. l. Secundus. 22. C. de Pignori. in quibus si primus creditor secundo rem pignoratam vendiderit, non Extinguitur pignus posteriorum creditorum. Nam respondeo, ideo tunc posteriorum creditorum pignus non Extinguit, quia secundus creditor non tam dominij nanciscendi, quam sui pignori firmandi causa censet Emisse, ut ait Cuius in d. l. 6. de Distract. pignori Unde cum non sit resolutum dominium debitoris, neque etiam potuit posteriorum credi-



torum pignus resolvi, docent Accursius in d. l. C. si antiquior creditor. Cusac' lib. 16. obier. cap. et Arias de Mera d. lib. 4. Variar. cap. 9. et lo. et d. cap. 25. num. 30. Denique opposita est in l. A Divo Pio. §. 5. de post. adjectum. 6. de Re judic. ubi pignus in Executione Sententia antiquiori creditori a Iudice fuit adjectum, posteriorum creditorum pignora Extinguuntur; atqui tunc ipse debitor rem pignoratam vendere intelligitur ex regula tot. in l. Si ob causam. §. C. de Evictione. §. et si antiquior creditor pignus emit a debitorum posteriorum creditorum pignus Extinguitur, ac per consequens nullum esse discrimen inter casum, quo antiquior creditor pignus distrahit, et inter casum, quo illud emit a debitorum contra ea, quae diximus num. 37. Sed dicendum est, quod et si pignus antiquiori creditori a Iudice fuit adjectum, tamen Extinguitur Ius posteriorum creditorum. l. Cum bona. §. 6. de reb. auctorit. Iudic. pond. alia l. de Privileg. credit. docet cum pluribus Arias de Mera d. lib. 4. Variar. cap. 6. cum 2. seqq. quia tunc ipse debitor per mediam personam Iudicis vendere intelligitur. d. l. §. 13. C. de Evictione. l. 2. C. de causa iudicati. Nec aliud probat tot. in d. l. §. 5. 6. qui solum docet, Iudicem rem iudicatam exequentem, si post factam adjectionem pignori aliqua controversia oriatur, non debere rationi sua emanari adhibere, cum tam plene exequendi munere functus sit, ut interpretatur Bartholus, Iason, Duarenus, et alij ibidem, quos sequitur Arias de Mera d. cap. 8. num. 11.

## Caput 2<sup>um</sup>

### De convalescentia pignoris rei alienae ex causa acquisiti dominij a debitorum pro Explan- catione textus in l. Cum res. §. C. hoc tit. Vel ex causa Ratihabitionis Domini

Ex huiusque dictis apparet rei proximo alienae tempore conventioni pignus nullum esse; pignus vero utiliter constitutum semel non extinguatur, si mox debitor dominium rei pignorate amiserit, nisi ea fuerit causa amissionis dominij, quae efficiat, ut nunquam debitor Dominus fuisse videatur; Nunc videamus, an pignus rei alienae convalescat ex eo, quod debitor mox rei pignorate dominium acquireret, et si is, qui rem alienam pignori dedit, Dominus ejus effectus sit, pignus convalescat, ut probant Expressi tot. in l. Item si filiusfam. §. 7. §. Sed et si filiusfam. §. 2. ad §. Cum Macedon. l. Rem alienam. Et de Pignori. act. l. §. 1. in prin. de Pignori. l. §. filiam. §. 6. ad Trebell. l. Cum res. §. C. h. no. ut non quidem directe, ut notatur a Paulo in d. l. Et etiam Papin. in d. l. et ab Imperatoribus in d. l. §. 5. quia initio non tenuit in re aliena, sed utiliter, et ex aequitate, quia debitor si suam turpitudinem allegaret, Verumque contra factum suum agens, vel excipiens ad rem non ponet, ut ait Paulus in d. l. Et in fine. Accedit et illud, quod ipse debitor obligatus erat pignoratitia actione creditori ob id, quod rem alienam pignori dedit ei. l. §. 16. §. 1. l. Cum debitor. §. 2. de Pignori. act. quod sufficit, ut ex aequitate Praetori pignus convalescat, competatque utilis actio hypothecaria contra debitorem, et quemcumque possessorem, quae utilis pignoratitia appellatur in d. l. §. 4. docent Cusac' lib. 3. quae sit. Pauli in d. l. Et et lib. 11. reipon. Papin. in d. l. de Pignori. Petri. Faber lib. 2. remem. cap. 18. Vultejus disceptat. 17. Robertus lib. 2. §. §. §. §. cap. 1. Bachon de Pignori. lib. 2. cap. 1. Nec obstat huius principio Vulgata Iuris regula, quod initio vitiorum est tractu temporis convalescere non posse l. Quod initio. §. 29. de Reg. Iur. Nam ea regula tunc intelligenda est, si quod initio vitiorum est, privatorum factis, et approbatione convalescere velimus sine aliqua lege speciali, ut Praetori auxilio; at quod si aliqua lex specialis est, aut Praetori auxilio, tunc convalescat, quod initio vitiorum est, ut in exemplo donationis inter Virum, et uxorem, quae etiam ab initio vitiosa est, tamen in Praetore Severi post mortem donantis con-

Num. 1.



Num. 2.

firmata, et ita cessat ea regula generalis, quod si obicitur alia specialis lex contra-  
rium in speciali aliquo casu præcipiens, ut exponunt Rayardus, et ceteri referentes ad  
d. l. 29. de Reg. Iur. et cum iudicio Cujac. d. lib. 11. Respons. Papin. in d. l. 1. de Pignori bus.

Convalescit ergo rei aliena pignus, si ejus debitor  
dominium adquisierit, et ignorantis creditoris circa controversiam competere verum hypo-  
thecaria actio, scienti vero difficilius dari prædicam actionem inquit Papin. in d. l. 1.  
de Pignori. quæ confusa Verba dubitandi occasionem præbuerunt Interpretibus; Nam hæc  
Verba non videtur denegari absolute actio creditoris scienti, quamvis cum difficultate  
concedatur, et jurat hæc sent. <sup>am</sup> <sup>tot.</sup> in d. l. 1. de Pignori. act. quæ absolute sine scienti-  
æ, aut ignorantia distinctione concedit creditoris actionem hypothecariam. Nec  
rursus hæc sent. alia ratione probatur; Nam si scienti creditoris non daretur actio hypo-  
thecaria contra debitorem, fieri nihil operaretur convalescentia pignus per supervenientiam  
dominij; Nam ignorantis creditoris etiam ante supervenientiam dominij datur hypo-  
thecaria contra debitorem, qui ipse defectum dominij apponere non potest. l. Si in d. l. 1.  
S. l. de Pignori. alias turpitudinem suam allegaret contra Pauli sent. <sup>am</sup> in d. l. 1. g. ut  
aliquid operetur circa ipsum debitorem supervenientia dominij, quæ alia pignus susci-  
tat, debet competere creditoris scienti actio hypothecaria contra debitorem, et hæc  
sent. tenent Baldus in d. l. 1. de Pignori. cap. 12. et Robertus lib. 2. Sentent. cap. 1. Ex contrario  
tamen in distinctio scienti creditoris denegari hypothecariam actionem contra debitorem  
etiam post supervenientiam dominij probari videtur ex ratione <sup>am</sup> <sup>tot.</sup> in d. l. 5. C. hoc non  
tit. ubi aiunt Imperatores, quod ex æquitate exemplo pignoratitia actionis competit  
utili persequitur creditoris, quasi dicant, q. debitor teneatur actione pignoratitia  
personalis ob id, quod rem alienam pignori dedit d. l. 16. S. l. d. l. 32. de Pignori. act.  
ad exemplum ipsius datur hypothecaria ex æquitate; sed sic est q. quando creditor  
scit, rem alienam esse, non habet actionem pignoratitiam contra debitorem. d. l. 16. S. l. g.  
tum non debet pignus convalescere, utpote deficiente principali ratione, qua convales-  
centia fundatur. Potest etiam id fundari ab argum. <sup>am</sup> <sup>tot.</sup> in l. Si fundam. 2. de Erec-  
tion. quam sent. <sup>am</sup> post Accusatum sequuntur Cujac. d. lib. 11. Respons. Papin. in d. l. 1. de  
Pignori. Donell. de Pignori. cap. 1. Bachov. de Pignori. lib. 2. cap. 1. et eos non rejicit ab hac  
opinionem Verbum Difficilius apud Papin. in d. l. 1. de Pignori; ajunt enim quod cum non  
erit aliqua specialis constitutio, aut Imperi. reicizum, ut sibi non videretur Præterius  
auctoritatem abrogare, modera ratione respondet, uti fit in l. Nonnunquam. 8. de Co-  
llat. bonor. ut observantes modicum Papin. dicendi modum observant Duaren. lib. 1.  
Dij. put. cap. 11. et Donell. de Pignori. d. cap. 5.

Num. 3.

Alij neutram ex his opinionibus absolute  
acceptam veram esse arbitrantur; Non primam; quia remaneret sine mysterio Verbum  
Difficilius apud Papin. quod difficultatem denotat, quasi non semper concedatur; nam  
secundum Verbum illud denotat, possibile esse, quod creditoris scienti datur hypothe-  
caria; itaque ejus opinionem sequenti distinctione componenda contendunt, ut scili-  
cet datur hypothecaria actio scienti creditoris contra debitorem, ut contra alium  
ab eo causam habentem, tum quia debitor excipiens suam turpitudinem allegat;  
tum quia creditor quando scit, rem alienam esse, non remittit Ius suum nisi res-  
pectu temporis præteriti, nec cogitat de amittenda actione, quam in futurum poterit  
habere per pignori convalescentiam, et quia ab eo causam habet, debet Iure aucto-  
ritati sui uti. argum. <sup>am</sup> <sup>tot.</sup> in l. Si quis à Titio. 12. de Rei vindic. cum vulg. ar. creditor  
non agit contra debitorem, aut ab eo causam habentem, sed contra alium possessorem,  
tum actio ipsi denegabitur, quia recte dicitur possessor, rem non fuisse in bono debitoris  
tempore conventionis, et efficit æquitas ratio, et turpitudinis propria allegatio, quæ  
pignus convalescere facit in d. l. 5. C. hoc non tit. et in d. l. 1. et hoc modo ajunt  
Cujac.



Cum mysterio, remanere Verbum Difficilius apud Papin. in d. l. q. n. absolute creditus  
actio, sed ita demum si possideat, qui ignoravit. l. q. n. ab illo causam habet, docent, et  
hanc sent. <sup>am</sup> tventur Accursius in d. l. q. n. de Pignori. ubi in hac sent. recedit Pacius cen-  
tur. l. q. n. 52. Vultus d. d. ceptae. cap. 17. quos sequitur quidam ex n. Praxij in  
Academico tract. de Pignori. h. parte. cap. 2. n. 48. qui addunt tantum non ob stare sent.  
Neganti fortius fundamentum deductum ex d. l. 5. C. h. tit. Nam ibi per actionem  
pignoratitiam intelligenda est directa actio hypothecaria, ad cuius exemplum  
inducitur utilis hypothecaria: Nam omnes actiones utiles inducuntur ad exem-  
plum directarum: Unde quemadmodum directa hypothecaria competit indistincte  
adversus quemcunque possessorem; sic et utilis hypothecaria competit ignorantibus  
creditori contra quemcunque possessorem absolute, ut habeat eandem qualitatem,  
quam directa =

In qua opinionum varietate priusquam circa intelligentiam eius.  
in d. l. q. n. de Pignori. iudicium meum proferam, notandum duxi, quod id, quod supra  
diximus, nempe convalescere pignus ex aequitate per supervenientiam dominij, et  
creditori competere utilem hypothecariam actionem, ita intelligendum est, ut com-  
petat quidem creditori hypothecaria actio contra debitorem, aut contra alium ab  
eo causam habentem, non vero contra tertium possessorem causam a debitore non ha-  
bentem, ut ingeniose docent Anton. Sab. in Variis. ad tom. in d. l. q. n. de Pignori. act.  
Nam Ratio, quae efficit, ut pignus convalescat contra debitorem, aut contra alium ab  
eo causam habentem, cessat respectu extranei possessoris causam a debitore non habentis,  
ideo pignus convalescit contra debitorem; quia debitor suam turpitudinem allegaret,  
si sciret, rem alienam fuisse tempore conventionis, et per consequens repellendus  
est. d. l. q. n. quae ratio militat etiam contra habentem causam a debitore ex regula  
t. in l. q. n. de Rei vindic. cessat vero contra eum, qui causam a debitore non habet,  
qui recte scit rem alienam fuisse tempore conventionis, nec potuit eo nomine repe-  
lli, cum nec propriam turpitudinem alleget, nec ejus, a quo causam habet: Cum g.  
creditor probare non possit, rem fuisse in bonis tempore conventionis, necessario suc-  
cumbit in hypothecaria actione. Sed tunc obstat, quod creditor pendet ex Iure de-  
bitoris, ut saepe diximus; argui debitor Dn. jam factus rem suam potest a quocun-  
que possessore vindicare: g. et poterit creditor ejus possessionem per hypothecariam actio-  
nem a quocunque possessore avocare. Rursus: Debitor vincit quemcunque possessorem;  
sed creditor vincit debitorem: g. et vincere debet quemcunque possessorem; Nam juxta  
tritam Iuris regulam Si vincis Vincentem te, a fortiori vincam te. l. q. n. de accessionibus.  
l. 5. Et si mihi pignori. 3. de Diversi. et tempor. praescript. Verum resp. quod licet ubi  
pignus ab initio utiliter constitutum est, Ius creditoris pendeat ex Iure debitoris, et  
possit creditor ab eisdem possessoribus possessionem per hypothecariam avocare, a quibus  
debitor rem potest vindicare, tamen aliud est, ubi pignus ab initio inutile conva-  
lescit ex post facto per supervenientiam dominij; quia ut jam dixi, Ratio, quae indu-  
cit convalescentiam contra debitorem, aut alium ab eo causam habentem, cessat  
contra extraneum possessorem causam a debitore non habentem; quare neque in praes-  
enti locum habet Regula t. in d. l. q. n. 5. 3. quae procedit solum cum eadem causa vin-  
cendi, non cum diversa. l. q. n. Si ex filio. 2. ad Textull. l. q. n. Claudius. 47.  
qui potior in pignori. hab. ubi docet eleganter Cusac. lib. 3. quaest. Pauli =

Deinde breviter scien-  
dum est, quod creditor poterit actione pignorat. debitorem convenire, ut rem suam factam  
iterum pignori obliget, quod suadetur ab argum. ex l. Si quis alienam. l. 6. de act. empt.  
ubi is, qui rem alienam vendidit, et dominium ejus nactus fuerit, cogitur implere ven-  
ditionem, et ex eo, quod creditori, qui rem alienam pignori accepit, competit eo no-  
mine actio pignorat. contra debitorem ad interem. l. 31. de Pignori. act. ubi Anton. Sab. in  
in Variis. g. et competit ei actio, ut rem suam factam debitor denuo pignori obliget;

Num. 4.

N. 5.



et tamen ea obligatione subsecuta creditor poterat possessionem avocare à quocunque  
possessore per directam hypothecariam actionem, cum utiliter pignus à Dño constitutum  
invenitur. Quibus suppositis, veriorum eximio sent. <sup>am</sup> Cassacij d. lib. II. Verjoni. Papin. in  
l. t. de Pignoriis. et Donell. de Pignoriis. d. cap. 2. Bachov. eod. tract. d. lib. 2. cap. 4. et Anton.  
Fabri in Variation. porth. ad d. l. t. asserentium scienti creditori adhuc post supervenien-  
tiam dominij in debitore absolute n. concedi actionem utilem hypothecariam ob ra-  
tionem supra expensam num. 2. deductam ex d. l. t. C. hoc tit. Nec tunc obstant Contra-  
ria sent. fundamenta. Non sum. deductum ex verbo Difficilius, quo utitur Papin. in  
d. l. t. Cui jam satisfactum est. d. num. 2. Non 2<sup>um</sup> ex d. l. t. de Pignoriis. act. nam q.  
ibi Paulus generaliter scribit, pignus convalescere per supervenientiam dominij, ex-  
plicandum est. juxta distinctionem traditam à Papin. in d. l. t. Difficilius. Neque  
habet 3<sup>um</sup> fundamentum deductum ex d. l. t. S. t. de Pignoriis. Pro cuius solutione ani-  
madvertit, quod debitor convenitur actione hypothec. optime poterit referre questionem  
dominij, et creditor vincere ipsum n. poterit, nisi probaverit, rem in bonis ejus fuisse  
tempore conventionis; tum enim solum prohibetur reus actori referre questionem  
dominij, cum ex contractu suo convenitur. l. Commodare. 15. cum l. seq. et Com-  
modari. l. Si alienam. 11. Solutio maxim. l. t. S. Si pro do. 39. l. Bonafidei. 31. S. t. De-  
positi. l. Si qui conductionis. 25. C. de Locato; qua etiam ratione creditor conven-  
tus actione pignorat. directa à debitore n. poterit referre questionem dominij. l. 9.  
S. penult. l. 2. S. 2. de pignoriis. act.; at cum debitor convenitur hypothecaria, licet ob  
factum, et contractum suum convenitur, non tamen ex contractu convenitur sed  
tanquam possessor, neque alio Jure, quam quo alius quilibet conveniretur; nam hy-  
pothecaria n. nascitur immediate ex contractu, sed ex Jure in re per contractum ac-  
quirito; quare recte poterit referre dominij questionem. Rursum cum æquale Jus cre-  
ditor habeat ad constituendam actionem hypothecariam sive adversus debitorem  
ipsum agat, sive adversus tertium possessorem, ita pari Jure vincet, sive adversus debi-  
torem agat, sive adversus possessorem sui dominij questio referatur. Rursum expresse  
probata ex d. l. t. de Pignoriis. act. ubi negat Paulus, posse heredem Dominum rei obli-  
gari, qui debitori successit, convenire utili hypothec. g. sentit, heredem debito-  
ri posse referre questionem dominij, ac per consequens et ipsum debitorem. Sed dicit,  
debitorem, qui de pignore convenit, tanquam Dñm, cum n. esset, improbe resistere,  
quominus hypothecaria actio contra eum moveatur, cum ita fiat, ut ex mendacio  
suo arguatur, ut ait Paulus in d. l. t. Respondet tamen hanc rationem eo solum  
casu procedere, quo debitor eo tempore, quo jam factus est Dñs, convenitur; tunc enim  
ex æquitate pignus convalescit, docent Duaxen. in d. l. t. Solutio maxim. et subtilius  
Anton. Faber de errorib. Pragmat. decad. 63. error. 1. et 3. et tunc n. obstat t. d. in d.  
l. t. S. t. qui potius notiam sent. probat, et proponit Vlp., debitorem servum, quem  
à non Dño bona fide emerat, pignori obligasse, et docet Serviana locum esse; quia  
tamen recte pignus contrahitur. juxta ea, quæ dixi superiori cap. n. 3. et credito-  
rem doli exceptione elidere posse, exceptionem objectivam à debitore supponit  
itaque debitorem Serviana actione referre posse questionem dominij, eam tamen  
exceptionem docet elidi posse per replicationem doli, quia rei licet n. in dominio,  
tamen fuit in bonis debitoris. docet, et sic acute explicat Anton. Faber d. de-  
cad. 63. error. 7. Ex quibus supervenientiam dominij data ignorantia ex parte  
creditoris inducere pignori convalescentiam.

N. 6.

Verum licet scienti creditori denegetur  
utili hypothecaria actio, conceditur tamen rescriptio ex sent. Papin. in d. l. t.  
de Pignoriis. quia semper debitori agenti obicitur turpitudinis sua, et quia in pari tur-  
pitu-



10. prudenti causa melior est conditio possidentis. l. Vbi autem. l. Si ob turpem. d. de Condict. ob turp. causam; Nec novum est, ut creditor, qui actionem hypothecariam non habet, possit per retentionem pignus, quod non consistit quoad actionem Ius iurum tuum, ut in l. t. quib. mod. pign. Vel hypoth. solv. et in d. l. Nic. Cod. Etiam ob chirographaz. pecun. Accedit et illud, quod debitor pacus fuit, ut ea rei, quae cum eum, penei creditorem maneret, et sic dolo facit debitor, quia contra pactum petit. ex regula t. in l. 25. Item quarta. d. de Doli mali, et met. Except. ac per consequens competit creditori retentio. Cui doctrina opponi vulgo solet t. in l. Cum vitio. d. de Pignor. ubi pro regula traditur a Modestino, quod si vitiose, vel inutiliter contractus pignoris intercedit, retentioni locus non esset, etiam si creditoris bona ad fiduciam pertineant; sed pignus rei alienae ab initio inutiliter intercedit: q. etiam per supervenientiam dominij retentioni locus esse non potest. Cui difficultati communiter responderi solet cum sent. Bartholi in d. l. t. quam sequuntur Reguar. et alij, quos refert, et sequitur Bachov. de Pignor. d. lib. 2. cap. 1. quod ea modestiori regula vera est, sed non absolute; Quare dicendum est, eam regulam accipiendam esse de inutilitate pignoris ratione obligationis, aut de vitiose pignoris contractu ratione rei; quibus casibus etiam deficiat inutilitatis, aut vitij causa, nec quoad retentionem pignus convalescit, ut ecce si mihi, aut Titio centum dari stipulatus fuero, et Titius pignus accipiat, ex defectu principalis obligationis inutile est pignus l. 1. qui promiserit. d. de Pignor. juncta l. 10. de Solution. adeo ut et si mihi Titius succedat, non competit ei pignoris retentio. Aliud exemplum pignoris vitiose contracti facile deprehenditur in re sacra, aut religiosa pignori data, quod non tenet. l. 1. 5. vlt. quae rei pignori, nec convalescit quoad retentionem, etiam si rei profana, et debitori esse coeperit, et huius casibus retentioni locus non est, etiam si fiduciarius creditor successerit ex regula t. in l. t. quib. mod. pign. Vel hypoth. solv. l. 2. de fundo dotali. l. 6. de Iure fidei. ita Donell. de Pignor. cap. 7. In re autem aliena pignori data non adest aliquod vitium intrinsecum ratione rei; Nam quod rei sit aliena, non est qualitas rei intrinseca, sed extra rem dependens a Iure possessionis, neque etiam est inutilis contractus pignoris rei alienae respectu obligationis personalis, quae ad invicem inter ipsos contrahentes datur. l. 16. s. l. 32. de Pignorat. act. quamvis inutile sit extrinsece respectu rei, quia non manet obligata; Retentio tamen conceditur creditori ratione obligationis personalis, et pacti in ea inclusi, ut jam diximus ex d. l. 25. d. de Doli mali, et metui except.

Sed contra hucusque tradita de pignoris convalescentia per supervenientiam dominij in debitorum, graviter opponitur difficultas Africani locus in l. Qui balneum. d. de Titia fin. qui potior. in pign. hab. ubi mulier quaedam pignori dedit Titio rem alienam, postea dedit Marito, et deinde ex iusto titulo dominium praedictae rei consecuta fuit, eamque estimatam marito in dorem dedit, et pretium in dote mansit, mox priore creditore dimisso, quaerit; quia maritus emptorii loco est, et quia nullum tempus invenitur, quo possit praedictum pignus confirmari; Nam tempore constitutionis rei erat aliena, et tempore quo dimissus fuit primus creditor, etiam erat rei aliena, quia per estimationem absolute in mariti dominium translata fuit, haec est Cui sententia, quae et in suppositione, et in rationibus ab eo relicta totam supradictam sententiam impugnat. Primum ex eo, quod et si tempore constitutionis rei esset aliena, tamen ex eo, quod mulier Dna effecta fuit, debuit pignus convalescere iuxta dicta. Nec quoad

Num. 7



postea rei marito restituta data fuerit, potuit pignus, quod jam convalescit, per  
convalescentiam immutari. ex regula dicitur in l. 18. §. 2. de Pignori. act. l. 15. C. de Pignori.  
et tamen pignus Mariti posteriori creditori non tenet, et si mulier domina ef-  
fecta sit, q. ex eo est, quod pignus rei aliena non convalescit per supervenienciam  
dominij debitori. Ulterius non potuit pignori convalescentiam retardare, quod eo  
tempore, quo mulier dominum adeptam erat, adhuc esset rei Viri primo creditori  
obligata; nam illud pignus convalescit per supervenienciam dominij in cre-  
ditore, quod teneret, si ab initio tempore conventionis rei debitoris esset; sed non  
tempore conventionis rei mulieris esset, potest rei secundo creditori obligari,  
quamvis antea primo esset obligata. l. 1. §. Si fundus. 16. §. Si duo. 8. de Pignori.  
l. Creditor. 11. in princ. et §. Simpliciter. 7. qui potior. in pign. hab. §. sequitur  
praeiudicium ex hoc etiam per supervenienciam dominij in debitore non convalescere  
pignus, aut (quod dici non potest) repugnare pignori substantia, quod res,  
quae uni obligata est, potest alteri obligari. Cui difficultati nihil aliud  
respondent antiquiores, quam quod ex cortice Verborum denumatur, scilicet  
ideo pignus non convalescere, quia nec in principio convalescit, cum rei esset  
aliena, neque in fine, q. diminui fuit primus creditor; quia erat in dominio  
mariti. docent ita Bartholus, et Fulgorius in eo et alii, qui sequuntur Bachelius.  
in d. lib. 2. de Pignori. cap. 3. n. 4. Sed haec communis interpretatio admitti non potest  
ex his, quae jam diximus, jam illo medio tempore antequam rei in dotem da-  
retur, confirmatum fuit utrumque pignus, et ita vitiosa collusio Africanus  
in enumeratione partium, quia omittit medium tempus. Nec felicius ex-  
hibet Accursius, qui alias solutiones offert, et omnes divinatorias, et contra  
expressa Iura, ut qua solet dexterritate reprehendit Cusac. 8. ad African. in  
d. l. 9. §. fin.

N. 8.

Qui bus Omnibus, Primarius quidam in Academicis de Pignori. l. p. cap. 2. n. 51.  
Respondet, quod Africanus ponit decisionem, in qua negatur secundo creditori hypothecaria  
contra maritum, posita diminutione primi creditoris, et ita querenda est talis diminutio, quae  
locum faciat decisioni; Nam cum nihil de diminutionis forma dicat Africanus, sine divi-  
nitionis Viri talis supponenda est, qualis impediatur secundum creditorem agentem hypo-  
thecaria: itaque contentum dici posse maritum diminuisse primum creditorem ex eo pacto,  
ut ipse cederet actionem, et Iur, quod ipse habeat, quo pacto interposito maritus suc-  
cedit in locum primi creditoris. l. 1. C. de his qui in prior. creditor. Excluditur por-  
tioris creditorem contra ipsum agentem. Argum. dicitur in d. l. 12. §. 7. qui potioris, ita ut  
per hypothecariam non potest ab eo pignus advocari, nisi a secundo creditore solvatur  
quantitas primo creditori, a marito soluta. l. 1. in fine. C. si antiquior cred. pign. Vendid.  
l. Si potioris. 3. C. de his qui in prior. creditor. junctis quae tradit Azar de Mesa lib. 4.  
Variar. cap. 22. Idem Doctor eodem loco aliam solutionem assignat; ait enim q. et si  
simpliciter diminutio facta fuerit nullo pacto interveniente, tamen potest maritus con-  
cedi Retentio contra secundum creditorem ratione quantitati soluta primo credi-  
tori. Argum. dicitur in l. Cum qui. 11. qui potioris, iuxta meliorem interpretationem, quam  
tradit Azar de Mesa d. lib. 4. Variar. cap. 2. num. 8. Sed neutra ex his solutionibus  
placet, quia utraque divinatoria est; q. Africanus simpliciter proponit diminutionem  
fuisse primum creditorem, nec avertit diminutionem fuisse a muliere debitrice; quod Vero  
similius falsum est ex seqq; quia aliam rationem suae decisionis deduceret Cuius  
a diminutione facta a marito; at qui eam deducit ex eo quod maritus, cui rei restituta  
in dotem data est, emptori loco habetur, et quia nullum tempus invenitur habile ad  
pignori



pignoris convalescentiam: q̄ ex allatis solutionibus utraque est falsa. Rursum id fortiori, et conveniēti ratione ostendo: Utraque solutio supponit, pignus posteriori Creditori convalescere, cum ei concedat actionem hypothecariam contra maritum, si ei offerat quantitatem primo creditori solutam; hoc vero dixerit negat Africanus, qui totus est in eo textu, ut doceat posteriori creditori pignus non convalescere: q̄. praefati Vixi sent. et menti Conulei, et littera xpi. repugnat. Tandem Africanus posteriori creditori contra maritum, qui scribit ei rem obligatam esse, concedit actionem hypothecariam: q̄. sua dēcisionis Ratio non pendet ex diminutione primi creditori facta a marito, quia qui dimittit primum creditorem absolute sine scientia, vel ignorantia distinctione in locum ejus subrogatur, et posteriorem creditorem excludit.

N. 9

Hac ergo utraque solutio rejecta Verissimam censeo sent. <sup>am</sup> magni Cusacii d. tract. 8. ad African. in d. l. 9. §. fin. qui supponit priorē creditorem diminutum fuisse a muliere: Cujus solutio non marito, sed posteriori creditori prodebet, si pignus convalesceret, et auerit quasi duplici vitio laborare secundum pignus tempore conventionis; Nam et rei erat aliena, et infirmum erat Ius posteriori creditoris, et si aliena non esset, q̄. praecedebatur a priorē creditore, et ita quamvis unumquodque per se n̄. poterit impedire pignori convalescentiam juxta dicta num. 7. impedit tamen utrumque, quia quamvis medio tempore acquiritur dominium debitoris, non fuit Dominus primus creditor, qui infirmum reddebat Ius posteriori, et quamvis ex causa supervenientia dominij convalesceret, n̄. poterit ex altera convalescere, et uno verbo infirmitas, quae resultabat ex pignori posterioritate, obicit aequitati, quae inducit convalescentiam pignori rei alienae supervenientia dominij in debitorē, et ita si tempore quo dimittitur prior creditor, rei esset in dominio mariti, n̄. poterit posterior creditor agere hypothecaria aduersus maritum, quia nunquam pignus convalescit, cum rei esset aliena tempore conventionis, et tempore quo primus creditor dimissus fuit, nisi maritus scijset secundo creditori rem alienam esse; Nam tunc id actum praesumitur, ut rei estimata in dotem daretur fraudandi secundi creditori causa. Haec est elegans Cusacii solutio, quam sic explicio: Tota ratio convalescentiae pignori rei alienae per supervenientiam dominij aequitate nititur, non stricti Iuris reguli, quibus omnino contrariatur, ut supra diximus; Cum vero rei aliena duobus separatim pignori obligatur, licet per supervenientiam dominij prioris creditoris pignus convalescat, tamen posteriori pignus n̄. convalescit Vique dum dimissus sit prior, quia et si maxime convalesceret, tamen infirmum esset, et sine effectu stante primo creditore, Unde deficit ratio aequitatis ad inducendam convalescentiam; quare si eo tempore quo dimissus est primus creditor, res sit in dominio debitoris posterioris erat in bonis debitoris, pignus convalescere non poterit respectu posteriori, cum rei sit aliena, nisi forsan is, in quem dominium fuit a debitore translatum, scilicet posteriori etiam creditori rem obligatam esse; tum enim ex aequitate pignus convalescit, et competit posteriori creditori actio hypothecaria ex ea aequitatis ratione quod scilicet ejus fraudandi causa alienatio facta fuit, et iniquum esset cura fraudandi ei nocere, qua potius aequum est auctori no nocere. Quae ratio cessat contra eum, qui pignori domino acquiritur, et haec est germana Africanus sent. quia elegantem continet superioris doctrina limitationem.

Num. 10.

Solet etiam contra supra dicta expendi Vulgaris opinio in l. Servo alieno. 20. qui, et a quib. manumitti, ubi servo alieno libertas data fuit, ait Modestinus, Valere ex auctoritate Iuris n̄. posse, quamvis postea manumissor dominus haeres stiterit. Tunc sic: Cuius libertas, quae omnibus rebus favorabilior est, alieno servo data non convalescit per supervenientiam dominij in manumissores: q̄. fortiori ratione pignus rei alienae adhuc ex aequitate n̄. debet per supervenientiam dominij in debitorē conva-



escere. Sed facilius est solutio, et insignis veritas inter utrumque casum ducrimen, Nam ubi  
rei aliena pignori datur, ex eo contractu resultat personalis obligatio adversus exemplum  
ex equitate post superventiam dominij competit utili hypothecaria d. l. 5. C. hact. 9.  
Equum est, debitorem, qui manū obligatiō personaliter post acquiritum dominium pignoris  
obligationem confirmare, ut probant ab argum. d. in l. penult. de fundo dotali. l. Cum vir. 42.  
de Mancipion. in quibus alienatio resultans ex causa contractus ab initio inutilis ex post  
facto acquirit dominio convalescit; at ex manumissione servi nulla nascitur obliga-  
tio, quæ efficere potest, ut manumissor ei stet inviduus; quapropter non convalescit, licet  
manumissor ex post facto dominium servi fuerit acquiritus. docet Cusac. lib. 3. quæstion.  
Sævola publice tractatarum in l. Si duo rei. 23. de Solution. n. 12. Nec tunc obstant d. in  
in l. Si miles. 31. de Tertam. mil. l. Si cum optio. 14. de Optione leg. l. 2. de Manumi-  
ssion. l. Si hæres. 3. de Manumissio vindict. in quibus si hæres uti legatarius deliberante  
Collegatario suum legatum manumiserit, moxque legatarius repudiaverit, libertas ser-  
vo competit; Nam tunc non convalescit libertas ab initio servo alieno data, sed potius  
valet tanquam ab initio utilis, quia secuta repudiatione retroceditur, hæredem, vel lega-  
tarium semper servi dominum fuisse ex regula t. in l. 38. 5. 7. de leg. l. Coniunctim.  
80. de leg. 3. l. Vtrumque. 6. Si quid in fraud. Patron. et per consequens eum utilis ex  
manumissione. docet Oroz lib. 4. de apicib. Iur. cap. 10. n. 43. et D. Reti. lib. 8. Opusc. cap. 26.  
Vnde et eadem ratione pignus valebit tanquam ab initio utile, si hæres rem pignori  
pignori dederit, si mox legatarius legatum repudiaverit, quia retroceditur rem in  
ejus dominio fuisse a tempore adita hæreditatis, ut probant elegantes ad rem t. in  
in l. Proinde. 8. de Reb. crediti. l. Quædam. 15. de Reb. dubij, in quibus si hæres pecuniam  
pignori legatam per modum speciei mutuum dederit, secuta repudiatione legatarij con-  
sistit tanquam ab initio utile mutuum; cum tamen mutuum requirat præciæ domi-  
nij translationem. l. 2. 5. appellata. 2. de Reb. credit. et alij, esse traditiones rei legata  
ab hærede factæ, mox repudiante legatario subvertunt, et ad tempus adita hæredi-  
tatis rediguntur; quia ex post facto apparet quid actum sit. Conducit etiam t. in  
l. Qui rei. 18. 5. Rem autem. 3. juncti l. Si creditor. 26. l. Si quis aliam. 16. de Solution.  
juncti, quæ tradit Pet. Faber lib. 3. Semest. cap. 7. facit etiam t. in l. Seruum  
fili. 44. in prin. et d. 1. de leg. 1. pro cuius explicat. ad eundem est D. Reti. lib. 5. Opusc.  
cap. 6. num. 15 =

Num. 11.

Ex quibus inferitur, quod debitor, qui rem alienam pignori responderit  
mox acquirit dominio, eam secundo creditori pignori dederit, prior creditor in  
causa pignori posterior est, quia per superventiam dominij prioris creditori pig-  
ni convalescit, antequam debitor rem secundo creditori pignori obligasset; Unde prior  
creditor vel per exceptionem, vel per hypothecariam actionem vincere debet n. modo  
debitorem, sed et secundo creditorem ab eo causam habentem; Nam absurdum foret,  
pluribus Iuris habere secundum creditorem, quam debitorem, a quo ipse causam habet,  
ut docti animadvertit Pet. Faber lib. 2. Semest. cap. 18. qui hanc doctrinam optimè  
fundat ab argum. ex l. Si à Titio. 22. de Rei vindic. l. 2. de Except. Rei vend. et trad.  
l. Apud Celsum. 2. 5. Si à Titio. 32. de doli mali, et mecum Except. ubi n. 11, qui rem  
alienam vendiderat, et tradiderat, mox acquirit dominio eam alteri vendiderit,  
et tradiderit, dicitur meliorem esse prioris emptoris causam, quia et si ipse debitor  
rem petierit à primo emptore, exceptione submovetur, et si ipse venditor possiderit,  
primus emptor rem petens adversus exceptionem dominij replicatione uteretur,  
docet, et late persequitur Casus ad princ. In tit. de Empt. et Vendit. d. 10. num. 20.  
Cum seqq.



Cum seqq. In qua re illa est notanda differentia inter Emptorem, et pignori, quod scilicet  
ita demum primus emptor in casu proposito secundo praefertur, si ei res ex ea causa tradita  
fuerit, alioquin si prius secundo res tradita fuerit, secundum praefertur ex regula tōi. in  
l. Quoties. 15. C. de Rei Vindic. quia ex causa venditionis nec dominium, nec Ius dominii  
proximum acquiritur Emptori ante secutam traditionem. l. Si aper. 50. de Rei Vindic. cum  
Vulg. at in causa pignoris posterior est primus creditor, et si res nuda solum conventionē sit  
obligata, et licet prius secundo creditori sit tradita. ex regula tōi. in l. 3. 5. l. Creditor.  
12. 5. fin. qui prior in pign. hab. quia pignus etiam nuda conventionē constituitur, et eius  
causa non ex traditione, sed ex conventionē estimatur. l. 2. C. de Remis. pign. docent  
Cussac. lib. 11. Respons. Papin. in l. 3. 5. l. qui posterior. Petrus Faber d. lib. 2. semer. cap. 1. et 18.  
Anton. Faber de Errorib. Pragmat. Decad. 86. error. 2. Castro ubi supra 5. 5. et 6. et pluriibus  
Relati Arias de Meia lib. 1. Variar. cap. 14. n. 28.

Num. 12.

Vidimus jam, pignus convalescere, si de-  
bitor res aliena, quam pignori obligavit, ex post facto dominium acquirat; Nunc  
videamus, an aequè pignus convalescat, si verus ei Dominus haeres exierit debitori, qui  
eam pignori dedit. In qua re non modo Interpretes, sed ipsi Iuris consulti contrarium  
dixisse videntur; Paulus namque in d. l. 4. de Pignorat. act. Expressè negat in praefata  
hypothecari pignus convalescere, et ad hoc ut pignus per supervenientiam dominij conva-  
lescat, requiritur, quod dominium superveniat in eodem debitori, qui rem obligavit ex  
ea ratione, quia quando Dominus succedit ipsi creditori, non potest objici ei turpitudine  
sua, ac per consequens deficit ratio convalescentiae, quae consistit in eo quod debitor non  
possit uti de sua turpitudine; Ex adverso Moderinus in l. Si Titio. 22. de Pignorat. b. in  
eadem specie fatetur quidem pignus directo convalescere n. posse; docet tamen veritatem  
convalescere, et utilem hypothecariam creditori competere; Ex Interpretibus alij Pauli  
sent. alij vero Moderini partes sequuntur, et eos diversimodè nituntur conciliare  
plures solutiones afferentes, ut videre est apud Vultejum d. l. 4. de Pignorat. cap. 13. Robert. lib. 2. Sen-  
tent. cap. 1. Petr. Fabr. d. lib. 2. semer. cap. 18. Duaren. lib. 2. d. l. 4. de Pignorat. cap. 1. quas omnes lon-  
go examine disputat, et rejicit Bachov. d. lib. de Pignorat. cap. 1. et ad Praxitel. Volum.  
2. d. l. 4. de Pignorat. 5. Mihi tamen placet sententia Cussacij lib. 3. quae est Pauli in d. l. 4. et  
lib. 19. Obier. cap. 26. cum quo fere convenit Morhom. lib. 5. Obier. cap. 18. distinguentes  
inter Pauli, et Moderini tempus; nam Pauli tempore denegabatur utriusque actio hypo-  
thecaria creditori, quia non poterat haeredi debitoris turpitudinem aliquam objicere;  
Moderini vero tempore concedi coepit ex aequitate; quia scilicet qui debitori succe-  
ssit, n. ejus mendacium arguere, aut ut arguatur sinere, sed potius fidem liberare  
debet, cum teneatur omnino ratum habere factum defuncti. l. filium. 31. de Liberali-  
ca. l. Cum a matre. 14. C. de Rei Vindic. l. Venditici. 3. C. de Rebus alienis n. alien.  
l. Si ab eo. 1. C. de Liberali ca. l. Si re poverim. 14. C. de Evictionib. l. Si par. ius. 24.  
C. de Donation. l. 1. 5. l. ff. de excep. rei vend. et trad. Ex regula tōi. in l. Ex qua per-  
sona. 149. de Reg. Jur. Unde si haeres debitoris rem petat, exceptione doli submovebitur;  
Si autem possideat, et creditori petenti objiciat exceptionem, pariter doli replica-  
tione repellitur. Nec tunc obstat tōi. in l. 73. de Evictionib. ubi Paulus ipse docet, ha-  
redem ex propria persona n. posse revocare contractum defuncti, et cum revocare  
datur sursus doctrina, quam tradiderat in d. l. 4. Nam respondeo, Paulum in d. l.  
4. non denegare creditori rem pignoratam possidenti exceptionem doli mali adver-  
sus haeredem debitoris vindicantem, sed solum actionem hypothecariam; ejus enim tem-  
pore licet creditori denegaretur actio, n. tamen denegabatur exceptio, ut ab argum.  
tōi. in d. l. 73. Postea vero Moderini tempore concedi coepit utilis hypothecaria ex



Aequitate, et ut circumveniret, quia si deberet actio pignoratitia personalis contra heredem debitoris ob id, quod rem alienam pignori dedit, et per eam deveniendus erat ad effectum hypothecariae, quid mirum quod ab initio deus utilis actio hypothecaria ad evitandum circumveniret. Neque etiam obicit exi. in l. Vl. C. de Evictionibus. Nam quod ibi dicitur, heredem fideiussoris pignorem rem suam pone ex propria persona ab emptore vindicare ita intelligendum est, ut Ius quidem possit vindicare, repellatur tamen per exceptionem doli, et hanc esse ejus totam sent. ex eo liquet, quod subiecta, scilicet re evicta heredem fideiussoris ob evictionem tenent, et notum est, quod quem de evictione tenet actio, eundem vindicantem repellit exceptio. l. Vindicantem. ff. de Evictionibus. docent Cusac. d. lib. 3. quart. Pauli in d. l. 9. et Donell. in Recitat. ad eam in l. Exceptione. ff. C. de Evictionibus.

N. 13.

Convalescit etiam rei alienae pignus subiecta Ratihabitione. l. Aliena. Co. in prin. de Pignori. act. l. Si fundus. ff. Si nesciente Domino. t. de Pignori. quia ratihabitione in his omnibus, quae a voluntate ratum habentis dependent, mandato aequiparatur. l. 12. §. Item si ignorans. ff. de Solutione. l. Donationes. ff. C. de Donat. inter Virum, et Uxorem. l. Vl. C. ad Sen. Cum Macedon. cum alijs pluribus, cumque rei aliena mandato Dni possit pignori obligari, ut ex dicendis sequenti cap. constabit, per domini ratihabitionem pignus convalescit, pennde ac si ab initio ejus voluntate rei pignori obligata fuerat, unde competit creditori directa actio hypothecaria, quia directo pignus convalescit ad differentiam ejus casus, quo pignus convalescit ex aequitate, ut in superveniencia Domini in debitorie, et ideo ibi non directa, sed utilis hypothecaria competit creditori, quia non directa, sed utilis pignus convalescit, ut superius disputavimus. Nectunc obicit Vulgari regula exi. in l. 29. de Reg. Jur. Nam pignus secuta Ratihabitione retroceditur ab initio constitutione d. l. 16. §. 1. de Pignori. ut recte animadvertit Donell. in d. l. Vl. C. ad Maced. Num. 1. Vel etiam responderi poterit ex sent. Antonij Fabri in Rationali ad eam in d. l. 20. de Pignori. act. eam regulam ita accipiendam esse, ut scilicet quod ab initio vitiosum est, soluto tractu temporis non convalescat, possit tamen convalescere, si quid ad exactum tempus exi. in secum accedat, quomodo ponimus hic accidere Ratihabitionem Domini, qui ipse ab initio rem suam pro alieno debito pignori dedit, quae voluntas. Neque etiam obicit exi. in l. Si pupilli. 6. §. Sed si ego. 6. Veri. Nam et si servum, et §. Item queritur. ff. in fine. de negot. gest. ubi illud solum negotium ratum qui habere potest, quod suum, non quod aliena nomine factum est; cum vero rei aliena pignori datur, nullum negotium nomine Domini geritur. Nam respondeo, Verum quidem esse, quod nemo potest ratum habere negotium, quod ejus nomine geritur, non est, ut super ratihabitionem negotium suum efficiatur, quod suum non fuit, ut in superioribus locis adductum est; potest tamen qui ratum habere, et approbare negotium, quod circa rem suam suo nomine geritur, ut consentire alienationi rei suae. l. 1. C. de reb. alien. n. alienand. aut oppignorationi; quia hac approbatio, et consensus sufficit ad dominium transferendum, ubi rei jam est penes emptorem. l. 9. §. 5. de acquir. rer. domin. aut ad constituendum Ius pignori. l. 1. de Pignori. docent ex mente Antiquorum Anton. Faber in Ration. ad eam in d. l. 20. Donell. ad titulum C. de Rebus alienis n. alien. n. 13. et Larrateg. lib. 7. select. cap. 5. n. 1. et 14.

N. 14.

Verum licet per ratihabitionem dominij rei alienae pignus convalescit in praesudicium domini, qui ratum habuit pignus, non tamen convalescit in praesudicium



cum ejus, qui ante ratihabitionem eam rem à Domino pignori accepit, cuius Ius, et antea-  
 ontas auferri à Domino non potest ex sequenti ratihabitione, sicut nec tollitur ex eo quod  
 Dñi secundo creditur eandem rem obligaverit pignori, ut animadvertit Anton. Faber in  
 Rationali ad tom. in d. l. 2. de Pignori. act. Nec huic doctrinae obstat tom. in d. l. 16. §. 4. de Pignori.  
 ubi scribit Martianus, quod si Dñi ratum habuerit rei sua pignori ex ejus voluntate re-  
 currit ratihabitione ad illud tempus, quo convenit de pignore; ex quo colligi videtur,  
 primum creditorem, cui a n. Dño pignori rei data sit, secuta Dñi ratihabitione pra-  
 ferendum esse secundo credituri, cui Dñi ante ratihabitionem eandem rem pignori  
 obligaverit; Nam haec retractio, ut dixi, solum habet locum in prejudicium, non  
 vero adimere potest Ius alij tertio ante ratihabitionem secutum; quia quidem in-  
 dicantur sit ratum; Nam tractatus de potestate, et effectibus ratihabitionis ad rem nostram  
 n. conducit, sicut nec questio de proprietate inter creditores hypothecarios; de rati-  
 habitione plene tractantur Donell. Saxii atque, et ab eis relati loci nuper allega-  
 ti, ut sic huius capiti finem imponamus, et ad alia transeamus.

## Caput tertium.

In quo casus, in quibus rei alienae  
 pignus subsistit, sigillatim  
 ~ ~ ~ Explicantur ~ ~ ~

Superior jam, ut casus, in quibus alienae rei pignus subsistit, sigillatim,  
 brevis tamen exponamus, quorum primus est, si Domini voluntas intercedat;  
 tum enim utiliter rei alienae ab initio pignori obligatur, perinde ac si ab ipso  
 Domino pignori obligata fuisset. d. l. Si aliena. Co. in prio. l. Perenti. 27. de Pignori.  
 act. l. 5. §. Rem tibi. 12. Commodati. Haec autem Domini voluntas, seu consensus n. modo  
 verbis, sed et rebus ipsi, et factis declaratur; qua ratione si Dñi postulante debitore  
 sua manu praescripserit obligationem rei sua, hoc ipso obligationi consentire inte-  
 lligitur. Modestinus respondet in l. fidei iuror. 26. §. 1. de Pignori. quod idem dicendum  
 est, si Dñi praescripserit instrumentum obligationis rei sua tanquam testis, ut in-  
 dicat idem Cui in d. l. 26. §. 1. aut si obligationi adfuerit, et tacuerit, q. subici bene-  
 alieni instrumento censetur approbare omnia in eo contenta, perinde ac si eorum  
 illud sua manu praescripserit. l. Sicut. 8. §. non videatur. 15. Veri. Sed si subici praescripserit. l.  
 Titius. 9. §. quib. mod. pign. Vel hypoth. 10. l. §. Si non subici praescripserit. 15. C. de administ.  
 tutor. et pater qui adert obligationi sua rei ex sua taciturnitate ei consentire in-  
 telligitur, ne creditor eadem simulatione decipiatur, ut probant ab argum. tom. in  
 l. Quidam. 12. de Eviction. l. Scribi. 38. §. 1. de Donacion. inter Virum, et Vxor. l. Apud  
 Celsum. 4. §. quiritum. 12. de doli mali, et met. except. et in terminis exprimit tom. in  
 l. Si sine voluntate. 5. C. ad S. C. Vellej. l. 2. Hoc nro tit. l. Mulier. 1. C. de Distract.  
 pignori. nisi forsitan Dñi ipse deceptus sit, ut suadent tom. in d. l. 2. C. de Rebus alien.  
 non alien. l. Vlt. C. Plu valere quod agitur, quam q. simulate concess. Nec tunc obi-  
 tar tom. in d. l. 8. §. 15. in prio. quib. mod. pign. Vel hypoth. 10. l. ubi creditor, qui scribit  
 rem obligatam à debitore alienari, et non contradicit, n. ideo intelligitur aliena-  
 tionem consentire, quia ideo parum est rem alienari, quia scribit Ius pignori inte-  
 grum permanere. Nam respondeo, Cum in eo reor loqui quidem de debitore, qui  
 scribit, rem sibi obligatam alienari, non tamen adfuit alienationi, alioqui si

Num. 1.



Creditor presentis fuerit, et illi uer, procul dubio Ius pignori amittitur, neque alias  
sua diuinatione emptorem deciperet. Neque etiam obicit tōi. in l. Cajus Sejus. 39.  
de Pignor. act. ubi Modestinus respondet, fundi dominum, qui inter coeteros signavit  
testam. quo continebatur, emptum fuisse à tertio eundem fundum, sibi n. prejudi-  
care, quominus eum fundum possit adhuc suum dicere; nam Cui in eju tōi spe-  
cie tractat de testam. solemn. in scriptis condito, cuius tenor à tertio ignoratur;  
qua ratione testis, qui ignoravit ea, quae in testam. continebantur, n. intelligitur ra-  
tione designationis fundi sui emptori consensisse, ut probat tōi. in l. Titius. 8. de  
Vindic. Vendit. docet Sabel in Rationali ad d. l. 39.

N. 2.

Expendi etiam potest aliud  
ejusdem Modestini responsum in l. Titia. 34. §. Lucia. 2. de leg. 2. ubi cum seruo Sem-  
pronij in Codicilli ab intestato facti relicta domus per fideicommissum propone-  
retur filij defuncta, idemque haeres bona mariti dimisisse, et interea domus  
praesente Sempronio, quam teste, et quaeretur, an Dominus acquiratam sibi per ser-  
uum fideicommissi persequutionem amittit, ob idque inter fuisse diuisioni? Res-  
pondet Cui, nec fideicommissum ipso Iure amittitur, quod nec repudiari quidem  
poterat, nec doli except. submoveri Dominum oportere, nisi evidenter apparuerit  
dimittendi fideicommissi causa eum hoc fecisse. Tunc sic: In hac specie Dominus ad-  
fuit diuisioni eo tempore, quo n. solum apertus jam exant Codicilli, sed etiam ipse fidei-  
commissum seruo suo relicto agnoscerat, alioquin ponet fideicommissum repudiare  
ex sent. Pauli in l. Legatum. 2. de leg. 1. quem hic cum Modestino conciliat Cuspius  
lib. 3. Obier. cap. 12. et tamen non ex eo intelligitur consentire diuisioni domus  
seruo suo per fideicommissum relicta: q. pariter licet Dominus interit obligatio-  
ni Ter. sua, n. ideo debet intelligi consentire. Sed respondendum est, quod toties  
praesentia cum patientia, et taciturnitate conjuncta nocet, quoties u, qui praesens  
fuit, et ea ratione alioquin deceptus contrahentem, et iuxta eju ignorantiam  
circumveniret, et ea ratione quoties Dominus adert Ter. sua obligationi, praesentia  
ei nocet, neque alias deceptus creditorem; at in d. l. 34. §. 2. Dominus, qui tanquam  
terti adfuit diuisioni, non potest dici, eos, quorum negotio, et diuisioni adfue-  
rat, deceptus, cum ignorare n. ponent in Codicilli jam apertis relicto fideicom-  
missum ita certiorari non debuerunt, et ita certi erent ex regula tōi. in l. 1.  
in fine de action. empti, neque ab alijs quam à se ipsis decepti sequi possunt  
qui domum, quam Sempronio ex fideicommissio acquiratam sciebant, inter se  
tamen quasi hereditariam diuiserunt. l. 26. de Ter. Vindic. Unde si creditor  
sciret rem alienam esse, vel Dnū adfuerit obligationi Ter. sua, n. tamen ex eo  
intelligeretur consentire, quia creditor à se ipso potius quam à Dño deciperetur,  
docet Anton. Sabel in Rationali ad d. l. 39. de Pignor. act.

N. 3.

Pendet ex dictis expli-  
catio tōi. in l. Pompon. 5. §. Si quis. 2. In quib. casu. hypoth. tacite contrah. ubi  
docet Martianus, quod si quis fidejubeat, et rei illius à debitore, pro quo fidejubeat,  
pignori data sit, hoc ipso quod fidejubeat, intelligitur mandare rem suam obliga-  
tam esse. In qua specie voluntatis conjectura ex eo denuitur, quod nimirum qui  
se ipsum pro alio obligatum esse patitur, multo magis rem suam, quae ab eodem  
pignori data est, obligatam esse patitur, idque se velle sequenti facto, ut fidejunionis  
declaravit. Argum. tōi. in l. Except. ff. de Evicton. Unde recte ait Martianus,  
si ante qui fidejubeat, post deinde ejusdem rei hypotheca sine data, n. idem  
dicendum est, q. ut nullum factum Dni post pignori dationem sequi emine,  
quo







nisi tamen pignori obligare possunt, dummodo in rem eorum pecuniam accipiant, n̄  
si in rem suam d. l. 1. §. fin. l. Tutor. 16. de Pignori. act. l. Curator. 3. l. Si in rem suam. 7.  
C. hoc tit. argum. tōi. in d. l. 1. in p̄io. Quia res pignori. l. Pignus. 11. de Procurat. furioso,  
quia Dominorum loco habentur, cum ex bona fide tutelam, aut curam administrant.  
l. Qui fundum. 7. §. Si tutor. 3. Pro empore, non cum minore spoliant. l. Ab agnato. 11.  
de Procurator. furioso. l. 56. §. qui tutelam. 9. de furtis; quare nec paccia possunt, ne  
res minoribus obligata sit, nisi pretium pro pactione recipiant. d. l. 7. in p̄io. quib.  
mod. pign. ex Regula tōi. in d. l. 28. §. 1. de Pactis. l. factum. 22. C. eod. l. 11. de Curat.  
furioso. docent Faber in Rationali ad d. l. 11. §. 11. et ad l. 16. de Pignori. act. Cusac. 29.  
Pauli ad edict. d. l. 16. ita tamen pignus a tutoribus, aut Curatoribus datum consistit,  
si scilicet res non refragetur, ut ait Paulus in d. l. 16. nempe si pignori dederit rem  
mobilem; nam ex Severi oratione prædium rusticum, aut suburbanum tutores, aut  
Curatores sine Prætoris decreto pignori obligare n̄. possunt. l. 1. §. 2. et per totum tit.  
de Rebus eor. l. 1. et per tot. C. de Prædij, et alij. reb. minor. et ex constitutione Constan-  
tini in d. l. 22. C. de adm. tutor. Neque suburbanum prædium possunt pignori  
obligare sine decreto, ita ut præcisè requiratur decretum ad pignori obligationem,  
nec sufficiat decretum, seu promissio venditionis. l. 1. §. Si Prætor. 3. de Rebus eor.  
A qua tamen Regula ille casus excipitur, quo tutor rem primo creditori obligatam  
Secundo creditori obligat, a quo mutuum pecuniam accepit, ut satisfacere p̄ioi.  
d. l. 7. §. fin. l. Non fit. 12. de Rebus eor. quia nihil tum fit extra pupilli utilitatem.  
docet Faber in Papin. tit. 13. p̄io. §. illat. 9. Similiter et qui bona Reipublice Jure,  
et munere proprio administrat, si mutuum pecuniam pro ea accipiat, potest rem  
ejus pignori obligare l. 1. qui bona. 11. de Pignori. argum. tōi. in l. Civitatis. 2. de  
Rebus creditu, ad ejus utilitatem pertinent. l. 1. §. 1. Quod cujuscunque Jure dicitur. docet Fa-  
ber in Rationali ad d. l. 11.

Num. 6 =

Secundus casus, quo Res, quæ in bonis est, utiliter obligari  
est, cum Res, quæ in Verum natura non sunt, ut fructus nasciturus, parvi ancilla, aut  
fœtus pecorum hypotheca donantur. l. Ex qua non dum. 15. de Pignori. quo tamen casu necesse  
est, Res ipsas principales, ut fundum, ancillam, aut pecus esse in bonis debitoris.  
d. l. 11. §. 1. qui portores in pignore hab. ut dixi supra cap. 1. num. 30. Ad quam partem expectat  
tōi. in l. Grege. 13. in p̄io. de Pignori. ubi si grex fuerit pignori obligatus, n̄. solum  
quæ postea nascuntur, tenentur, sed et si p̄ioribus capribus decedentibus totus grex fue-  
rit renovatus, pignori tenentur ex regula tōi. in l. Proponebatur. 16. de Judicij. Nec vene-  
rit obstat tōi. in l. fidejussor. 26. §. 11. de Pignori. Nam idcirco ubi mancipia subrepta in  
locum demortuorum pignori non tenentur, quia debitor non obligavit familiam om-  
nem rusticam, sed nominatim mancipia, quæ tunc erant in prædij; quemadmodum  
et cum quis merces, quæ sunt in taberna, nominatim pignori obligat, eis peremp-  
tis n̄. continentur, quæ in eorum locum reparata sunt, nisi id nominatim actum  
sit. l. Qui Romæ. 122. de Verbor. oblig. sed si tabernam obligavit, continentur etiam per-  
mutata, et reparata merces subrepti pignori. l. Cum tabernam. 34. de Pignori. do-  
cent Cusac. lib. 4. Responsor. Modestini in l. 26. §. 11. de Pignori. et Donell. de Pignori.  
cap. De pignore conventionali. Ab hac tamen doctrina ille casus excipitur, qui propo-  
nitur in l. Spem. 5. C. quæ res pign. oblig. ubi Alexander scribit, spem illorum præ-  
miorum, quæ pro coronis Athletis pensanda olim fuerunt, nec privata quidem pactione  
pignori dari potuisse, ne adempta spe huius præmij potiendi, quæ jam ante obligata  
erant, Athletis viris, et alacritas adimeretur ad animos, et fortiter certandum, quæ  
præcipue præmij apponit acceditur; commoda tamen ipsa, quæ jam propria coro-  
nas sacras præstantur pignori capere tradit Papin. in l. Commodi. 10. de Re judic. ubi



ubi Cujac. lib. 1. Respons. Papin. Alter etiam casus excipitur in l. fin. circa finem. C. de Pactis, ubi asseritur, quod res illius, de cuius hereditate habetur spes, eo supervente pignori obligari ob improbitatem scilicet, quam continet pactum de hereditate viventi. Regulant. de Pignori b. 2. parte membra 3. num. 59.

Num. 7.

Tertius, ultimusque casus est, quo res propria aliena pignori obligata sub conditione, si debitori facta fuerit, seu si in eius dominium pervenerit. l. si fundus. ff. S. aliena Res. 7. de Pignori b. l. 7. S. h. qui potior in pign. hab. Nam cum in id tempus tota pignori substantia conferatur, quo res sit in bonis debitoris, utilis debet esse pignori obligatio. ex regula tui in l. 5. ff. de Usu. l. quod sponsa. C. de Donat. ante nupt. qua ratione conventio generalis in pignore dando bonorum, vel postea quaeritorum recepta est, ut ait Papin. in l. 4. de Pignori. ideoque valet generalis obligatio bonorum postea quaeritorum; quia sub conditione, si pervenerint ad debitorem, contrahitur, ut ecce si quis obligaverit omnia bona, quae habet, habiturusve sit, ut in l. obligat. 6. l. 15. S. 1. l. 39. S. 1. de Pignori. l. 7. S. 1. l. 1. in prio. qui potior. Relativum illud futuri temporis inducit conditionem ex regula tui in l. 122. S. Agellus. l. de V. O. quod et accidit, cum quis bona omnia praesentia, et futura obligat. Nec tunc obstat tui in l. 1. C. quae rei pign. ubi si quis bona sua obligat simpliciter pignori extenditur ad futura; et tamen in proposito haec obligatio non fit condicionalis. Nam respondeo cum Cusacio ad titulum C. quae rei pign. et Mothom. in d. l. 1. quod Iustinianus in d. l. 1. noviter constituit obligationem bonorum comprehendere bona praesentia, et futura propter voluntatem contrahentium, quae ex veritate, vulgataque forma obligandi in generali obligat. praesentia, et futura, ut constat ex dictis Iuribus, et ex l. 3. C. de Servo pign. dato manum. et si contrahentes futurorum mentionem omiserint ex vulgato contrahendi modo omnia non tenentur futurorum obligatio; quia clausula apponi solita a contrahentibus, et si omnia fuerit, habetur pro expresse. l. 34. S. qui amittit. Co. de Reddit. Edict. l. 6. S. Locari. S. de furtu. Arias de Meia lib. 2. Variar. cap. 33. n. 5. et lib. 3. cap. 13. et hac ratione, quae jam ante Iustinianum invaluerat, extensa est conventio contrahentium ad futura etiam si omnia esset, habita solum ratione voluntatis, quae resultat ex vulgato contrahendi modo, non autem ex conceptione verborum. l. 7. de auro, et arg. leg. cum alijs.

Num. 8.

Neque etiam obstat tui in l. 1. C. de Remis. pignori. ex qua probari videtur, obligationem generalem non comprehendere futura, licet conventio facta fuerit; nam ratio eius decisionis pendet ex principiis pignori generalis, in quo non sufficit, quod verbi generalibus aliqua res comprehendatur, quae ex contrahentium voluntate, et sent. comprehendendi potuit, ut dicere solemus in obligatione generali non inveniatur ea, quae qui veronimiliter specialiter obligaturus non esset. d. l. 6. cum reg. de Pignori. l. 1. C. quae rei pignori quia et si verbi generalibus comprehendendi potuit, tamen deficit mens, et contrahentium sent. Idem dicendum est circa rem, quae semel creditoris voluntate intercedente exempta fuit ab obligatione generali; nam et si obligatione generali praesentium, et futurorum comprehensa esset, tamen excepta fuit speciali illa voluntate, quae potest futuorum comprehensa esse, et consequenter non denuo acquiratur debitori sine nova eius voluntate in obligationem incidere non potest; nam obligatio generalis, quae apta erat, ea comprehendere derogata est per specialem exceptionem. l. In toto Iure. Do. de Reg. Iur. docet Donell. in d. l. 1. Cusac. 3. quae est Pauli in l. 10. quib. mod. pign. vel hypoth. solv. Mell. in So. decision. Iustin. in d. l. 1. et Barchon. de Pignori. lib. 5. cap. 7. Sed dicitur: Ideo haec res exempta fuit a generali obligatione, quia alienata fuit; sed alienatio cessat eo ipso quod res reddit ad potestatem debitoris: g. statim debet intransi sine nova voluntate debitoris liberatio fuit quaerita. argum. tui in l. 1. C. de Pactis, quinimo falsum est alienationem cessare; quia res ex novo tit. redijt ad emptorem, seu debitorem, et ita pariter alienatio effectum habuit. docet Donell. in d. l. 1. C. de Remis. pignori.

Num. 11.

Huius tamen Iustiniani decisioni opponi solet tui in l. 8. S. Supervacuum. 7. quib. mod. pign. vel hypoth. solv. Cuius difficultate convictus Merillus in d. l. 1. C. de Remis. pignori, in eo vestigio extrare contrariam sent. quam aliquibus Consultrii placuisse inveniunt Iustinianus. Verum haec assertio omnia, Respondendum est,



Cum de eo casu disputari, quo debitor collusionem, et captata voluntate debitoris agrum  
 specialiter hypotheca datum vendidit, cum ab emptore statim recepit; quo casu aut super-  
 curum esse quare de alienatione facta creditorum consensu, quia venditio in re effectum  
 non habuit, vel quia simulata fuit venditio, vel quia et color fraudis quantum praesumitur, si  
 statim post alienationem rei alienata reddatur in potestatem debitoris, contra quem stat  
 praesumptio; Nam excipitur de rei venditione facta consensu creditorum, replicabit rati-  
 one creditor praesumptio doli contra debitorem pignus possidentem, n. soluta pecunia, in-  
 ritque doli mali suspicio translata ad praesens tempus, id est doli, qui adfuit in vende-  
 tione, contrahitur ad tempus replicationis, q. explicata fuit sceleris reversione, et hoc modo  
 intelligenda, et iungenda sunt Verba finalia d. S. 7. cum eju principio in qua Exceptu po-  
 nitur in Ver. Enim q. Exceptionem indicat, scilicet si venditio celebrata fuerit bona fi-  
 de, ita ut sceleris transitu doli argui non possit, veluti si emptor hares retineat de-  
 bitori, aut bona redemerit; Nam contra praesumptionem resultantem sceleris reversione  
 admittitur probatio contra Iu praesumptioni resultanti ex eo quod hares extiterit,  
 ut bona fide redemerit. quibus casibus non habuit effectum replicatio creditorum, sicut  
 locum habuit in casu principis, Et in finalibus Verbi d. S. 7. docet Bachov. d. lib. 5. cap. 7. Nec  
 tunc obstat tot. in l. 10. Quib. mod. pign. et in l. 12. S. 12. de Captivis. Nam resp. quod aut  
 rei reversione ad potestatem debitoris ex antiqua causa, aut ex nova; si ex antiqua,  
 incidit in obligationem, q. sicut dominium habet debitor ex antiqua causa, sic et  
 creditor pignus; si vero ex nova n. incidit, q. cum debitor eam habeat ex nova causa  
 nova eju voluntas exprimitur, docent Cusac. 3. quaer. Pauli in d. l. 1. Donell. in d. l. 1. Me.  
 C. de Remissione pignoz. Connan. lib. 2. Comment. cap. 19. Bachov. ubi nuper. Hinc pen-  
 det ea quaestio, an scilicet rei alienae pignus sub alia conditione contractum utile  
 esse debeat, si existentis conditionis tempore rei sit in bonis debitoris. In qua re sola  
 Iuxta Ratione duce existimo, dicendum utile esse ab argum. tot. in l. 6. de Contrah. empte.  
 l. 1. Si rem. 3. l. 1. Exprimo. 18. de V. O. juncta Regula tot. in l. Si filius fam. 78. eod. tit. Nec  
 tunc obstat tot. in l. 11. S. Et de futura 3. qui potior. in pignoz. hab. ubi ad hoc us con-  
 sultat hypotheca fructuum nasciturorum, qua conditionalis est. l. 8. de Contrahend.  
 Empte l. 1. de leg. 3. l. Interdum. 13. de V. O. Requiritur, praedictum esse in bonis debitoris  
 tempore conventionis. Ex quo inferitur, quod si qui fructus nascituros ex alieno pro-  
 dio pignori obligaverit, inutile pignus est, licet existentis conditionis tempore praed-  
 dictum sit in bonis debitoris, ac per consequens pignus contractum in re aliena, et sub  
 conditione inutile esse, licet existentis conditionis tempore rei sit in bonis debita-

rix; Nam respondeo, fructuum nasciturorum hypotheca pura est, et

Ex re ipsa capit dilationem, ut de stipulatione fructuum di-

citur in l. 13. de V. O. quare ut utilis sit, Requiritur, praed-

dictum conventionis tempore esse in bonis debitoris ad

hoc ut ea Ratione fructus quodam modo esse in bonis

intelligantur; quae Ratio censet, ubi rei alienae

pignus sub conditione contrahitur; tunc enim

si existentis conditionis tempore in bonis

debitoris sit rei, pignus recte contrahitur;

proinde ac si ab initio rei in bonis

debitoris sit. Conducunt, quae sub-

titur tradit Requiere. de Pign-

noz. S. p. memb. 2. n. 10. et 11.

Et haec de hoc capite, in re-

proque tractatu de Rei

alienae pignoz.



Ad titulum de Servo pignori dato  
manumisso academicus apparatus.

Caput I<sup>m</sup>

De servo speciali pignori, vel hypothecæ  
expressæ, seu tacitæ affecto à debitore

≈ ≈ ≈ manumisso. ≈ ≈ ≈

Num. 1

Manumittendi servos facultatem, quam Iure gentium Dominis permissam  
constat, civilibus legibus sæpe cernimus impeditam, ut constat ex toto tit. ff. Qui  
et à quib. inter quas eminent quæ servi pignori manumissionem remorantur.  
Quam Iuris propositionem ut potè arduam ipsam aggrediat, principia nonnulla  
præmittere decerui. Sciendum est q. pignus re contractu. l. 1. §. Creditor. ff. de oblig. et  
action. §. Vlt. Init. quib. mod. re contractu. oblig. traditione scilicet, cuius rei nec dominium,  
nec usus rei oppignorata in creditorem transfertur, sed sola possessio. l. Qui pignori. §. 36.  
l. Res pignori. §. 37. de acquir. possess. docet Valentiã lib. v. Illust. tract. 2. cap. 11. per  
totum. Ex quo fluit debitorem ut potè Dominum rem pignoratam posse alienare  
salva manente pignoratitia causa. l. Iusto errore. 44. §. non mutat. §. de Vucap.  
l. Alienatio. 67. de Contractu. empt. l. 1. §. Cum prædictum. 2. de Pignori. et hypoth.  
et creditori ratione Iuris, quod habet in re, scilicet possessionem competere rei  
Vindicationem contra tertios possessores. l. Si fundus. 16. §. In vindicatione. 3. l.  
Pignori. 17. de Pignori. l. Pignori. 18. C. eod. tit. hæc obtinent Iure civili, quo  
inspecto pignus traditione contractitur, cæterum Iure Prætorio nuda etiam  
conventionione constituitur. l. Si tibi. 17. §. De pignore. 2. de Pacti. l. 1. in pr. et §. 1.  
l. Si rem. 9. §. Proprie. 2. de Pignori. acc. Utilitatis causa, Nam cum frequenter  
rei familiaris vigenæ necessitate mutuas pecunias sumunt, aut alias obliga-  
tionem contrahunt, cogi rerum, quas pignori nexu supponunt, in creditores  
transfere possessiones, et eis quodam modo carere vique dum creditores satisfi-  
ciant, id equidem Prætorum movet, ut nuda conventionione pignus constitui  
permitteret, eandem securitatem præstans creditori, quam habet, cum pignus  
traditione contractitur, itaque actionem in rem hypothecariam concevit  
contra extraneos possessores. l. Si cum venditor. 66. de Eviction. d. l. 18. C. de Pignori.  
§. Item Sexviana. 7. Init. de Action. quare Iure prætorio attentio in re  
pignus tradatur, in re nuda conventionione constituitur, Iur in re creditor habet,  
et actionem in rem ad pignus à quocunque possessore vindicandum =

Si supponitur pro conclusione  
Statis, servum speciali pignori nexu supponitur à debitore, in cuius ad-  
huc manserit dominio. l. Cum et sortis. 35. §. Vlt. de Pignori. acc. l. 1. §. Sex-  
viana. 3. ad Syllan. manumitti non posse. l. 3. de Manumitt. l. Si pater. 4. §. Vlt.  
de Manumitt. Vind. l. Cum hæreditas. 5. §. Vlt. l. Pignori. 26. l. In fraudem.  
27. §. Vlt. Qui, et à quib. l. frater. 33. de Pen. l. 1. §. 34. §. et 6. Cod. h. tit. Huius  
Conclusionis ea est ratio, Nam cum debitor non possit deteriorem reddere cre-  
ditoris conditionem. l. Debitorem. 15. de Pignori. absurdum esset, ut pignori  
extinguendi facultas ex eius arbitrio penderet, contra autem quod si valeret  
manumissio facta à debitore, pignus extingueretur. l. Grege. 13. §. Statu liberi. ff. de

Num. 2



Pignori. Nichil enim tam contrarium est liberari, quam Vinculum. l. Titio  
centum. ff. Titio. 2. de Cond. et Dem. junctis quae tradit Amaya lib. 4. Obvex.  
cap. 6. indicat ergo omnino, ut servus liber fiat, et ut in eo perseveret pignori Vin-  
culum cum libertate omnino sit extra commercium. l. 5. 9. de Oblig. et act. l. Inter  
stipulantem. 83. ff. Sacram. 5. l. Liber homo. 103. de Verb. Oblig. l. Ob. 2. ff. C. de Oblig.  
et act. 5. Inutili. Instit. de Inutil. stipulat. Accedit et illud; Nam licet debitor  
sit Dominus pignori, non tamen sic pignus habet in manu, ut n. possit ei invito  
exigi per creditorem, cui n. aliunde satisfiat. l. 4. et per totum. C. Debitorem  
Vend. pign. impon. n. poss. Nemo autem id videtur habere, quod ei aliquo casu ju-  
re auferri patet. l. Si servus. ff. 5. Vides. 2. de Eviction. Deinde cum ex causa pign-  
oris possessio in creditorem transferatur, negari merito potest, servum pigno-  
ri datum esse in manu debitoris, cum sit in possessione ut potestate creditoris;  
Manus enim non tam dominium siccat, quam potestatem, et possessionem  
l. Qui nec. 48. de Verb. Sign. Sicut et Potestatis Verbo ut plurimum praesens  
corporis copiam, facultatemque siccat. l. Potestatis. ff. ead. tit. proinde ma-  
num non est, servum hunc pignori specialiter obligatum, qui in creditoris  
manu, et potestate est, a debitore manumitti non posse, docet subtiliter Anton.  
Saber in Jurisprud. tit. 5. p. 10. l. illat. 3. et tit. 3. p. 10. 2. illat. 6 =

N. 3.

Sed adversus Rationem decernam  
conclusionis sic potest argui: Non implicat, ut servus pignori datus liber  
fiat, et ultra Vinculum pignori perseveret: s. quemadmodum a debitore  
potest alienari salva manente pignori causa. l. Si convenire. ff. Si fun-  
du. 2. de Pignori. act. sic pariter et poterit manumitti. An prob. Si liberum  
enim hominem esse in commercio patet, tum ex eo quod vendi potest. l. Et li-  
beri. 4. cum l. seq. l. In emptione. 34. ff. Liberi. 2. l. Liberi. 70. de Constat.  
Empt. l. Minor. 39. ff. Pater. 3. de Eviction. l. Si tibi. ff. C. eodem. l. 4. Quib. ad  
libert. proclam. n. licet cum alijs. 5. ff. Instit. de Empt. et Vendit. junct. l. 4.  
Sed et quod. 9. ff. de Pignori. Tum etiam quia qui liberum hominem ab hosti-  
bus captum redimit, in eo Ius habet pignori sique dum ipse redemptionis  
pretium refundatur. l. Qui terram. 20. ff. de Terram. l. Senatus. 43. ff. de leg.  
1. l. 3. ff. et siquis. 3. de libero homin. exhib. l. Si Pater redempto. ff. l. Si quis.  
ff. de Captiv. l. 2. cum alijs. C. de Prolim. reversi. Ergo cum liber homo possit  
esse in commercio, et in eo pignus consistat, servus pignori datus poterit manu-  
mitti salvo manente pignore. Proxi. difficultati omnis Cusacio ad l. 4.  
de Constat. Empt. Resq. liberi homin. sicuti et ceterarum rerum, quae  
a commercio sunt. Exempla nullam esse venditionem, etsi inter ignorantem con-  
trahatur, et nullam directam actionem competere emptori non solum ad  
hoc, ut homo liber acquiratur, sed nec ad interese petendum; quod procedit  
summo Iure ex aequitate tamen ignorantem emptori verilem actionem ex emp-  
to accommodari, ut consequatur quod via interese deceptum non esse; contrac-  
tus itaque qui non valet via actionis directa. l. Qui officium. ff. de Con-  
stat. Empt. efficacis tamen est ex mera aequitate perducenda actioni utili,  
seu in factum. l. Ona. 8. ff. de Religio. arzum. l. Si restitu. ff. in p. de act.  
Empti, quo pacto in hoc sensu accipiendi sunt et. superius adducti. docent  
Pacius cent. 3. quaest. 7. Onuald. 12. Comm. cap. 20. lit. h =

N. 4.

Difficultati 2a ut respon-  
deam, animadverto quod ad hoc ut Cives ad redimendos caeteros, qui ab  
hostibus capiebantur invitarentur, Ius pignori naturalis inducendum fuit, 9. Redemp-



Redemptores in corpora Captivorum convegebantur, cum propria pecunia ab hostibus relevabant. d. l. C. de Prelimin. Revers. Quo posito dicendum est, redemptum quando Ius pignori in eo durat, in eodem statu, et conditione esse, in quo erat in captivitate, id est gaudere Iuris suspensi constitutione propter spem reditus; itaque eo tempore recuperabit primum statum, quo relevatio, aut Ius pignori abiret extinguatur; Redemptio enim, ut ait Ulpianus in l. Si captivo. Co. S. Redemptio. 2. de Captiv. praebet tantum facultatem Redemendi ad proprios penates, et revertendi charam Paternam, non vero Ius postliminii immutat; quare manente Iure pignori non magis civis, aut ingenuus dici potest, quam durante captivitate d. l. Co. S. 1. de Testam. Extincto vero pignore ex postliminio primum Iura recipit. l. Qui statu. 8. de Re milit. l. 5. 6. 8. et 16. C. de Prelimin. Revers. l. 15. Si filius. 4. de Suis, et legit. hered. docet D. R. Rer. lib. 6. Opusculor. cap. 13. per totum; Unde nihil mirum pignus in redempto consistere, cum eo tempore consistat, quo adhuc ipse servus est.

N. 5.

Deinde adversus nam conclusionem arguet sic aliqui: Servus venditus, seu promissus potest a debitore manumitti. l. Cum qui. 18. de Manumitt. l. Si servum. 11. S. 1. de Verb. oblig. l. 45. de Oblig. et act. l. Si quis servum. 23. de act. empti. l. 2. et 3. C. de his qui a non Dno manum. n. quemadmodum et haeres servum suum a testatore legatum recte manumittit. l. Si quis Inquilinos. 112. S. 1. de leg. 1. S. Si res legata. 16. Instit. de Legat. quinquimo et servum testatorum legatum, seu per fideicommissum relictum recte ante mortem manumittit, et si priusquam super eo committi, cum vita deceat, non tenetur, quia non videtur per eum servare, quominus eum praeceperit mitti. l. Quidam. 25. S. Si quis filium. 2. ad Trebell. l. Si haeres. 10. S. 1. eod. tit. d. l. 91. S. De illo. 2. de Verb. oblig. Ergo fortiori ratione debitor servum pignori datum poterit manumittere, maxime cum nulla iniuria creditori feratur (ponendum est enim debitorem esse solvendo, et ex alio boni creditorem posse suum creditum consequi) ex lege. Alia Sententia inanis esset manumissio, ut pote in creditoris fraudem facta. Resp. delictum maximum esse inter servum debitum ex causa alicujus obligationis et servum pignori datum; Creditor, cui servus ex aliqua obligatione debetur Ius in re, sed ad rem, quod non afficit rem in obligatione contentam, sed personam obligati, eoque successoris. l. Actioni. 25. in prin. de Oblig. et act. perinde n. poterit debitor servi impedire manumissionem; Creditor vero, cui servus pignori datus est, Ius habet in re ratione possessionis, quod afficit non tam personam, quam rem ipsam pignoratam. l. 2. C. de Pignori d. l. 25. Ver. In Rem. de Oblig. et act. ut dicitur num. 4. Quapropter servi pignori dati impedit manumissionem. Qua doctrina retenta facilius habet exitum tunc in d. l. 112. S. 1. de leg. 1. et in d. l. 16. de Legati, in quibus ideo haeres servum suum a testatore legatum recte manumittit, quia testator servum haeredit per vindicationem legare non potuit, sed solum per damnationem, ut constat ex Ulp. in fragment. tit. 29. de Legati. 5. Per vindicationem. 6. et 9. Si nendi. 9. Ex causa vero legati per damnationem relicti non Ius in re, sed ad rem consequitur legatarius, et per consequens non actionem in rem, sed in personam. l. Huiusmodi. 84. S. Haeres. 1. l. Legatum. 116. S. 1. de leg. 1. l. 1. C. Communia de Legati.

N. 6.

Expenda adversus superiorem doctrinam potest tunc in l. Cum haeredita. 5. S. 1. de leg. 1. cum l. Iulianus. 6. Qui, et a quibus ubi n. Titius nihil amplius in bonis quam Stichum, et Pamphilum habeat, et eos stipulante Moxio ita promiserit: Stichum, aut Pamphilum dare spondeo. Deinde cum alium creditorem n. haberet, Stichum manumittit, docet Iulianus,



libertatem per legem Atiam Sentiam rescindi; quamvis enim fuit in potestate Titij Pamphilum dare, tanquam diu eum non dederit, quia interim potest mori non sine stipulanti fraude Stichum manumittit, quod solum Pamphilum promittit, Stichum recte manumittet, quamvis similiter Pamphilus mori possset, nam multum interest, an ipsa stipulatione continetur, qui manumittitur, an extra obligationem sit; quam decisionem sequenti firmat exemplo. Si ob aureos quinque Stichum, et Pamphilum debitor pignori dederit, cum Verus eorum quinque aureorum esset, neutrum manumittere potest; at si Stichum solum dederit, Pamphilum non intelligitur in fraudem creditorum manumittere. in l. 6. notat Scavola, Iulianum de eo loqui, qui nihil aliud in substantia habet, nam si habeat, unum poterit manumittere, quia et uno mortuo solvendo est, et uno manumisso solvendo est, nec adventitij casus computandi sunt, alioquin et qui unum, et certum ex servis suis promittit, neminem potest manumittere. Ex quorum Iurium proluxa serie sic argui potest: Iulianus nullum dicitur agnoscit inter servum alternativa obligatione contentum, et servum pignori datum, quinimo et expresse docet ex ea solum ratione Stichum manumitti non posse, quia cum promissus sit, in obligatione continetur; falsa est distinctio hucusque tradita inter servum promissum, et pignori datum. Rursum Scavola notat, loqui Iulianum de eo debitor, qui nihil in substantia habeat; nam si habeat unum servum manumittere potest, sed Iulianus locutus fuerat de eo, qui duos servos alternativè promittit, et de eo, qui duos servos conjunctim pignori dederat: quod ex mente Scavolae nota ex eo difficillima redditur; nam acrius ideo in specie Iuliani debitorum neutrum ex servis, quos pignori dederat, posse manumittere; constat vero contrarium fuisse dicendum iuxta notam tituli nota principia, quod sic ostendo: Cum debitor servos duos pignori dat, cum nihil aliud habeat in substantia pignus contrahitur speciale; atque speciale pignus impedit servi manumissionem, si debitor solvendo sit; generale vero non impedit. l. 3. cum Vulg. C. hoc no. tit. 8. ex ejus ratione dicere debuit Scavola in specie Iuliani debitorem unum ex servis pignori potuisse manumittere, quia pignus generale, quod ipse contraxit, utpote nihil aliud habens in substantia, non impedit manumissionem, et e converso debitorem, qui plus in facultatibus habeat, neutrum ex servis potuisse manumittere, quod pignus speciale debitor adhuc locupletari manumittendi admittit facultatem.

N. 7.

Cusacius lib. 69. Diger. Iulianus in d. l. 5. S. fin. et Anton. Faber in Papin. tit. 6. pro. 2. illat. A. litteram solum percurrerites, hoc tenor explicat; et nullam ex superioribus difficultatibus attingentes, quibus ut satis faciam, dicendum est, in illis Iuribus Consultos solum disputare de manumissione in fraudem creditorum facta, quae rescinditur per legem Atiam Sentiam, in l. 5. docet recte Iulianus, debitorem, qui duos servos alternativè promittit, cum nihil aliud haberet in substantia, neutrum ex eis posse manumittere, quia cum duo alternativè promittuntur, utrumque est in obligatione expressi contractus Verbu, et singula res disjunctivè promissas ista obligatio afficit, ut quamlibet earum integre comprehendat, et ab ea integre comprehendatur. l. Illud aut illud. ff. de Constit. pecun. l. Stichum. ff. in pro. de Solutione. docet cum pluribus Valentia lib. 1. Illust. tract. 4. cap. 5. Ex num. 4. et licet in solutione non utrumque sit, sed alterutrum. l. Ut. S. I. qui operat. 2. Qui, et a quib. l. Si quis. ff. de Verb. Oblig. et electio competat debitori Verum



Verum Velit dare. l. Plerumque. D. S. fin. de Iure dotium, tamen quandiu  
 debitor neutrum ex Servis deberet, si Stichum manumittat, cum creditor in  
 creditori fraudem manumittere, quia alter mori poterit, quia Verum est cum  
 uno ex servis manumisso, et altero mortuo solvendum non esse; ea enim est  
 natura obligationis alternativae, ut una ex rebus in ea contentis pereunte  
 adhuc abique ullo facto debitori alterius persecutio superet. l. Cum rei. D.  
 S. Sed si Stichus. 3. Veri. qua ratione de leg. v. cum similibus; Unde recte respondet  
 Cui in propria specie libertatem per legem Aliam Sentiam rescindi. Et  
 subiungit aliud esse dicendum, si is, qui in bonis nihil amplius quam duo  
 servos habeat, ex eis unum stipulanti promiserit, tum etenim alterum  
 recte manumittit, quia multum interest, an ipsa obligatione contineatur  
 is, qui manumittitur, an extra obligationem sit, quae ratio elegans est, sed  
 obicere, dicitur tacite Consultis rationem dubitandi, quae ei pariter obicit.  
 Diceret aliquis idem in hac specie esse dicendum, quod in priori; Nam simili-  
 ter Servus promissus mori poterit, et eo mortuo, alteroque manumisso, Verum  
 est debitorem non esse solvendo. Cui dubio ut respondeat, fatetur similiter  
 evenire posse, ut Servus promissus moriatur, Verum negat ex alterius servi  
 non promissus impediendam manumissionem; Nam et si debitor locupletissimus  
 esset, tamen servo promisso abique culpa sua decedente liberabitur ab obliga-  
 tione ex Vulgari Reg. xxi. in l. Quod mihi re. S. de Reb. cred. l. Si ex legati. 23. de V.  
 O. Itaque cum adhuc non promisso solvendo sit, leni Alia Sentia sua non  
 exerceat Viem; at in superiori casu, ut jam dixi, uterque servus sit in obli-  
 gatione, et adhuc uno naturaliter mortuo, alter peti potest, interim dum ex  
 eis uno creditor non traditur, neuter manumitti poterit, ne alius uno mor-  
 tuo, et altero manumisso fraudi irroperet creditori. Unde non ex eo servus ma-  
 numitti poterit, quia ex causa stipulationis debeat, sed ex eo quod debitor uno  
 manumisso solvendo non est, et q. superius diximus, scilicet debitorem posse  
 servum debitum ex causa alicuius obligationis manumittere, procedit cum  
 eo manumisso solvendo est, ne alius aditus pateat legi Alia Sentia.

N. 8

Facilem exitum habent porte-  
 riores duae difficultates, ad quarum solutionem dico, Scaevola notum non esse  
 intelligendam de debitore, qui duos servos pignori dederat, sed de debitore,  
 qui duos servos alternativè promiserat, de quo praecipue disputavit Iulianus.  
 qui solum ad confirmandam suam decisionem usus fuit exemplo debitoris, qui  
 duos servos pignori dederat, et aserit neutrum ex eis posse manumitti. arg.  
 xxi. in l. Cum qua. A. S. Papii. S. de furtis. Itaque recte ait Scaevola cum, qui  
 duos servos alternativè promittit, si plus habeat in facultatibus, unum posse ma-  
 numittere, quod Verum esse non poterit, cum duo servi pignori dati sunt, quo-  
 rum nullum debitor potest manumittere, et non solvendo sit, et notam Scaevola  
 solum referendam ad principalem, et praecipuam disputationem Iuliani, non  
 vero ad exemplum pignori. Probatum ex ipsa l. 6. in qua ut probet Scaevola de-  
 bitorem, qui plus habeat in bonis, unum ex servis alternativè promittit, posse  
 manumittere, quia uno manumisso, et altero mortuo solvendo est, nec advenia-  
 oi casu computandos ea videtur ratione, alioquin unum, et certum ex servis suis  
 promissis neminem manumittit arguens ab inconvenienti. q. Scaevola nota loqui-  
 tur de servo alternativè promissis, non de pignoriari. Nec tunc obicit textus



difficultas, Nam licet in specie Iuliani pignus illud non speciale, sed generale sit, debitor tamen nullum servum potest manumittere, non ratione pignori, quia generale pignus non impedit manumissionem, sed propter legis Alia Sentia sententiam, quia solvendo non erat. <sup>am. in l. Genera-</sup> lites. 29. Quia, et a quib. Quia solutio probatur ex finalibus Verbi l. 5. ubi: Plurimum solum pignori dederit, Pamphilum non videtur in fraudem creditorum manumittere, quae manifeste indicant eorum Iuliani disputationem circa legem Alia Sentiam dungi, et circa manumissionem factam in necem creditorum =

N. 9.

Ex eadem doctrina intelligendi sunt etiam in d. l. 25. S. 4. et in d. l. 70. S. 4. cum similibus, in quibus idcirco haeres hereditatem restituisse rogatus servorum hereditarium manumittere potest, quia ex causa fideicommissi non Ius in re, sed ad rem acquiritur fideicommissarius, et proinde ei actio in rem, sed extraordinariam solum persequutionem officio Praetoris fideicommissarii. l. Pecunia. D. S. Actiones. 2. Veri. persequutiones. de Verbi Signif. cum alijs; Aliud sane dicendum erit, si servum proprium testator per vindicationem legaverit, tunc enim cum ex huiusmodi causa legari potestate legi dominium in legatarium transferatur. l. Legatum. D. de leg. 2. servus legatus ab haerede manumitti non potest. <sup>etiam sic intelligi in l. Servum. ff. de Manumission. l. Si optio. 3. Qui, et a quib. l. Generaliter. 29. qui, et a quib. docet Valeria lib. 3. Illust. tract. 6. cap. 2. num. 4. cum seqq. felicius quam Cusac. lib. 39. Dicit Iulian. in d. l. 35. S. 2. et lib. 64. Pauli ad Edictum in l. Si locus. 39. de Religiosis, quem sequitur D. Rexes lib. 8. opus. cap. 26. Ex eadem ratione quamvis debitor locupletis, et solvendo sit, servum, quem pignori dedit, manumittere nequit, quia creditor Ius in eo obtinet, et licet ex alijs bonis creditum consequi poterit, tamen maxima afficeretur iniuria, si utilis esset manumissio; ex eo enim ipso, quod servum specialiter pignori accepit, satis indicant se velle ea potissimum ratione captum esse =</sup>

N. 10.

Duplex adversus superiorem doctrinam occurrit difficultas, prior ex l. Haeres. 28. qui, et a quibus, ubi ait Paulus, quod haeres servum proprium, quem testator legaverat manumittendo nihil agit = 2<sup>a</sup> ex eo, nam post Iustiniani constitutionem in d. l. 4. C. Communia de Legatis, nullum est vinculum legati vindicationis, et damnationis, sed indistincte cuiuscunque legati causa rei legata dominium, et actionem in rem nanciscitur legatarium; et tamen in sententia ejusdem Iustiniani in d. l. 5. ff. de Legat. haeres servum suum a testatore legatum manumittere potest = 1<sup>a</sup> difficultati omnia solutione, quam tradit Oroz lib. 4. de apicib. Iur. cap. 10. n. 44. et alia, quam tradit Valeria ubi supra n. 44. Veri. id, quod Cui scribit, scilicet haeredem servum legatum a testatore manumittendo nihil agere, ad effectum liberationis, non ad effectum libertatis referendum esse, ut dicatur, n. quia servum liberum n. faciat, sed quia manumittendo non efficit, quominus obligatus maneat ad pretium praestandum, ut constat ex Iuris superiorum. expensis, si ve enim sciverit, si ve ignoraverit servum legatum esse ejus facto accidet, ut servus a comensio re exemptus, q. legatario damnum afferre n. debet. Ex regula etiam in l. factum. ff. de Reg. Iur. docent Donell. lib. 6. Comment. cap. 13. Anton. Faber in Iurispud. Papin. tit. 5. pro. 4. illar. 5. Necobitat, quod excusatur ignorantia ejus, qui servum indebitum sibi datum manumittit in l. Summa.



Summa 65. §. Si servum. penult. de Condict. indeb. ut porè quæ ex bono, et æquo  
 introducta est, nihil revocare consuevit præter iniquum lucrum. l. penult. eod.  
 tit. docet Valenzia ubi nuper n. 43. Posteriori difficultati resp. quod adhuc port  
 novam Justiniani constitutionem, ut ex causa cujuscunque legati locum sit in rem  
 actioni, ponendi sunt termini habiles, exigitur, ut rei legata propria testatoris  
 fuerit, ut ipse indicat Imperator paulo ante finem in d. l. 1. C. Communia de leg.  
 et Iuxta ratio exponit; id enim quod a testatore non potest recta via transire  
 ad legatarium, ut animadvertit Arnold. Vinn. in §. Sed olim. 2. Inst. de  
 Leg. num. 3. circa finem; Unde cum in d. §. 16. testator servum hæredi legasset,  
 dominium ipso Jure non fuit legatario quæ situm, nec in rem actio acquisita  
 quin potius dominium penes hæredem permansit, qui idcirco servum legatum  
 manumittendo liberum facit, si ve sciverit, si ve ignoraverit eum legatum esse =

N. 11

Uterius contra conclusionem sic  
 argum. Debitor potest facto suo pignus extinguere, et deteriorationem reddere cre-  
 ditori conditionem: q. et potest servum pignori datum manumittere. Prob.  
 An: Debitor potest sua voluntate rem pignori datam a comestio emere: q. po-  
 test facto suo pignus extinguere. An prob. ex tunc in l. 25. ff. de Relig. et  
 sumptib. funer. In d. §. Vlt. ait Vlp. quod si, qui pignori dedit agrum, si in  
 eum servum intulerit, Religionum eum facit, et idem est si in ipso inferat;  
 Ceterum concedere alij non potest, subjungit Paulus in d. l. 3. ex consensu  
 tamen omnium Verius est dicere, Religionum posse fieri, idque Pomponium  
 scripturæ refert. Tunc sic: En ubi debitor agrum, quem pignori dederat, cada-  
 veris illatione potest facere Religionum, et per consequens pignus extinguere; Res  
 etenim Religionum omnino a comestio sunt exempta. d. l. C. de Constat. emp.  
 §. nullus. 7. Inst. de Ver. divi. cum vulg. ergo licet per manumissionem servus  
 a comestio subducatur, potest tamen a debitor, qui eum pignori dedit, manu-  
 mitti, maxime cum non minor libertatis, quam Religionum favor esse solet, ut  
 constat ex Consultorum testimonijs, si inter se conferantur ex l. Licet. 6. ex dif-  
 ferentia. 9. In quib. caus. pign. vel hypoth. rati. constat. l. Et siquis. 14. §. 1. de  
 Religion. l. Locum. 11. de Vusu. l. 2. de manumiss. Vnde quæ omnia inferius  
 explicabo. Ceteri difficultati ex tunc in l. In rei omne. 16. in prin. Veri. Sed  
 manumissio de furti, ubi ait Vlp. quod si extincta rei furtiva sit, tamen fur-  
 ti manet actio adversus furem, ex quo inferit, quod et mortuo homine subrep-  
 to Viget furti actio. Progredivit, et ait, quod nec manumissio (quoad subi-  
 rantiam) homini subrepti furti actionem extinguere, quia non est diverti-  
 tius morti manumissio quoad subtrahendum Dño servum: q. supponit servus  
 furem recte manumittere, manumissionemque a non Dño factam existeret:  
 §. fortiori ratione debitor licet plenum non habeat dominium, servum, quem  
 pignori specialiter dedit, potest manumittere =

N. 12

Pro solutione dicendum est,  
 maximam esse differentiam inter cadaveris illationem in agrum pignoratium,  
 et servi pignoratium manumissionem; per manumissionem enim, si utilis erit,  
 servus omnino subdeberetur a comestio, et pignus in solidum extingueretur,  
 cum libertatis Jure individuum sit, et vel in totum, vel in nulla parte con-  
 sistere debeat. l. Qui gravi. 11. de Jure Codicill. l. Duobus. 30. de Liberali causa.  
 l. 1. et l. C. de Servo manum. cum vulg. Per cadaveris vero illationem in



Agrum pignoratium non extinguitur, sed minuitur. Ius pignori, nec ea di-  
 minutio magni momenti potest esse, cum n. totus fundus, in quem corpus illa-  
 tum est, fiat religionis: quoniam nec totus locus, qui sepulchra designatus est, sed  
 ea tantum portuicula, in qua corpus illatum est. d. l. 2. S. Sepulchrum. S. de  
 Religion. qua ratione favore Religionis placuit, quod etiam debitor nec extin-  
 guere, nec minuire Ius pignori regulariter potest, tamen mortuum ex suis  
 in agrum pignoratium inferendi habeat facultatem: Et sane nimis in hu-  
 mane ageretur cum misero debitore, ideoque cum religione, si prohibere-  
 tur mortuum aliquem ex suis inferre in fundum obligatum; maxime ve-  
 ro si nec ipse inferri poterit; Ceterum hoc Ius, quod debitori prole, et sui  
 tribuitur, ei non praestatur pro extraneo; itaque nullum mortuum ex  
 extraneo potest in fundum inferre, nisi consentiente creditore pignora-  
 tio. rti. sic intelligi in d. l. 3. de Religion. favorabilior est enim illatio ipsi-  
 us debitoris, aut alicujus ex familia ipsius quam extranei. docet Anton.  
 Faber in Varion. ad d. l. 2. S. Ut. et ad d. l. 3. Unde licet minor non sit liber-  
 tatis favor, quam Religionis, tamen libertatis favori in praesenti locus esse  
 non potest, ne alias cum indigni creditorum injuria pignus extingatur,  
 Religionis vero favori locus superest, q. pignus non extinguitur, sed minui-  
 tur. Sed replicabi: Cur ergo pariter proprietario non etiam licet in-  
 vito usufructuario mortuum ex suis in fundum inferre? d. l. 2. S. Si  
 Usufruct. d. cum seq. de Religion. Resp. maxime differre fructuarium a  
 creditore pignoratitio; pignore enim minuto debitum ipsum, et actio pro  
 eo competens non minuitur. l. Servo. 25. C. de Pignori. at minuto fundo  
 minuitur usufructus, Unde ne injuria offerat fructuario, sine ejus consen-  
 su proprietario non licet in fundum mortuum inferre. docet subtiliter  
 Anton. Faber ad d. l. 1. =

N. 13.

Facilitatem habet nepum rti. in d. l. 64. de furtis;  
 Nam dico in ejus serie servum subreptum non esse a fure, sed a Dño manu-  
 missum, ponendum est servum subreptum in Dñi potestatem redire, et ab  
 eo fuisse manumissum; quaerit Cui, an manumissus furti actionem ex-  
 tinguat? Et respondet non extinguere; Nam licet sit mortuus similis manu-  
 missio. l. Si mihi. 92. de Solution. tamen extingua re furtiva manet actio  
 furti ad poenam consequendam. Sed acure (ni fallor) replicabi ex eo; nam  
 postquam Ulpianus dixerat, servi subrepti manumissionem furti actionem  
 non extinguere, in Veri. hoc idem ait, idem in conditione placere; nam con-  
 dicio furti potest, etiam si rei aliqua ratione extingua sit. Ex rep. rti. in l. 1. de  
 Condit. furt. et sentit, quod mortuus, aut manumissio servi subrepti nec  
 furti actionem, nec obligationem, seu conditionem furtivam extinguit. Dunc  
 sic: Conditio furtiva cum n. poenam, sed rem prequatur. S. Ut. In tit. de  
 Oblig. qua ex delict. nasc. extinguitur, ubi Dominus rem fuerit consecutus.  
 l. Parvi refer. 11. de Condit. furt. ergo in serie praedicti rti. Dñus n. manu-  
 missus servum subreptum; alias enim in potestatem ejus redire extinguitur, con-  
 dicio furtiva supponit, ponendum est eum a fure, vel ab alio, non a Domino  
 fuisse manumissum = Duplici modo resp. id, quod Cui scribit, idem in condic-  
 tione furtiva obtinere, quod evenire dixerat in furti actione, n. esse intelligi  
 in casu manumissionis, sed in casu mortui, vel alio simili propter manumissionem. 3. prop.



3. propter rationem experiam = Secundo, et si quid meri iudicij est subtilius habili  
 termino ponam, et causam dabo, quo post manumissionem servi subrepti a Domino  
 factam conditio furiva superest, qui sequens est: finge Dominum servum sub-  
 reptum ignorantem a fure, vel ab alio emisit, et cum sibi traditum manumissit,  
 tunc sane manumissio utpote a Dno facta utilis est; conditio tamen furiva  
 superest, quia res ei intelligitur abesse, cui pretium abest. l. 45. Tunc in potest-  
 tate. 12. de Vrucap. l. 1. de Ver. Sign. et conditio etiam indebiti locu  
 erit. l. 5. de Contrah. empr. et Verum est servi manumissionem a Domino  
 factam nec furivam actionem, nec furivam conditionem extinguere =

N. 14.

Ex his quae superius disputavimus,  
 dicendum videbatur, servum nuda conventionem abique traditione pignori spe-  
 cialiter obligatum a debitore manumitti posse, quia Ius in re, possessio scilicet,  
 quam in servo creditor obtinet, manumissionem impedit; cum vero nuda  
 conventionem servus pignori obligatur, non solum dominium, sed possessio re-  
 manet penes debitorem, nullumque in servo creditori est Ius. Verum contra-  
 rium certum est, scilicet servum nuda conventionem pignori obligatum debito-  
 rem manumittere non posse; Imperatores enim in l. 2. et 3. C. h. tit. nullum di-  
 scrimen constituunt inter servum pignori datum, et nuda conventionem speci-  
 aliter obligatum a debitore manumitti non posse, quod ea nititur ratione; Nam  
 licet Verum sit, quod nuda pignori conventionem contracti possessio in credi-  
 torem non transferatur. d. l. 9. §. 2. de Pignor. act. utilis tamen causa ex aequitate  
 Praetoria Ius in re creditor habet, quod ei parit utilem Servianam, id est hy-  
 pothecariam actionem contra tertios possessores; Unde cum eadem securitas credi-  
 tori praestetur, quam haberet, si pignori traditio interveniret, praetere dicendum  
 est, nullum esse discrimen inter servum pignori datum, et nuda conventionem  
 obligatum. Conducit ab argum. tpi. in l. Si quis rem. 66. de furtis, contra  
 quam expendi possunt tpi. elegantes in l. Licet de praedij. 6. l. Ex differ. 9.  
 In quib. caus. pign. vel hypoth. tacit. contrah. in quibus servus invecus, et illa-  
 tus in praedium Urbanum, quod tacite pignori obligatum est, possessionis nomine  
 a Dno debitore potest manumitti = Sed resp. quod licet Verum sit, invecus, et il-  
 latus in praedium Urbanum ab Inquilino pignori in re esse obligata locatori  
 possessionis nomine. l. 1. de Pacti. l. Elicere. 4. In quib. caus. pign. vel hypo. tacit.  
 contrah. l. 1. C. eod. tit. tamen huiusmodi pignus non officit manumissioni ser-  
 vorum, qui in praedium invecus sunt, quia non est speciale, sed generale; Nec enim  
 Inquilinus nominatim servos, quos in praedium invecus obligavit, sed genera-  
 liter omnia invecus, et illatus; constat vero generale pignus manumissioni non  
 officere. l. Generaliter. 29. Qui, et a quibus, ut inferius dicam: Unde non ideo  
 servus in Urbanum praedium invecus manumitti potest, quia nuda conventus,  
 sed quia generaliter fuit obligatus =

2192

N. 15.

Solutio haec manifeste probatur ex d. l. 9.  
 In quib. caus. pign. vel hypoth. tac. contrah. ubi Paulus ait, differentiam obli-  
 gationis propter penionem, et eorum, quae ex conventionem manifestari pignoris  
 nomine tenentur, id est speciali conventionem; Nam in Mancipia pignori ma-  
 nifestatio obligata manumittere non possunt; servos vero inhabitantes, et  
 sola illatione generaliter obligatos recte manumitterimus: quod Expresse dixit, ser-  
 vum illatum in praedium Urbanum ideo potest manumitti quia generaliter non man-



ferretur, id est specialiter obligatus est. Id ipsum aperitur, si videtur ex eo, qd. subji-  
cit, id scilicet procedere, antequam pensioni nomine precludamus; tunc enim  
pignori nomine retenta mancipia manumitti non possunt. Quod ut intelligatur,  
sciendum est, mori fuisse in solvente. Inquilino pensionem ad se aperire, et deinde  
bi a publico officio res omnes, et mancipia, que in eas intuliver. l. Cum Dni. 56.  
Locati. ac deinde ab eodem officio obligari. l. Injuria. 20. l. Nt. de Inju. Cod.  
Theod. de administ. tutor. ac precludi ostium ejus aditum clausis adhibito,  
vel concepto, quo genere videbatur locator ipse detinere mancipia, que incluse-  
rat, nec jam erat tacitum pignus generale, sed reale, et corporale, et manifestatum;  
id est que a prefixis, et preclusis adibus Ius non erat Inquilino eorum manci-  
piorum manumittendorum: qua ratione dictum est a Nerua I. Cto, qui moni-  
traverat serui detentis ob pensionem manumitti per fenestram posse, puta in fe-  
nestra exhibitis, aut se offerente seruo, et Dno dicente, Paulo certe eum se liberum  
esse velle, quia scilicet in ea ratione, quam Nerua monitavit, serui manu-  
mitti possent, quam non plane detineantur, quibus patens fenestra, et perspectus  
omnes non tantum prefigendum esset ostium aditum, sed prefigenda etiam essent  
vel obstruenda fenestra, et perspectus omnes, quod unum nemo dixerit, et serui  
quoque specialiter pignori datus locatori, et a locatore retentus a sui adibus a  
Dno transeunte beneficio fenestra manumitti poterit, quod esse abstrudum. si tunc  
tam explicet Cusac. lib. 1. d. obstr. cap. 3. quem sequitur Faber de error. decal. 6. et 6.

N. 16.

Expendi etiam potest etiam in l. Si tutor  
tuis. 6. C. hoc et ubi Imperator Alexander aserit, tutorem serui quos de pecunia  
comparavit, pupillorum favore manumittere non posse; quoniam hujusmodi ser-  
vi, et coacti rei pupillari pecunij empti Iure pignori pupillo obligati sunt.  
l. Idemque. 7. Qui portor. in pign. hab. l. 3. de Reb. cor. Tunc sic: En ubi licet ser-  
vi ut specialiter tacite pignori obligati, tamen dicitur favore pupilli manu-  
mitti non posse. q. regulariter serui tacite speciali pignori obligati poterit ma-  
numitti, et per consequens idem dicendum est de seruo nuda conventionione specia-  
liter pignori obligato manumisso. Hujus tenoris oppoem difficulte.  
ait, tacitam hypothecam non impedire manumissionem serui. ex l. 2. et 3. C. hoc et.  
quam sent. etiam tenet Amaya lib. 3. obstr. cap. 1. §. 2. n. 7. nisi favore pupillorum;  
licet enim serui ex pecunia pupillorum comparati pupillo tacite Iure obliga-  
ti sint cum coactis bonis omnibus, que tutor habuit in ius suscepta tutela ex  
constitutione Divorum fratrum, que extat in d. l. 3. de Reb. cor. tamen tacita hac  
generalis hypotheca impedit manumissionem serui favore pupilli, cuius quoad  
hanc causam melior est conditio, quam coactorum tacitam hypothecam habentium.

N. 17.

Qua truci que de serui speciali pignori obli-  
gati in ancillis locum habent, quod ideo animadverto, quia non solum pignori obli-  
gati manumitti non possunt, Verum nec mancipia, que ex eis nata sunt, q. man-  
cipia, que ex ancillis pignoriati nascuntur, eodem pignori Iure tenentur, si ve  
speciali intercesserit conventio, si ve non. l. fidejussor. 26. §. Nt. l. Paulus. 29. §. Si man-  
cipia. l. de Pignori. l. 11. C. de Partu pignori. partus enim necessarius sequitur matris  
nisi conditionem, quod ita demum verum est, si scilicet partus editus sit post  
ancilla obligationem, et apud ipsum debitorem, heredemve ejus; alia vero si  
editus sit apud alium Dnum aliud dicendum est, ut animadvertit Paulus in d. l.  
29. §. 4. Veluti si editus sit apud emptorem ancilla pignoriati, cui venditor eam ven-  
didit sine conventu conditionis, non tunc partus non poterit cedere in pignori obli-  
gatio-



rationem, quia nunquam fuit in bonis debitoris, cum sit editus apud emptorem. ex  
 Reg. tpi. in l. Ante omnia. 23. de Probation. et l. Et quae nondum. 15. in p. et d. h.  
 de Pignori. quo sensu intelligenda est difficultas alia Pauli sent. lib. 2. Sent. tit. 2. et 5.  
 dum ait, quod foetus, vel partus ejus rei, quae pignori data est, pignori Iure tenetur,  
 nisi inter contrahentes conveniret, id enim tunc verum est, cum partus editus  
 est ante ancilla pignorationem =

N. 18.

Verum Paulus ipse hanc distinctionem, quam tra-  
 diderat in d. l. 29. Si exiret videtur in l. Si conveniret. 18. §. Si fundus. 2. de Pign.  
 act. ubi docet, partum ancilla obligare post venditionem natum Iure pignori te-  
 neri. Cui sent. et consentit videtur Iulianus in l. t. in p. de Salv. interd. ubi  
 ait, quod si Colonus in fundum ancillam pignori nomine duxerit, et eam vendide-  
 rit, utile Interdictum redditus apprehendendi ejus gratia, q. apud emptorem ex ea  
 natum est: q. partus ancilla pignorata sive sit editus apud venditorem, sive apud  
 emptorem pignori Iure tenetur. Omnia solutione Accusij, quam communiter omnes  
 Interpretes sequuntur, quam ingeniose convincit Anton. Taber de error. Pragmat.  
 decad. 6. error. 1. et alia Cusac. ad titul. C. de Partu pignori et lib. 49. Dig. Iuliani in  
 d. l. t. de Salv. interd. dicentis a sent. Accusij, quem tamen secutus fuerat. lib.  
 29. Pauli ad §. 2. tum dec. 6. et l. 4. rextum emmendat, et loco ubi Sicut legi secus  
 quam Paulus avertit, quod licet cum fundus pignoratus venditur, cum sua causa  
 alienatur, tamen partus ancilla post venditionem natus pignori Iure non tenetur;  
 Sed via doctrinae non solvit, sed recat, In re difficili cogitabam, Paulum loqui de  
 partu ancilla pignorata post venditionem nato apud venditorem debitorem, n. apud  
 emptorem ante subsecutam scilicet traditionem. Quod ut evincam, noto, quodcum  
 ancilla praegnantis venditur, et apud venditorem parit, emptor non solum ancillam,  
 sed et partum petere potest actione ex empto. tpi. in l. Non quocumque. 82. §. Iulia-  
 nus. 1. de leg. 1. l. Si quod ex Pamphila. 73. de leg. 2. ubi Cusac. lib. 23. quae et Papin. arg.  
 tpi. in l. Ut. de acquir. Ter. domin. l. In civile. 12. C. de Ter. vindic. Nota etiam, q.  
 ante secutam traditionem partus editus post perfectam emptionem est in dominio  
 venditoris. l. Si ager. 50. de Ter. vindic. Quibus partus sic fingenda est species. Anci-  
 llam debitor pignori obligavit, eam praegnantem vendidit, ante traditionem fuit  
 enixa, tunc partus cum sit in dominio venditoris, ipso Iure tacite pignori obligata,  
 et licet postmodum emptori tradatur, firma manet pignori obligatio. elegans ad-  
 rem tpi. in l. Ut. §. 1. de Donation. Unde recte ait Paulus, quod quemadmodum fun-  
 dus pignoratus cum sua causa transit ad emptorem, sic et partus ancilla natus post  
 venditionem; Invaria nra conjectura ex eo, quod Cui loquatur de partu edito  
 post venditionem, traditioni non meminit =

N. 19.

Nec aliud suadet Iulianus in d. l. t.  
 de Salv. interd. Nam in ejus serie sunt ponendi termini habiles; sciendum est, quod  
 cum ancilla vendebatur, Occurrebat partum ut propter vitium aliquod apparens,  
 quod ante latuerat, reddebatur ex Edicto scilicet ad dilictio; id vero cum eveniebat  
 etiam quod ex ancilla post venditionem, ac proinde apud emptorem natus erat,  
 reddebatur, sive unus esset partus, sive plures. l. Quod si nolit. 34. §. Si ancilla. 2. de  
 Adilit. Edict. Nam mancipio redhibito pinde habenda sit, Retra aguntur omnia.  
 l. Quia redhibito. de alienat. judic. mult. caus. fact. et efficiunt, ut ancilla re-  
 dhibita pinde habenda sit, quoad debitorem pertinet, ac si vendita nunquam fuisset.  
 l. Redhibitor. 21. de Adilit. Edict. Num ne speciem fingit. Inus ancillam pignori  
 obligatam vendidit, Enixa est apud emptorem ob vitium aliquod, emptor redhibet  
 ancillam venditor tunc in ancilla adhuc manet, Ius pignori redhibetur, quo  
 partus, qui licet eo tempore quo fuit apud emptorem n. fuit pignori obligatus, tamen



Cum Redhibita Manu ipse quoque redhibeatur, ejus sequatur conditionem, tunc ex die Redhibitionis cedit in pignori obligationem, et per consequens competit locatori adversus conductorem utile Salvianum interdictionum non solum ancilla, sed et partui nomine, competit vero utile, quo partus non obligatur expressa conditione, sed tacita; ad hoc vero ut directum Salvianum interdictionum competat, expressa pignori exigitur conventio. §. Interdum quoque. Inst. de Interd. Ita vero speciem finiri necessarium est; nam Salvianum interdictionum competit solum contra conductorem, non contra tertium possiderem, Unde necessarium est poni partum pignori obligatum esse penes conductorem, ut locus sit interdictioni. docet Anton. Faber decad. 59. ex. 8. 9. et 10. et decad. 60. ex. 2. et 3. utilissimi Rem totam explicans =

N. 20.

Constat jam servum pignori nexu obligatum manumitti non posse sive ex causa pignoris creditori sit traditus, sive nuda tantum conventionem expressam, vel tacitam, dummodo sit specialis: quod ita demum procedit, si creditor scilicet non conveniat, alias si creditori intercedat consensus, servus pignori obligatus manumitti potest a debitore. l. Si ut proponi. 4. C. h. no. tit. l. 1. C. de Rem. pignori. Nam licet tunc pignus extinguatur, nulla tamen injuria fieri intelligitur volenti, et consentienti creditori ex reg. 20. in l. Quod autem. 6. §. Propterea. 3. Quae infraud. credit. l. Nemo. 15. de Reg. Jur. quemadmodum et pignus extinguitur, cum consentiente creditore debitor rem pignori obligatam alienat. l. Si debitor. 1. §. 1. l. Si consentit. 7. l. 8. §. Si voluntate. 6. cum segg. quib. mod. pign. vel hypoth. solv. Ad hanc Iuris partem pertinet 20. in l. Si pater. 1. §. Vlt. de Manumitt. Vind. ubi ait Paulus, quod si pignori obligatus, sive minor 20. annis manumitti paratus, recte manumissio procedit, quia non tam manumittere est quam non impedire manumittentem intelligitur; quod ita intelligendum est, cum Ant. Faber in Luxur. Papin. tit. 6. p. 10. d. illat. 3. scilicet ut licet ex lege Alia Sentia minor 20. annis non aliter possit manumittere servum, quae vindicta apud consilium, iuxta causa manumissioni approbata. §. Eadem lex. Inst. Quib. ex caus. manumitt. non licet, tamen ut debitor servum minor pignori obligatum possit manumittere, minori solum exigitur consensus absque eadem approbatione. Argum. 20. in l. Si servus. 6. de Manumitt. Vind. quia minor tunc non manumittit, sed manumissioni consentit; aliud est enim manumittere, aliud manumissioni consentire. l. Aliud. 160. de Reg. Jur. Conducit ad hujus rei exornationem elegans 20. in l. 2. de Manumitt. Vindict. ubi ait Vlt. quod minor 20. annis fructuarium consentienti manumissioni absque illius causa probatione servum ad libertatem perducit, id est ut explicat Anton. Faber ubi supra illat. 4. non dat ipse libertatem, sed extruit viam libertati, tollitque obstaculum illud, quod manumissionem impedit =

N. 21.

Verum licet non consentiente creditori servus specialiter pignori obligatus manumitti non possit, tamen favore libertatis & quissime constitutum est, ut ex illa voluntate, et manumissione licet tunc inutili liber tandem fiat hic servus soluta quocumque creditori pecunia, pro qua servus fuit pignori datus, ut ad Scavolam eleganter Paulus notat in l. Pignori. 26. Qui, et a quib. l. Si creditoribus. 5. C. h. no. tit. Nam manumissio vindicta, licet actus solemnis, et legitimus sit. §. Vlt. ubi norant Reperentes. Inst. de Libert. et expressam non possit recipere conditionem. l. Actus. 11. de Reg. Jur. Donell. lib. 6. Comment. cap. 18. ubi Oruald. lit. f. D. Retes lib. 5. opusc. cap. 6. n. 20. tacitam tamen recipit. directus 20. in l. Mortu. causa. 15. de Manumission. id est manumissio servi pignori Vindicta celebrata tacitam recipit conditionem, si liberatus fuerit servus vinculo pignori, cum hoc tantum dent, ut libertatem

adipis-



adificatur; extincto enim pignore, ut impleta conditione tollitur impedimentum libertatem suspendens. Unde servus pignori obligatus si ipsa fit statuliber, ut dicitur de eo, qui in fraudem creditorum manumittitur. l. 1. St. Veri. Vbi ipsa de Statuliber. quapropter libertatis favori ratione n. caret; Nam nemo potest factum proprium in controversiam vocare. l. Post mortem. C. de Adoption. l. 11. de Option. leg. 8. Extincto pignore non licet debitori servum, quem manumittit, ad servitutem trahere; Deinde Nam eo praetextu debitor servum petit, quasi eum manumittit solum animo Extinguendi pignori, et fraudandi creditores; sed hoc ipso turpitudinem allegat. Ergo audiendus non est; Nam turpitudinem suam, ejusve, cui successit, allegans Nemo auditur. l. Transactio. 30. C. de Transact. l. Cum proficere. I. C. de Revoc. donat. et juxta hanc doctrinam accipiendi sunt tpi. qui indistincte aserunt, servum pignoratam manumitti non posse.

Doctrina haec probatur ex l. Si haer. 2. de Manumission. l. 31. de Testam. milit. ubi si haeres manumiserit servum legatum, scilicet per vindicationem, dum legatarius deliberat de agnoscendo, vel repudiando legatum, mox legatarius legatum repudiaverit, placuit manumissum liberum fore. Ratio dubitandi nascebatur ex eo, quod statim a morte testatoris illius servi dominium translatum fuerat in legatarium nunquam factum haereditis. l. Legatum. 30. de leg. 2. l. Si mulier. 3. §. Si rem. 2. de leg. 3. et ita videbatur haereditatem servum alienum manumissionem; Ratio vero dicendi est, quod dominium hereditatis aucta recta via ad haereditatem transire in legatarium creditur, si legatarius postea agnoscerit legatum; si vero illud repudiaverit, retro creditur n. fuisse datum ei legatum. l. Legatarius. 38. St. l. Servus. 44. St. de leg. 1. l. 1. §. Utrum. 6. Si quid in fraud. Patron. Explicat Oroz lib. 1. de agric. cap. 10. n. 44. Itaque cum retro creditur servum illum semper fuisse haereditis, recte libertatem esse ab haerede datam apparet. tpi. in l. Locus. 34. de Religion. Expressus tpi. in l. Si cum optio. 14. de opt. leg. juxta quos intelligendi sunt tpi. in l. Servum. 11. de Manumiss. l. Si optio. 3. l. 29. St. Qui. et a quib. tradit Retei lib. 8. opusc. cap. 26. Conducunt et tpi. in l. Si haer. 3. de Manum. Vnde l. Si miles. 31. de Testam. milit. ubi alia simili adducitur species, si duobus conjunctis servus legatus sit, primusque agnoscerit legatum, et statim servum manumiserit, cum revera Dnus esset in solidum. l. Conjunctim. 80. de leg. 3. ita tamen ut 2us agnoscendo possit ei partim favere, id est auctore agnoscendo libertatis datio evenerit, repudiante vero retro competere libertas ex 1a manumiss. Simili est decisio tpi. in l. Mulier. 20. St. de Condit. additam haereditatem manumiserit, inutiliter quidem manumittit de facto, quod sufficit, ut conditio impleatur. l. Marium. 55. de Cond. et Dem. tamen post additionem haereditatis convalescit manumissio, quam haeres peregit ex testatoris voluntate. docet D. Retei lib. 8. opusc. cap. 21. si pariter servus pignori datus, licet tunc inutiliter manumittatur, tamen soluta pecunia liber fit ex vi primae voluntatis.

Verum his omnibus opponitur Valdi Modest. in l. Si servo. 20. Qui et a quib. et l. 43. de haer. instit. ubi docet, quod si servo alieno libertas n. consentiente Domino data est, Valere ex auctoritate Iurum non poterit, quamvis postea manumissio a Dno haeres extiterit, q. additione haereditatis libertatis datio n. confirmata: q. pariter manumissio servi obligati n. debet confirmari ex superveniente casu soluta pecunia. Resp. maxime distare servi alieni manumissionem, a manumissione servi pignorati, nam servus pignoratus est in dominio debitoris; Unde

N. 22.

N. 23.



licet inutiliter manumittatur, favor tamen libertatis efficit, ut soluta pecunia liber fiat, quia remorsu signori impedimento à Dño invenitur manumissus, quia ratione ab initio ubi ipsa est statuliber; Ceterum huius libertatis favori locus esse non potest, cum alienus servus manumittatur; nam et si postea manumissus servi Dño hæres existat, dici non potest servo libertatem competere ex vi primæ voluntatis, cum à n. Dño sit manumissus, nec dominij revocacioni locus sit ut in Iuribus superiorum num. Expositis. Opponunt tamen tot. in l. filium. 34. de Liberali cau. l. Si ab eo. 7. C. eod. tit. ubi si n. Dñus inutiliter servum manumiserit, et servi Dñus ei hæres existierit, convalescit manumissio. Dicendum est rationem differentie in eo esse, quod Dñus manumissus ubi succedit, videtur confirmare manumissionem addendo hereditatem, et factum defuncti approbare, cum additio sit tacita approbatio eorum, quæ perit defunctus. l. Cum. 14. C. de Rei vindic. l. Sive ponentis. 14. C. de Eviction. quapropter cum Voluntati defuncti accedat tacita voluntas hæredi, merito manumissio convalescit; ac vero ubi manumissus decedit, Dño hæc conjectura non invenitur, nec concurrunt ea voluntas utriusque in libertatem servi, cum nunquam dici possit, Voluntatem defuncti accessisse voluntati manumissori, ita eleganter Cusac. lib. 3. quæst. Papin. in l. Cum vi. 42. de Vocation. licet aliter lib. 4. Respons. l. in d. l. 34. Oroz. d. lib. 4. cap. 10. n. 22. et 28. D. Reti. lib. 3. opusc. ad d. lib. quæst. Scæv. ad l. 39. de Solution. n. 12. Nec obstant tot. in l. Si additio. 22. de Rei vindic. l. penult. de fundo dotali. l. Cum vi. 42. de Vici. l. Si actio. 22. de Pignori. l. 46. de act. empta. l. 8. Si certum per. cum alij, in quibus alienatio, vel pignus ab initio efficitur ex superveniente dominij acquisitione convalescit; nam ut advertit Cusac. ex causa contractus reuertat obligatio, quæ efficit, ut in vitæ cogamus stare alienationi, si dominium rei acquisivimus, ex causa vero manumissionis nulla nascitur obligatio.

N. 21.

Ex quibus exponendus est tot. difficultas in l. De hereditate. 19. §. Non tamen. 4. de Castren. pecul. ubi docet Truphon. quod si Pater, vel hæres, id est ut Dominus servum castrensi peculij filij vindicta manumiserit, inutilis est manumissio. l. Servi. 11. de Manumission. ex Reg. tot. in l. Ex castrensi. 18. §. 1. de Castren. pecul. nec convalescit, et si mox filius intestatus decedat, et Patris dominium confirmetur. Quæ sane decisio summe difficultas redditur ex eo; nam Pater adhuc vivente filio Dñus est peculij castrensis, licet plena administratio, et alienandi facultas filio ex constitutionibus Principum concessa sit, ut ex parte fundat ex alij, D. Reti. lib. 5. opusc. cap. 6. per totum; Cum vero filius intestatus decedit cum Iure sibi concessio non fuerit, bona expectant ad Patrem Iure patris, Iure patris potestatis, Iure acquisitionis ante acta Iure peculij. l. 2. l. Proponebatur. 9. de Castren. pecul. et retroceditur, Patrem in servo peculiari dominium habuisse semper. l. Servum filij. 44. de leg. 1. cum alij. §. Ratione habita fictionis revocativa Dñi debet consistere manumissio. argum. tot. in d. l. 2. de Manumission. cum similibus adductis num. 20. Sed tamen dicendum est, libertatem datam à Patre servo castrensi peculij non esse ob defectum dominij inutilis, sed ob alienationis interdictionem; interdictionis enim Patris omnis alienatio, quæ filij Iuri adimat, respectuque castrensi peculij similis est prodigo, cui suorum bonorum interdictione est administratio. d. l. 18. §. Servo. 4. de Castren. pecul. et per consequens interdicitur manumissio, quæ veluti species quadam alienationis est. l. Obligari. 9. §. de auctorit. tutor. l. Vlt. C. de Reb. alien. n. alien. Unde cum filio intestato decedente nulla fictione Iuri fiat, aut fieri possit, et retrocedatur, Patrem vivente filio alienandi, et disponendi facultatem habuisse, sed solum dominium penes eum recte intelligitur fuisse absque ulla fictione, ut docet D. Reti ubi supra n. 15. Ratione potest consistere manumissio, cum apparet ab eo,







Manumissus a debitorē servus sine Dño fuerit, debitor per eum nihil potest acquiri. Arg. tñ in l. Quod servus. 36. de Stipulat. Serv. Interit vero creditorū servum pignoratū acquirere debitor, et eji augere facultate; licet enim possit servum pignoratū dīstrahere, tamen temporū lapsus, et plura requirēta dīstractionem p̄cedere debent, quā notantur in S. v. In iur. quib. alien. licet, vel n. et commodiū. Ex alijs boni debitorū consequi potest quam ex re pignori data: hac p̄. ratione emittimo nozum dīstractionem Iure nō inducendum inter servum pignoratū manumissum, et servum manumissum a nuda proprietari Dño.

N. 28.

Illud sane quæritur, an scilicet nova constitutio Imperatorū Iustinianū circa servum manumissum a nuda proprietari Dño, quæ extat in l. t. C. Communia de Manumiss. spectet etiam ad servū pignoratū manumissionem, cum olim nuda proprietari Dñi n. poterit servum invito fructuario manumittere. l. In iudic. 15. quib. mod. Nisi. amitt. d. l. 2. de Manumiss. Vind. Iustinianus hoc Iur. abrogavit in d. l. t. et statuit, quod si proprietarius invito fructuario servum manumiserit, utilis manumissio sit, ejusque si liber servus fit, ipse tamen libertus quare servus pene fructuarium permaneat, donec fructuarius vivit, aut usufructus legitime aliquo modo peremptus sit, ita ut ex ejusdem causi acquirat fructuatio, ex quibus ei acquireret, si servus manumissus non fuisset, et ibi ex illi causi, ex quibus acquireret proprietario in eji potestate constitutus; Nec id ratio Iuri repugnat, cum nihil prohibeat liberum hominem ministeria exhibere servilia, et aliud nō esse servum, et aliud in servitute esse. S. v. In iur. de Ingeniis. Quæritur p̄. an hæc constitutio sit p̄ducenda ad servum pignoratū a debitorē manumissum.

Resp. p̄ducendam esse ex eo; Nam maxima est inter utrumque casum differentia ratio fructuatio supposita hoc novo Iure nullum damnum inferret, si servus a debitorē manumissus liber fiat; creditor vero maximum p̄judicium inferret, si servus a debitorē manumissus liber fiat, cum p̄cipua utilitas pignori sit servi dīstrahendā facultas, si pecunia n. solvatur; hæc rei ei adimeretur, si converteret manumissio. Deinde nec creditor poterit consuli eo modo quo fructuatio consultatur; Non enim dici poterit servum servare creditor eo modo quo servus fructuario, in eo a fructuario creditor pignoratitius dīstrat, quod fructuarius omnem rei fructum percipit, creditor uti pignore nequit. l. Si pignore. 54. de furtis, q̄. pignori non ad vnum, sed ad creditorū securitatem contrahitur. S. v. In iur. quib. mod. Te contrah. Oblig. cum similibus, Ex quibus fuit, servum pignoratū a debitorē manumissum nec Iure Veteri fieri servum sine Dño, nec novo Iure ex manumissione liberum fieri, sed omni Iure statu liberum esse, et statutam habere libertatem in tempore soluti pignori.

N. 29.

Sequitur dispiciendum, an manumissio servi pignorati a debitorē facta tertiam. eandem tacitam conditionem recipiat, quam recipit manumissio Vindicta, vel alio modo inter vivos celebrata, et an tacite hujus conditionis implementi additionis hæreditariæ metas excedere possit? Et quidem controversum est, quod si debitor pignorato servo libertatem reliquerit, libertati favore manumissio Vindicta. Sed hæc, ut in superioribus fundavimus, dictam recipit conditionem: q̄. eadem debet recipere tertiam. manumissio. Deinde et illud æque certum est, tacite hujus conditionis implementum additionis hæreditariæ metas excedere n. posse, ut expressi docet Papin. in l. fratris. 33. de Penis; aut enim quod si servi in temporalia vincula damnati tertiam. libertas data fuerit, et additionis hæreditariæ tempore vinculoz tempore elapsum sit, recte libertas cedit, non secus ac si pignori datum servum manumiserit, ejusque post libertatem pignori hæreditariæ addita fuisset; Cujus rei causa ratio est; nam libertates directæ cedunt tempore additionis hæreditariæ. l. hæredat. 15. vlt. cum l. seq. Quæ de dicit leg. ced. l. Cum ita. 1. S. vlt. de Optione leg. l. vlt. S. Libertatibus.



5

tatibus. C. de Caduc. tall. et quæ tunc n. cedat libertas, nunquam cedere potest, nisi sub expressa conditione fuit relicta =

N. 30.

Verum ea illis occurrit difficultas, q. opus n. est tacita conditionis implementum contingere ante additam hereditatem. quod ex eo probatur. Legatum, quod continet tacitam conditionem, veluti cum fructus fundi legantur, validum est, licet mortui testatoris tempore conditio adimpleta non sit, veluti si fructus legati nondum exissent in Terram Natura, cum tamen conset legatum hoc cedere a morte testatoris, ideo ad hæredem transmitti. l. Cum illud. 25. St. junce. l. 6. St. quand. dicit leg. ced. sed nullum legatum est favorabilius libertate: q. ne de deteriori conditionis libertatis dationem efficiamus, fatere necesse est, quod sicut implementum tacite conditionis potest excedere diem legati cedentem, sic et tacita conditio, quæ inest manumissioni servi pignori potest impleri post additam hereditatem. Dicendum est, tacitas conditiones, quæ inveniunt Iure communi ex natura rei legatæ impleri posse post diem legati cedentem; eam vero tacitam conditionem, quæ inest manumissioni servi pignori n. Iure communi, sed speciali favore libertatis impleri debere ante tempus conditionis, scilicet ante hereditatem additam; Illustratur exemplo, manumissus in fraudem creditorum statu liber fit. l. 1. St. de Statulib. Manumissio quippe facta in fraudem creditorum tacitam recipit conditionem, si creditoribus fuerit satisfactum; sed hujus conditionis implementum n. potest excedere metas additionis hereditatis. l. Si lecuplet. 52. de Manumiss. testam. l. Si mortui. 18. Qui et a quib. docet Anton. Faber in Papin. tit. 6. pro. 2. illat. 11. et 12. q. idem dicendum est de conditione, quæ inest manumissioni =

N. 31.

Alio tamen meliori dicendi modo rem hanc expediri posse existimus, si dicamus, quod licet manumissio servi pignori inter vivos celebrata habeat conditionem si solutum fuerit vinculum pignoris ex d. l. 18. Qui, et a quib. tamen manumissio hujus servi testam. facta tacitam n. habet conditionem, non q. majorem solemnitatem exigat manumissio testamenti. Opus non est illam inducere conditionem, et abique eju inductione plenus servo faveretur, et consultetur, quam in manumissione inter vivos. sentit q. quod si servo pignori debitor testam. directam libertatem relinqueret, libertas utiliter cedit, si tempore additionis hereditatis pignus extiterum sit, nec ad id est opus aliquam inducere conditionem; Nam ut animadvertit Cusac. lib. 2. qua. 1. Papin. ind. l. 33. de Pæni, ideo libertas utiliter cedit, quia Catoniana Regula ad libertatem n. pertinet. l. 3. de Regula Caton. quidquid dicit Oroz. lib. 4. de apicib. capto. per totum; Unde nihil prohibet, ut libertas, quæ scribendi testam. tempore directe servo pignori inutiliter relinquitur, ex postfacto relaxato Iure pignori tempore additionis hereditatis convalescat; ceterum si additionis hereditatis tempore quo dies libertati cedit, adhuc pignori vinculum perseveret, inutiliter directa libertas cedit, cum simpliciter utiliter ipso Iure fiat servus, q. adhuc pignori Iure est obstructus =

N. 32.

Sed tamen per libertatis favorem quam plurima invidua Iurispudentia optinuit; Libertas hæc, quæ ut directa inutiliter censet in fideicommissariam convertitur, et servus perire potest, ut ex fideicommissis libera fiat, ut eleganter disputat Vlf. in l. Generaliter. 24. S. Siqui servo pign. to. de fideicommiss. libert. ubi sic ait: favor enim libertatis suadet, ut interpretemur, et ad libertatis petitionem pcedere testamenti Verba ex fideicommissis fuerat servus liber esse juris: quibus Verbis manifestè docet Crui, eo in casu seruum posse perire libertatem fideicommissariam, quæ favorabilior est servo, quam directa; Si enim libertas ut directa valeret, adhuc post additam hereditatem eju exiret ex hære-



du' arbitrio penderet; haberet enim illam conditionem si servus liberatus fuerit  
 pignori vinculo luctationi conditio ex arbitrio heredi penderet, quod in Iure n. im-  
 plicat. l. Si ita. 30. de Statutis. cum similibus, et servus heredem compellere non poterit  
 ad luendum pignus, nec herede pignus luente conditio pro impleta poterit haberi in  
 perniciem creditorum, Unde difficultas erit liberatus exitus, et poterit interdici, si herede  
 non solvente servum creditor distraheret; ceterum ex eo quod libertas hanc post  
 additam hereditatem ut fideicommissaria consistat, n. jam conditionalis, sed pura  
 est, perinde ac si heres rogatus fuisset servum manumittere, et per consequens ser-  
 vus poterit heredem cogere, et ab eo libertatem exquirere ex res. l. in l. Titius. 43.  
 de Action. empti. l. Si servo. 81. de hered. instit. l. Mulier. 225. non est dubium. l. ad Tre-  
 bell. Prius enim eum compellere debet, ut pignus luat; nam heres rogatus servum pigno-  
 ratum manumittere tanquam in necessarium quoddam antecedens pignus luere  
 rogatus censetur. Argum. l. in l. de Iurisdict. cum Vulg. Ergo utilior est in hac  
 specie servo fideicommissaria libertas pure competens quam directa, etenim ea  
 post additam hereditatem ex conditione penderet.

N. 33.

Contra determinationem l. in d. l. 29.  
 S. to. in verborum Anton. Taber lib. 16. Conject. cap. 16. et cum misero tribuit Triboniano  
 ex seqq. Cum debitor terram pignorate servo libertatem directam relinquit, nec  
 directa libertas servo competere poterit ex jam dictis, nec fideicommissaria, q. Relin-  
 qua non fuit, ut dici n. poterit eam testatorem tribuere velle, ut fideicommissariam, sed  
 Verbis quoque fideicommissum opus est. l. Libertate. 16. de fideicommiss. liber. Deinde sic  
 Arguit: Si testator directam libertatem relinqueret servo in tempore quo alienus  
 futurus est sub hac clausula Stichus servus meus si cum herede alienaverit, liber  
 esto inutilis est libertas. l. 39. de manum. testam. nec admittitur fideicommissum  
 libertas; sed futiles sunt hae rationes. Resp. ex tacita voluntate testatoris defen-  
 di servo pignorate fideicommissariam libertatem; eo enim ipso q. servum libe-  
 rum esse voluit, in necessarium antecedens voluit censetur, ut heres pignus  
 lucret, nec ad id Verbi opus est, cum ad inducendum fideicommissum tacita  
 sufficit voluntas testatoris. l. Cum proponebatur. 64. de leg. 2. Nec aliud probat  
 l. in d. l. 16. ubi quod dicitur, Vulgaria Verba requiri, quibus voluntas testatoris  
 evidenter ostenditur, Regulariter procedit, nisi favorabiliter ex conjecturata vo-  
 luntate fideicommissum libertas defendatur, ut in d. l. 29. S. to. et in l. Si heredi-  
 tas. 10. S. Vlt. de testam. curat. l. Et n. adscripta. 9. C. de fideicommiss. liber. cum alijs.

N. 34.

Nec magis vigeat l. in d. l. 39. de manum.  
 testam. Nam resp. quod cum quilibet actu censetur factum eo tempore, in quod  
 referatur, et licet habili tempore fiat, si tamen in inhabile tempore referatur, inu-  
 tilis ut. l. de Vnguet. test. l. Quod sponsa. 1. C. de Donat. ante nupt. libertas di-  
 recta collata ante tempus alienationis inutilis praeiudicium esse debet, nec flecitur  
 in fideicommissariam; nam libertas alieno servo relicta nec ut directa, nec ut  
 fideicommissaria subsistit. l. 108. 59. de leg. 1. Si servus. l. Si alienum. 49. de heredi-  
 instit. l. 19. C. de fideicommiss. liber. non enim tam facile flecitur libertas directa  
 in fideicommissam servo alieno relicta, ac data a debitore Dno servo pignorate;  
 Nec dici poterit, inducendam esse fideicommissam libertatem ex eo, quod ex prohibiti-  
 one alienationis inducitur libertas fideicommissaria. l. Cum fidei. 9. l. Quaedam. 10. l.  
 Rogo. Et d. l. 24. S. Si petendum. 7. l. Thas. 1. S. t. de fideicommiss. liber. tamen ex ser-  
 vo in d. l. 39. a conditione clausulam inchoavit, et servum alienari n. prohibuit,  
 sed sub conditione si alienetur ei relinquit libertatem; illa enim conditio si cum  
 herede alienaverit, prohibitionem alienationis n. continet, sed potius alienationem  
 concedit, et praesumptio magis est cum ex conditione, et Verbi conditionalibus nulla



Nulla potest dispositio induci. l. Si quis sub condit. 8. Sig. omni. cau. testam. l. de Penul-  
 leg. Anton. Faber lib. 11. Conjectur. cap. 11. sic hunc tōm explicat Valeria lib. 3. Illuz.  
 tract. 6. cap. 1. n. 13. cum 2. seqq.

Nullum tamen esse discrimen inter servum pignoratium,  
 et alienum, sed utriusque directam testamenti manumissio fideicommissariam libertatem  
 defendi probari videtur ex tōm in l. 2. de Codicillis. 2. de Iure Codicill. docet Julianus  
 Codicillorum Ius singulare esse, et quaecumque in his scribuntur perinde habeantur  
 ac si in testam. scripta essent, ex quo inferat, quod servo, qui testamenti facti tem-  
 pore testatoris fuisset, Codicillorum tempore alienus, inutiliter libertas directa  
 datur; et contra servo alieno tempore testam. et Codicillorum tempore proprio  
 non recte etiam directa libertas relinquatur; et ideo aut licet libertates directas  
 deficient, tamen ad fideicommissarias evadunt. q. directa libertas alieno servo  
 relicta flectitur in fideicommissariam; quod et suadet tōm in l. Cogi. 16. §. Sed si  
 servo. 13. ad Trebell. ubi supponit Vlg. libertatem directam, quae servo heredi inu-  
 tiliter relinquatur. l. Servo. 9. C. de testam. manum. in fideicommissariam flecti.  
 Sed 1. difficultati rejecta emendatione Anton. Fabri d. lib. 15. Conject. cap. 16. Resp.  
 cum Cusacio lib. 31. Dig. Julian. id quod Cuius scribit, scilicet, quod licet directas  
 libertates deficient, tamen ad fideicommiss. quae directo data sunt, sed ut quae di-  
 recto dari n. possunt, quae per fideicommissum dari possunt. Circa sam huius tōm partem,  
 et eius conciliationem cum l. Si servo. 26. de adim. leg. vidend. Pet. Fab. lib. 2. semest.  
 cap. 19. Ver. Haec quae dixi. Nec obstat tōm in d. l. 16. §. 3. Cui resp. facultas libertatez  
 directam servo heredi relicta in fideicommissariam flecti, quam alieno servo datam,  
 ut docet Cusac. lib. 3. quare Papin. in l. 42. de Vucap. Orz d. lib. 1. cap. 10. n. 28. cum 2.  
 seqq. Vel etiam resp. ex eo tōm n. probari Dnum heredem institutum, et servo suo he-  
 reditatem restituere rogatum copi a servo n. posse hereditatem adire sive servo direc-  
 ta, sive fideicommiss. libertas sit relicta; diversa ratio est, cum directa libertas re-  
 licta est, q. inutilis est cum fideicommiss. quod Dnus a servo suo copi n. possit =

N. 35.

Sed adhuc libertatem directam servo  
 competere debuisse in d. l. 29. §. 1. soluto quando cunque pignore, probare videtur  
 tōm in l. De heredit. 9. §. Pater. 3. et in l. Vlt. de Caerenti pecul. in quibus si Pater  
 vivente filio libertatem testam. dederit servo caerenti peculij, moxque servus  
 vel mortuo filio ab intestato, vel ex filij testam. ad Patrem pertineat licet fuit  
 Iure cum videatur hunc servum ei comparari debere, qui cum manumitteretur  
 alienus erat, et postea acquisitus est, et per consequens inutilem esse libertatem  
 ex l. Servus. 35. de manumiss. testam. cum alij. tamen favorabiliter consueti li-  
 bertas directa = Sed ut respondeam, adverte, maxime differre speciem d. §. 3. a  
 specie d. l. Vlt. Ind. enim §. 3. filio intestato mortuo ad Patrem pertinere coepit  
 Iure peculij, et retrocedatur fuisse in dominio Patris, quod sufficit, ut summo  
 Iure consueti libertas. l. Servi. 30. de manum. testam. Nec obstat, quod faculta-  
 tem manumittendi non habuerit ex dicti num. 22. Nam actus manumissio-  
 nis testamentariae non ad praesens, sed ad futurum referatur; actu vero qui  
 ad futurum referuntur, cum filio n. auferant facultatem disponendi, Patris  
 n. interdicitur. l. 18. §. 1. de Caerenti pecul. D. Reres d. lib. 5. cap. 6. n. 16. Ind. l. Vlt.  
 Servus ad Patrem non Iure peculij, sed Iure hereditario ex testam. filij l. 2. et 3.  
 de Caerenti pecul. Unde cum filius disponeret testam. condens Patris dominium ade-  
 mit, et sic servus per dispositionem filij alienus factus fuit, et postea acquisitus ex  
 causa additionis; Unde subtili ratione inutilis esset libertas, sed tamen retroacta  
 acquisitione libertas servi favore consueti. ita docet Relictio Fabio in Papin.  
 tit. 11. p. 6. illar. 12. Reres d. lib. 5. opusc. cap. 8. n. 3 =

N. 36.



N. 37.

Deinde sic graviter argui poterit. Cum testator rem, quam pignori obligaverat, legat, si sciverit, rem pignoratam esse, hæres tenetur eam luere, et nepu pignori liberare soluta creditorum pecunia. l. si rei. 57. de leg. 1. l. licet. 15. de Dote præleg. l. prædia. 6. C. de fideic. 5. Sed si rem Inuit. de Legat. exo Iure communi cum libertas servo pignorato relinquatur, tenetur hæres eam luere, nec opus est ad libertatis favorem confugere. Sed resp. quod cum fideicommissa libertas servo pignorato relinquatur, communi Iure hæres eam luere, et a pignori vinculo liberare tenetur, si testator sciverit servum pignoratam esse, et Iure speciali, et si testator ignoraverit; dissimili enim est causa libertatis, et fideicommissi pecuniarii, ut in simili causa Ratio cinatur Paulus in l. Paulus. 39. de fideicommissi. libert. Cum vero directa libertas servo pignorato relinquatur, dici subtili Iure non poterit, heredem compelli ad pignus luendum ex testatoris voluntate, cum implicet servum abique facto hæredi liberum fieri, et factum hæredi ad pignori liberationem desiderari; quapropter ex benignitate inducitur fideicommissi libertas, ut hæres cogatur servum luere, et manumittere =

N. 38.

Uterius libertatem fideicommissi servo non defendi in serie textu in d. l. 24. §. 1. idem Vlp. docere videtur in difficillimo textu in l. Servum filij. 44. §. Idem servus. 7. de leg. 1. ait enim quod si idem servus et legatus et liber esse servus non interdum solum procedit legatum, quando inutili fuerit manumissio, veluti si in fraudem creditorum data fuerit libertas, vel si sit servus, qui in perpetuam servitutem venerit; Et subicit, idem erit, si servus sit forte pignori datus: quod tenetur pignori manumissionem testam. factam nec ut directam, nec ut fideicommissariam subire. Probata Conseq. Quoties idem servus et legatus et liber esse servus est, non solum directa libertas potior est legato. l. Si post mortem. 68. §. Ut de leg. 1. l. Si idem servus. 14. de leg. 2. l. Si peculium. 40. §. de manumiss. testam. cum alij; Verum etiam fideicommissa prævalent legato. l. Si servus legatus. 50. de fideicommissi. libert. quod dum Vlp. legatum libertati prævalere docet, eaq. omnino inutilem esse supponit. arg. textu in l. 108. §. 9. de leg. 1. l. Qui testam. 37. de leg. 2. Nec dici poterit, Vlp. in d. §. Subtile Ius securum fuisse, in d. l. 24. §. 1. Equitatis rationem, et favorem libertatis, ut docent Accursius in d. §. 7. et Per. Liber d. lib. 2. semesta. cap. 19. nam cum tractet de effectu ipso libertatis data, et libertatis sive directæ, sive fideicommissi, sive subtili Iure, sive equitate consistat, legato prævalet, et avertat legatum pcedere, tenetur nullo Iure servo libertatem deberi. Nec etiam ferenda sunt Cumanus, et Cusac. in d. §. 7. avertentes, legatum pcedere interim dum pecunia non solvitur, aut pignus liberatur, hæc enim a prioris refellitur ex ipso §. 7. et ex d. l. 50. de fideicommissi. libert. =

N. 39.

Huius solutionis Rejeksi Valencia lib. 3. Illustrata tract. 5. cap. 2. n. 49. alia via rem explicandam intendit, Cuius intelligens de servo pignori dato non a debitore, sed ab ipso creditore, cui pignori fuerat legato, et manumissio, quo casu utile est legatum, sive ipsi debitori relictum sit quo ad pignori remissionem. l. 1. §. 1. de Libertat. leg. sive alia quoad ipsum servum, cum servus alienus legari recte valeat, libertas vero est inutilis, nec in fideicommissum flectitur, quod alieno servo relicta est. d. l. 108. §. 9. de leg. 1. Unde merito prævalet legatum libertati. Quam interpretationem adjuvare ait antecess. Verus. conjunctionem, in quo egerat Cuius de servo manumissio ab eo, cui venditus fuerat. Consequens quod est in conseq. de manumissio ab eo, qui erat pignoratus, dicitur. Præterea ait, quod cum post eandem illam specialem, et manus frequentem de servo, qui in perpetuam servitutem venerat, adjiciat sequentem de servo pignori dato per particulas illas Vel si forte, quam magis singularem, rariisque contingentem, Verosimile est, loqui de servo manumisso a creditore, quod raro contingit, non vero de manumisso a debi-



6. a debitor, quod saepe accidit. Solutio haec licet in se verissimam contineat doctrinam  
 textui n. quadrat, Verosimile sane non est, Vlp. ut doceret pcedere legatum cum alienus  
 servus et legatus et liber esse jubetur, eorum illum fuisse quæriturum, quo a creditore,  
 cui pignoriatus erat, legatus, et manumittitur, ne aliam si hunc carum ut specialem ap-  
 poruine aseruerimus, regulam in contrarium poruine fatere cogamus, quod est abnecio:  
 Vltimus ille Veric. anteced. quo Valeria suam adseruit interpretationem, eam om-  
 nino deservit, et sic advenit eum retorquere argum. In precedentibus Veric. exerat  
 Cui de seruo legato, et manumissio a Dno in fraudem creditorum, vel a Dno, cui ven-  
 ditus fuerat cum pacto ne manumitteretur: g. consequens in seq. Veric. est de seruo  
 manumissio a Dno debitori, qui eum pignori dedit, disputare. Vel sic: In antecedenti-  
 bus aseruerat, prevalere legatum libertati quoribus libertas fuit inutilis propter impe-  
 ditam facultatem manumittendi ex parte Dni: g. ut sequens Veric. superiori conve-  
 niat, consequenter in eo de seruo manumissio a Dno debitori cum propter pignori An-  
 culum manumittere impedito tractare, et per consequens adducta Vlp. sent. 2. n. 2. n. 2.  
 dicta refutatur =

N. 40.

Quare respondendum est, quod licet seruo pignoriato defendatur  
 fideicommissa libertas propter conjecturam voluntatem testatoris id procedit, cuius  
 expressa n. obstat voluntas; in rebus quippe clari non superest locus conjecturæ. l. Ille  
 25. S. 1. de leg. 3. et cum in specie n. 57. Servus hic et legatus et manumissus propo-  
 natur, ut testatorem aliquo caru utile legatum efficere voluisse dicamus, solum li-  
 bertatem ut directam validam si ante additam hereditatem pignus luatur, n. vero  
 flectendam in fideicommissa. dicendum est. Itaque idem Vlp. qui in d. S. No. l. 24. Ra-  
 tione benignitatis n. 2. ausus fuerat hunc seruo fideicommissa defendere li-  
 bertatem, in h. S. 1. ejusdem doctrinae elegantem declarationem, seu limitationem  
 adiecit, nempe aseruit eam in dubijs intelligendam, locumque n. habere quoribus  
 servus legatus, et manumittitur, cum potius praxumere debeamus, testatorem voluisse  
 legatum exatum sortiri, si ante additam hereditatem pignus liberatum n. n. n.  
 ne aliam admittit fideicommissa libertate inutile propter legatum n. n. qua doctrina  
 ab arg. prob. ex l. Si quando. 102. de leg. 1. cum similib. Unde exclusiva fideicommissa  
 libertate, si ante additam hereditatem pignus luatur, prevalet libertas legato  
 Si vero adhuc servus sit pignori nexu suppositus, prevalet legatum libertati.  
 Ex reg. 1. in l. Si post mortem. 68. S. Si p. 2. de leg. 1. l. Si servum. 20. de V. off.  
 leg. tradit solutionem hanc Santolaria interpret. 12. n. 2. quam jam tradiderat  
 Goffred. in d. l. 44. S. 2. de leg. 1. n. fin. ex mente Accursi.

N. 41.

Ex dictis inferatur, quod  
 si debitor creditori heredi instituto pignoriato seruo directam libertatem  
 relinquit, libertas directa seruo competit, nec opus est fideicommissa libert.  
 inducere; nam per hereditatis additionem sublata principali obligatione  
 tam naturali quam civili et pignus extinguitur. l. Hæres. 21. S. quod si  
 stipulator 3. l. Debitor. 50. l. Granius. 11. Veri. Tamen. de fidejussor. l. Qui homines.  
 39. S. quidam. 8. de Solution. licet actiones succedant, et pignus committat, si hæ-  
 res ex jure testatoris hereditatem restituat. l. Ita tamen. 27. S. Si ex Trebell.  
 11. l. Deducta. 58. l. Debitor. 59. ad Trebell. quapropter recte cedit directe libertas  
 cum addita hereditatis tempore jam sit extinctum pignus. Annuprum probata  
 ex eleganti ad rem tou. in l. Si fructuarium. 6. de manumiss. testam. ubi ait Vlp.  
 quod si fructuarium Dnum proprietatis heredem scripserit, et seruo sub condit.  
 libertatem dederit exiitente condicione servus ad libertatem pervenit ex ea rat.  
 quoniam per additionem hereditatis fructuarium proprietatem servi consequi-  
 tur, et confusione extinguitur usufructus. l. Cum fructu. 16. S. Dni. 2. de leg. 2.



quasi extincto jam usufructu nihil impedit, ut seruo directa competat liber-  
tas ex testam. proprietarij; et licet Cui loquatur de libertate sub conditione relic-  
ta, idem tamen proculdubio responderet, si pure relicta libertas proponeretur; nam  
eo ipso quod usufructus huius institutus addit hereditatem proprietarij us-  
fructu extincto, quemadmodum extingueretur, et si serui manumissus n. esset.  
Unde idem procedere debet in seruo pignoriato directe a debitore in testam. ma-  
numisso haerede instituto creditore =

N. 42.

Utrumque de libertate sive inter vivos, sive tes-  
tam. seruo pignoriato a debitore data: nunc videndum est, an debitor per servum  
pignoratium testam. liberum, et haeredem scribere; Et quidem si a debitore cum  
libertate huius scriptus in eadem causa pignori permanserit, nec liber, nec nec-  
essarius haeres existeret poterit. Expressus tpi. in l. C. de necessar. serv. haered. instit.  
Si vero paratus sit servus prius creditorum satisfacere, tunc liber, et necessarius ha-  
res fit ex Imperatoris Severi rescripto, ut docet Vlp. in l. Pignori obligatum.  
30. de haered. instit. In quam rem opus fuit speciali rescripto; nam quemadmodum  
directa libertas corrumpit, si addita haereditarij tempore servus in pignori causa  
permanserit, sic pariter et evanescit, cum servus huius scriptus tempore mortis  
testatorum adhuc pignori est obligatus; quippe sicut libertas cedit ab addita he-  
reditate, sic et a morte testatorum competit, cum servus liber, et haeres scribitur. l.  
Ex parte 58. de acquir. haered. Nec tunc seruo haerede instituto poterit defendi  
fidei committaria libertas, cum nullus sit alius, a quo ponit manumitti: Unde tam  
libertati quam defuncti causa Severi rescriptum, quod et si servus mortis testa-  
torum tempore pignori causa permanserit, si tamen paratus sit prius creditorum  
satisfacere, liber illico, et necessarius haeres ponit existeret, et quemadmodum et  
cum nuda proprietarij Dni servum liberum, et haeredem scribit, institutio in  
id tempus deferretur, quo extinguitur usufructus, terrante eodem Vlp. in l. Quo-  
tici. 9. §. Vlt. de haered. instit. Quae doctrina procedit sive debitor sit solvendo, sive n.  
d. l. C. de necessar. servis; nam licet debitor, qui solvendo non est, ponit in spa-  
udem creditorum servum, et haeredem scribere. l. 42. l. 55. l. 57. de haered. instit.  
cum Vulp. id tamen fallit, quando ex alio cap. impeditur libertas, Veluti Iure  
pignori, Vel alio. l. Si non. 83. de haered. instit. =

N. 43.

Contra hanc doctrinam expendi  
potest ejusdem Vlp. decisio in l. Si servum. de acquir. haered. ubi asserit, q.  
si is, qui alienum servum ab hostibus redemerit, cum libertate cum haeredez  
instituerit, servus liber, et necessarius haeres existit; nam cum ei dat libertatez  
vinculo suo eum solvit, et hinc hoc solum reddit Iure postliminij, ut n. r. r. r.  
servus ejus fiat, cuius erat ante captivitatem, sed ut prius Dno suam estim-  
mationem offerat, ut maneat ei obligatus, donec pretium solvat, quod libertati  
favore introductum esse concludit. Ex qua tpi. serie manifeste constat, servum  
hunc redemptum liberari, et haeredem fieri ex testam. redemptorij, antequam  
suam estimationem prius Dno offerat, licet obstrictus maneat ad ejus solutio-  
nem: q. pariter licet servus pignori obligatus n. pignori causa permanserit, pote-  
rit ex testam. debitorum liber et haeres fieri, et tenebitur pecuniam solvere cre-  
ditori. Sed respondendum est, quod servus redemptus non alius liber, et haeres fit  
ex testam. redemptorij, quam si prius Dno suam estimationem obtulerit, et  
in eo similis omnino est seruo pignori obligato. Nec aliud probant illa Verba: Vel  
maneat ei obligatus, donec pretium solvat, quibus n. asserit Cui, servum liberum, et  
haeredem fieri ante obligationem suae estimationis, sed potius servum adhuc esse  
Vique dum pretium solvat, et obligatum vinculo quodam prius Dno =

N. 44.

UVA. BHS. Sed ut penitus repus hic sane difficulte inte-



intelligatur, et in quo favor libertatis consistat, percipiatur, sic contra ejusdem decem  
 argum. Qui servum ab hostibus redemit, plenum ejus dominium acquirit, eumque pin-  
 de manumittere potest, tunc manumissus pristino Dño suam estimationem offerre te-  
 netur: q. non recte Vlp. resp. favore libertatis inductum esse, ut servus redemptus possit  
 liber, et hanc fieri ex tertiam. redemptorū oblata prius sua estimatione pristino Dño.  
 An. Expone prob. ex tōm in l. In bello. V. S. manumitt. I. de Captiv. ubi Riphenin.  
 docet, redemptorem posse servum manumittere, et manumissum n. tenere pristino Dño  
 suam estimationem offerre. Pro solutione sciendum est, duo tempora manumissioni in  
 servo redempto intervenire, Primum, cum redemptor servum manumittere vult ante  
 Vncapionis tempus completum, alterum tempus, cum redemptor servum hunc suo fac-  
 to manumittit, postquam scilicet lapsum est tempus illud, quod ad Vncapiendum  
 sufficere potuisset. Quoad 1. tempus attinet, meminisse debemus etiam constitutio redi-  
 mentis servum faciat, attamen non ita proprium fieri, quin prior Dñi oblato pre-  
 tio eum recipere possit. d. l. 12. Si quis servum. I. de Captiv. hanc autem precij obla-  
 tio non in infinitum ducatur, sed tempore legitimo excludatur, siquidem transacto  
 tempore quanto, nisi constitutio servum proprium fecerit, Vncapere potuisset nihil  
 ex constituto Dñi pristini superesse docet Cui. ind. l. In bello. V. S. Et si ignorans.  
 I. de Captiv. Si igitur redemptor servum illum prius manumiserit, quam cum consti-  
 tutione temporis possessionem suscepit, fatendum est, Ius prioris Dñi n. esse amissum,  
 in eo que casu Vlpianum locutum ind. l. 11. ut nimirum servus teneatur pristino Dño  
 suam estimationem offerre; favor enim libertatis hoc meruit, ne servus redemp-  
 tus ita manumissus iterum ejus servus fieret, cujus ante captivitatem erat; Sed  
 tamen q. Dño damnosum Ius constitueretur, si integro adhuc offerendi precium  
 Iure servus libertatem consequeretur, quod non est admittendum. l. Post limin. 12.  
 S. Si vero servus. I. de Captiv. idcirco verum est remissa temperare, et tempus Dño  
 recepta jam libertate suam estimationem offerat, vel ei maneat obligatus, do-  
 nec precium solverit, quorum nihil merendum, si servus redemptus manumitta-  
 tus post elapsum tempus, illudque ad Vncapiendum sufficere potuisset, ut potè cum  
 Vncapione impleta prior Dñi Ius suum amiserit, quo amissio non est q. quæramus  
 Ius ejus deterrui effici, quo casu procedit d. l. 12. 5. 9. et ejus conceptus demonstrat.  
 Sic rejecto Fabio in Papin. tit. 12. p. 8. illat. 19. docet Schifoid. g. ad eundem lib. 3.  
 tract. 21. quest. 9.

Verum ille gravis, et ab omnibus prætermissis restat scrupu-  
 lus: I. qui servum redimit, solum in eo habet dominium resolubile sub condit.  
 Si precium redemptionis ei a pristino Dño offeratur; Oblato enim precio servus  
 retro fingitur nunquam captum fuisse, sed potius semper in pristini Dñi potest. per-  
 mansisse propter fictionem postliminij, qua tollit ab initio conceptum Dominij in re-  
 demptione. d. l. 12. 5. 1. de Captiv. sed si, qui habet dominium resolubile, n. potest ma-  
 numittere servum, q. causa resolutionis tollit ab initio conceptum Dñi. l. 11. de  
 Manumitt. l. 3. l. 29. 5. 1. Qui, et a quib. l. Si cum optio. 13. de opt. leg. arg. tpi. in l.  
 Si fundus. 105. de Cond. et Dem. ergo redemptor servum redemptum requirit manu-  
 mittere. Sed ex utroque posse responderi, Verum quidem esse redemptorem solum  
 dominium resolubile habere, et fictione postliminij oblato precio tolli in eo ad  
 inatio conceptum Dñi; et tamen per manumissionem exstringatur facultas offe-  
 rendi precium, quod favore libertatis inductum est; aliter enim posito Iure quid  
 si prior Dñi precium hujus servi nunquam offerre velit, nec enim ut invitus  
 offerat, cogi potest, nec aliqua in eam rem ad conveniendum illum actio perdata est,  
 an dicendum erit, offerendum, ut invito redemptore, eodemque vero Dño servus maneat,  
 adeo ut nec ullo merito suo assequi unquam possit, ut libertatem a Dño suo consequatur;  
 atqui hoc iniquum certe fieret, et contra in iustitiam a majoribus libertatis favore,

N. 45.



ut ait Cui in d. l. 12. §. 9. quæ ratio non militat in casu d. l. 11. de Manumiss. cum  
similib. Ad hanc, ni fallor, dubitandam rationem p. sentit Vlp. in d. l. 11. ibi: In hoc soluz  
Redat Iure postliminijs, ubi ait fictionem postliminijs in eo solum consistere, ut prius  
Dnō servus suam estimationem offerre cogatur =

## Caput 2<sup>um</sup>

### De servi generaliter pignori obligati ma- numissione

N. 1.

Utriusque diximus, quod dicta procedunt in servo specialiter pignoriato ma-  
numisso, ceterum si servus generaliter sit pignori obligatus, quod contingit cum  
generaliter bona omnia pignori nexui supponuntur, potest recte à debitori manumitti.  
l. Generaliter 29. Jur. et à quib. l. Ab eo 3. C. h. n. r. tit. Quod quidem ex eo prima  
fronte difficile redditur; Nam quemadmodum ex causa pignori in rebus omnibus  
obligatus cum utroque pignore æque Ius habeat. Expressit tō. in l. 2. C. de Pignori. Cum  
enim omnia bona generaliter obligantur, perinde est ac si singula res specialiter  
fuerint obligata. arg. tō. in l. Si chorui. 19. in p. de leg. 3. quoniam ex generalis  
anterior hypotheca posteriori speciali præferat. l. 2. Qui prior in pignori. hab.  
Ergo cum Ius in re à creditoribus obtentum impediatur manumissionem servi specia-  
liter pignoriati, ut sæpe dixi, pariter et debet servi generaliter obligati manumis-  
sionem impedire. Hac difficultate forte oppressus Donell. lib. 2. Comment. cap. 13. avertit,  
quod cum generaliter bona obligantur, servi in generali obligatione n. continentur,  
sed ab ea intelliguntur exempti. ex l. Obligatione. 6. de Pignori. Sed longè fallitur,  
etenim in generali obligatione servi continentur, sicut et rei ceteras plerumque  
parim occurrunt, quod vel ex eo patet, q. in d. l. 6. in qua solum dicitur obliga-  
tione generali n. continentur ea mancipia, quæ in eo debitor habuit, ut cer-  
tum sit pignori daturum n. fuisse, quod idem, et in alijs rebus evenire consuevit  
ex eo rep. junctis duab. legib. anteced. =

N. 2.

Quasi hoc errore explano dicendum est,  
quod licet æquale Ius creditor habeat in pignore generali ac in speciali, tamen  
multum interest inter utrumque pignus quoad impediendam manumissionem  
speciale pignus impedit manumissionem servi, quia speciali conventio magis  
afficit rem obligatam, ne possit sine ratione manifesta accipiendi pignori  
satis indicaverit hoc ipso Velle sua potissimum ratione sibi cautum esse; ca-  
terum cum bona omnia generaliter pignori obligantur, deficit speciali affec-  
tus creditoris circa servum, et publice interest valere libertatem, dummodo  
nihil interit creditoris non valere; nihil autem interit creditoris quoties  
ex alijs debitoris bonis suum consequi potest, idem quoties debitor est solven-  
do; hoc enim omnimodo requiritur, ut possit manumitti servus generaliter  
obligatus, ne alioquin per legem Aliam Senecam impediatur libertas tanquam  
in fraudem creditorum data. d. l. 29. qui, et à quib. docent Anton. Faber in  
Papin. tit. 5. illat. 3. Schiffrid. lib. 3. tract. 12. quæst. 3. Ouald. lib. 2. Comment.  
cap. 13. lit. D. Rectius obicit, quod in pignori in generali obligatione videan-  
tur specialiter obligata, Nam id verum est quoad Ius in rem, et hypothecari-  
am rationem, et quoad causam prælationis, non vero quoad impediendam  
servi pignoriati manumissionem ex superioris ratione =

N. 3.

Verum n. adhuc inuiget. Cum bona  
genera-



generaliter obligantur pignori, creditores n. compellitur nam ex rebus in obligat. contentis liberare, nisi uniuersis debito accepto. l. Qui potius. 19. de Pignori. et eius arbitrio permittitur ex pignore sibi obligati, quibus velit distractis ad suum modum peruenire. l. Creditore. 8. de Distract. pignori. Ergo cum adhuc in generali obligatione debitor nequeat deteriorationem reddere conditionem creditoris, nec etiam poterit seruum ea obligatione contentum manumittere. Deinde non solum expressa specialiter, dixi ex l. 6. C. hoc nro tit. argui in speciali tacita hypotheca nulla veritua affectio creditoris circa seruum obligatum, cum hac non ex conventionione, sed ex legis providentia resultet. q. pariter licet ex causa pignoris generaliter nulla adit circa seruum pecuniarii affectio creditoris, tamen n. licebit creditor in obligatione comprehensum seruum manumittere. Sed 1. difficultati resp. quod licet generaliter n. liceat debitori pignus adhuc generaliter manere, tamen poterit seruum per manumissionem a causa pignori subducere favore libertati, cui locus est absque creditoris prauidicio, quem ex alij debitoris bonis creditorum posse consequi ponimus. C. difficultati respondendum est, quod licet seruum sit in tacita hypotheca licet speciali n. dari affectionem creditoris circa seruum, tamen cum ex legis providentia specialiter inducatur hypotheca, eisdem parit effectum, qui expressa, et pnde impedit serui manumissionem. Accedit et illud, quod si serui speciali tacita hypotheca affectus ponet a debitoris manumissionem, extinguenda hypotheca facultas ex eius arbitrio penderet cum insigni creditoris injuria; at ex eo, quod serui obligatione generaliter contenti a debitoris manumittantur, non extinguatur pignus, sed exrenuatur. Argum. 2. in l. Qui hominem. W. de adim. leg. quod libertati favore debitorum permittitur sine detrimento creditorum.

N. 4

Ad hanc Iuris partem spectant 2. in l. Libertas. 2. C. hoc nro tit. l. In fraudem. W. S. l. Sicum fideicom. 16. S. Antra. 3. qui, et a quib. l. In fraudem. S. C. qui manumitti n. poss. 2. elegans in l. Elianus. 10. de Manumission. ubi docemus, quod n. debitor seruo dedit libertatem, n. alias libertas infirmatur, quam si fraudis consilio data detegatur. Ratio est, nam ejus, qui cum fisco contrahit, bona omnia ex privilegio tacita fisco pignori nomine tenentur. l. Auferret. 16. S. filius. 3. de Iure fisci. l. ver. 2. C. In quib. caus. pign. Vel hypoth. tacit. contrah. et pignus hoc generale n. impedit manumissionem, nisi debitor solvendo n. sit. tunc enim non ratione generalis obligationis manumissio est inutilis, sed propter legem Aliam Sentiam Pertinet etiam hic 2. ad l. 6. In quib. caus. pign. Vel hypoth. tacit. contrah. Referendus etiam est ad propositionem eandem difficultati 2. in l. Si quis obligatum 6. qui rone manumissionem eandem difficultati 2. in l. Si quis obligatum 6. qui rone manumissionem ad libertatem pervenit ubi si quis obligatum seruum hac lege emerit, ut manumittat, docet Marcellianus seruo libertatem competere ex constitutione Divi Marci, de qua in l. 1. et 3. eod. tit. cum vulg. licet bona omnia qui obligaverit, quae habet habiturive enet. In qua sane declaratione edoceri videtur, seruum specialiter obligatum posse manumitti. De seruo enim specialiter obligato in pro tractate etiam indicant finalia 2. Verba, ubi. Licet bona 16. qui casu mutationem continet, Vnde Anton. Faber in Papin. tit. 4. pro. 1. illat. negationem addit, et ita legit. Si quis non obligatum. Nec responderi potest, debitorem in d. l. 6. non manumissio seruum, quem pignori dederat, sed alij manumittendum tradidisse, nam debitor n. solum n. potest seruum pignoratium, sed nec alij manumittendum tradere. Argum. 2. in l. Si minor. 4. de Serui Export. l. Si minor. 66. de Verbo. Obl. cum similibus. Dicendum est q. seruum hunc n. specialiter, sed generaliter Obl.



gatum fuisse; quo casu ait Cui, quod licet debitor servi bona omnia obligaret,  
tamen potuit servum non solum manumittere, sed et alij manumittendum tradere.  
Vel etiam dici potest, speciem ita esse fingendam: Servus fuit obligatus vel specialiter,  
vel generaliter creditori, cui a debitore venditus fuit, ut manumitteretur;  
Unde extinctum fuit pignus creditori, ut obligaverit alij bona omnia, quae ha-  
bebat, habiturusve esset. Quæritur, an sit locus constitutioni Divi Marci; Nam  
obligaverat omnia bona, quæ habiturus esset, quorum numerum hic servus comprehen-  
ditur. Sed tamen quia pignus generale non impedit servi manumissionem, dicitur lo-  
cum habere Divi Marci constitutionem =

### Caput 3.

## In quo exponuntur aliqui textus no- tri tituli =

Num. 1.

In hoc tit. docent Severus, et Antoninus Imperatores, quod licet Vir,  
qui solvendo est, dotale mancipium possit manumittere, tamen servus dotalis,  
quem mulier pignori dederit, ab eo invito Vxor non potest manumitti. Ad  
cujus rei intellectum sciendum est, quod maritus si solvendo sit, quasi Dominus  
constante Matrim. potest manumittere servum dotalem vel inter vivos, vel in  
testam. etiam invito muliere. l. Dotalem. 61. Soluto matrim. l. Servum dotalem.  
Et de Manumission. l. Vt. C. hoc no. tit. l. 3. C. de Jure dotium. Si vero solvendo  
non sit, licet alios creditores non habeat præter mulierem, ipso Jure inutilis  
est libertas ex lege Julia, quæ vetat manumitti servum dotalem ab eo, qui solven-  
do non est. Nam quando maritus solvendo non est, doti debetur statim constan-  
te Matrim. l. Si constante. 24. in prin. Soluto matrim. demum potest inutili-  
ter esse libertas, utpotè data in fraudem creditorum conditionati ex leg. 20. in  
l. In fraudem. 27. in prin. Qui, et à quib. ut advenit Petri Faber lib. 2. semestr.  
cap. 20. fol. mihi. 307. Cum vero maritus solvendo est, licet ad effectum libertatis  
nihil intenderit volente, an invito muliere manumiserit, quoad aliam tamen  
rem multum intenderit; quippe licet Vtroque casu Partionis fiat, et admittatur  
ad legitimam liberti hæreditatem. l. In testam. 35. Si dotalem. 2. de sui, et legit.  
hæred. tamen si volente, et donante muliere manumiserit, quia hæc donatio  
valet inter Virum, et Vxor, utpotè quæ locupletat Matrim. l. 55. Vt de Donat.  
inter, non tenetur restituere, quod ad eum pervenerit ex bonis liberti sine Jure  
partionati, sine Jure d. l. 24. §. Si vero. l. Quod si Vir. 62. cum l. seq. soluto  
Matrim. quod si invito muliere manumiserit partionem bonorum liberti, quæ  
ut Partionis fuit consecutus, tenetur Vxor restituere conditione ex lege Julia  
etiam constante Matrim. d. l. 61. et 62. cum omnibus suis §. ff. Soluto Matrim.  
Sed quod fuerit consecutus ex testam. liberti ultra debitam partionem tene-  
tur etiam mulieri restituere, non quidem conditione ex lege Julia, sed judicio  
de dote soluto demum Matrim. ex d. l. 13. respectu ejusdem in d. l. 24. de manu-  
mission. Ex quibus jam constat quam rectè Imperatores averunt, Matrim. qui  
solvendo est, posse constante Matrim. servum dotalem manumittere =

N. 2.

Verum illic dux advenit hanc decem  
insurgunt dubitanda rationes. 1. hæc est. Vxor adhuc constante Matrim. Domina  
est rerum dotalium, ut suadet ipi. in l. Quamvis. 15. de Jure dot. l. 4. de Dote collat.  
Cum alijs. §. maritus servum alienum inutiliter manumittit. 2. est, Rei propria  
inutiliter pignus contrahitur. l. Si rem alienam. 24. de Pignori. act. l. Nec pignus. 45.  
de Res. Jux. expo. servus dotalis Vxor constante Matrim. inutiliter pignori datur.  
Sed facile Vtraque solvitur difficultas, si dicamus plurimum omnium opinionibus  
Solum



Solum maritum esse Verum dotalem Verum Dñm, ceterum quod hoc dominij  
 mariti perpetuum non est, sed habituum ab eo soluto maritum. Vedaturumque  
 ad multietem hujusmodi solutioni, ac futura restitutioni intuitu dotem videri  
 non tam mariti quam uxoris esse, et adhuc patrimonium uxoris appellari; Unde ma-  
 ritus potest ut Dñm servos dotales manumittere, nisi eos uxori, vel alij pignori spe-  
 cialiter obligaverit. Nec tunc obstat tñ. in d. l. 29. §. 4. Qui, et à quib' ubi i, qui  
 habet dominium resolutivè non potest manumittere servum. Nam resp. quod is,  
 qui habet dominium resolutivè, n̄ potest manumittere servum, quando causa re-  
 solutioni tollit ab initio conceptum dominij. d. l. 29. §. 4. juncti, qua diximus  
 cap. 1. n̄. 16. quando vero causa resolutioni n̄ tollit ab initio conceptum domi-  
 nij, si, qui habet dominium resolutivè, recte servum manumittit, ut evenit in  
 presenti; Nam causa resolutioni dominij rerum dotalem, scilicet dori restitu-  
 tio soluto maritum. n̄ tollit ab initio, nec efficit, ut retro fingatur, maritum non  
 fuisse dominum rerum dotalem constante maritum. et per consequens maritus  
 licet habeat dominium resolutivè, potest tamen si solvendo est servos dotales  
 manumittere, nisi eos pignori specialiter dederit uxori, vel alij creditori. juxta  
 ea, qua diximus in integro cap. 1. hujus tractatus.

In l. 1. §. 1. C. hoc n̄o tit. docet Gor-  
 dianus Imper. quod maritus n̄ solum servos, quos in dotem accepit, manumittere  
 potest. juxta nuper dicta, Verum etiam et servos, quos ex pecunia dotali compara-  
 vit. Cujus decisioni ea est ratio; Nam cum pecunia, vel quid aliud numero, pon-  
 dere, ac mensura consistens in dotem datur, tacite  
 l. Rei in dotem. 12. de Jure dot. Unde quidquid ex pecunia ea maritus compara-  
 vit, sibi revocabiliter acquirit, ita ut dotali n̄ efficiatur, et per consequens nec illud  
 uxori soluto maritum. restituere compellatur. l. Ex pecunia dotali. 12. C. de Jure dot.  
 Recte ergo decimum est, maritum servos ex pecunia dotali comparatos posse manu-  
 mittere, quia in istis rationibus dominia eorum ad eum pervenerunt. Nec  
 aliud probant tñ. in l. Rei qua 54. de Jure dot. l. Si cum dote. 82. §. 1. 16. soluto  
 maritum. in quibus aseritur, rei dotali pecunia comparatos dotales fieri; Nam  
 praterquam quod ij tñ. facile conciliantur cum d. l. 12. C. de Jure dot. et d. l.  
 16. §. 1. C. hoc n̄o tit. Ex his qua tradunt Cusac. lib. 5. Observ. cap. 29. Donell. lib. 5.  
 Comment. cap. 2. ubi Oruald. lib. 2. C. Anton. Faber lib. 5. Conject. cap. 9. Perz. Barb. in  
 Rubrica ff. Soluto maritum. 3. p. ex n̄. 14. nullo modo tamen oppugnant superiorum  
 assertionem; Sive enim dicamus servos ex dotali pecunia comparatos marito  
 acquiri, quin dotales fiant, et oneri restitutioni subjaceant, seu econverso astra-  
 mus, servos hos dotales fieri, compertemus recte Gordianum respondere posse ma-  
 ritum eos manumittere cum distinctione sive sint dotales, sive non, in ejus do-  
 minio sint, ut jam ostendimus.

Difficilior in hanc rem est tñ. in l. Uxor. 55. de  
 Donation. inter, ubi maritus ei ex pecunia ab uxore donata rei quaedam compara-  
 vit, si solvendo non sint, et rei extant, quarum Paulus, si mulier revocet donatio-  
 nem, qua actione possit adversus maritum experiri? Et resp. Conditionem hanc  
 causa uxori competere, quatenus ex ea pecunia maritus locupletior factus est, id  
 est quatenus rei comparata, quae extant, valent, non tamen ultra quantitatem  
 donatam, et in eo solum dicitur eum, cui rei ipsa donata est ab eo, cui pecunia  
 donata est, quod ab illo, cui rei donata est, mulier rem directe vindicare possit,  
 quae extat, quia in dominio ejus permansit; ab eo autem, cui pecunia donata  
 est, rem comparatam directe vindicare non potest, sed pecuniam tantum condi-  
 cere. Concludit tamen Crui, utilem etiam in rem actionem mulieri in rei ipsa,  
 quae ex pecunia ab uxore donata comparata competit, cum ei competat actio

N. 3.

N. 4.



In Rem, quæ est præcipuus effectus dominij. l. In Rem actio. 23. de Rei Vindic. ergo  
pariter servi, quos maritus ex pecuniâ dotali comparavit, Vxorî debent acquiri, et  
per consequens n. poterunt à marito manumitti: Verum ut respondeam, adverto, maxi-  
mum esse discrimen inter pecuniâ dotali, et pecuniâ marito ab Vxorè donatam;  
pecuniâ enim dotali propria mariti efficitur; pecuniâ vero donata ei n. acquiritur,  
sed manet in dominio Vxorî. l. 1. et per totum. de Donat. inter. Quo suppono reip. Vxor  
ex pecuniâ Vxorî à marito comparatam, mariti effici, non Vxorî, quia rei ex  
pecuniâ mea ab alieno comparata non est mea. l. 1. C. Si quis alteri, vel sibi. l. 1.  
Si ut proponit. 8. C. de Rei Vindic. cum vulg. quod docet Paulus in d. l. 25. cum ase-  
rat Vxorem n. posse vindicare rei à marito comparatæ ex pecuniâ ab ea data, sed  
solum posse conditionem sine causa intendere. Nec contrarium definit in fine  
l. 1. dum avertit Verilem etiam in Rem actionem Vxorî in ipsâ rei accommodari;  
Nam procedit tantum ex æquitate, quoties maritus solvendo non est, et plures  
habet creditores ad hoc videlicet ut Vxor in Rebus sua pecuniâ à marito com-  
paratâ ceteris creditoribus præferatur. d. l. 22. 5. fin. Solutio marit. ubi docet  
Petri Barb. n. 9. et 32. cum seqq. et ad Rubric. Servi ex pecuniâ dotali compa-  
ratos nihil valet. Diger. solut. marit. 3. parte n. 83. Ex quibus jam apparet  
rectè Imperat. in d. l. 1. C. hoc n. d. tit. respondere servi ex pecuniâ dotali  
comparatos posse manumittere, et inferitur idem dicendum esse de servis ex  
pecuniâ ab Vxorè donata comparatis, dummodo solvendo sit, alia ut reip.  
inculcavi, ex lege Alia Sentia inutilis erit manumissio =

## Caput I.

### In quo quædam in superioribus Omissa notantur, et exponuntur.

Num. 1.

Contra id, quod v. cap. diximus, scilicet debitorem servum pignora-  
tum manumittere n. posse, quia plenum dominium non habet, sic argum.  
I, qui Dñi non est, potest servum manumittere: p. fortiori ratione debitor,  
et si plenum dominium non habeat, poterit servum pignoratim manumittere.  
An. probari tum ex l. 3. 5. Sed et si hominem. t. de alienat. judic. mut. cau. facta,  
ubi si bona fidei possessor servum ab actore Dño petentem manumiserit, dicitur  
Cui ex eo reddi actoris conditionem deteriorem, quia Prætoris favore libertatibus.  
Tum ex l. Si post acceptum. 18. de Rei Vindic. ubi bona fidei possessor servum ab  
actore Dño petentem Vvcepit post litem contestationem, et condemnatus fuit, avertit  
Cui, tenetur eum Dño restituere, et præstare de dolo cautionem, ne forte eum  
pignora verit, vel manumiserit. Tunc sic: Sed secuta condemnatione retro crediti,  
servum Vvcepit n. fuisse, et sic à Dño manumissum; et tamen commisit manu-  
missio: q. ii, qui Dñi non est, potest servum manumittere. Deinde idem pro-  
batur videtur ex l. Si servum. 25. de Eviction. ubi v, qui servum à n. Dño emit,  
eum pponitur manumittere: p. majori ratione poterit debitor servum pignora-  
tum manumittere: Verum. 1. difficultati deducta ex d. l. 35. 4. reip. cum An-  
tonio Fabio in Rationali ejus t. in ejus serie servum manumissum a bona fidei  
possessore liberum n. fieri; Verum quia dominij probatio plerumque difficillima  
est, in dubio solent Prætoris favore libertatibus. l. Interpretari. 38. de Re judic.  
intereat actoris hunc servum n. manumitti, cum ex manumissione sua conditio  
deterior reddatur; quare bona fidei possessor incidit in pœnam edicti de alienat.  
judic. mut. cau., et Auctorit. Refundere tenetur quanti sua intereat servum manu-



N. 2.

manumissum non fuisse = Nec etiam obicit *topi.* in d. l. 18. de Rei Indic. Nam  
*topi.* in bona fidei possessionem condemnatum teneri praestare cautionem de dolo, quia  
 licet ipse condemnatus sit, declaraturque n. Dñi, tamen manumissi potest pju-  
 diciali exceptione se adversus actorem tueri contendens, se utiliter a Dño fuisse  
 manumissum, q. sent. lata contra bona fidei possessionem n. potest manumisso pra-  
 judicare, si eo ignorante lata fuerit ex *reg. topi.* in l. 5. de Re judic. Itaque  
 quamvis n. qui servum manumissum fuit declaratus n. Dñi, q. potest opponere de  
 dominio manumissum, cui sent. non praedictat, ideo ratione hujus periculi casus  
 expostulatur, ut docet Cusac. lib. 2. quaest. Papin. in l. Si superaverit. 3. de Pignori. ubi  
 ex eo tñ n. probatur, manumissionem a non Dño factam consistere; nam si manu-  
 missum succubuerit in probatione ab actore Dño vindicabitur. Facilius est *topi.* in  
 d. l. 25. de Eviction. Nam ex ejus littera constat, manumissionem a n. Dño fac-  
 tam nullum esse moment. Ejus sensus sic se habet: Quisdam servum a n. Dño emit,  
 et fuit stipulatus duplum in Evictionis casu, et cum servum manumissum, mox  
 unus Dñi supervenit, et servum utpote inutiliter manumissum evicit, seu ven-  
 dicavit, quaeritur quid ex dupli stipulatione consequi a Venditori possit, quia  
 cum et si Evictio secuta n. fuisset, ipse adhuc n. ponet servum licet inutiliter  
 manumissum in servitutem retrahere, ne factum proprium Vocet in controver-  
 siam contra *reg. topi.* in l. Post mortem. 25. de adoption. solum itaque emptori com-  
 petit ex empto actio quanti sua interest libertatem n. habere, sed Venditor servum  
 alienum se vendere. l. Sed hoc nomine. 26. de Eviction. Unde *topi.* hi potius pro-  
 bant, eum, qui Dñi non est, servum manumittere n. posse, nec quidquam faci-  
 unt contra conclusionem subjectam integro cap. hujus tractatus =

Quaeritur potest, an hodie post  
 Novam constitutionem Justiniani, quae stat in *Auct. Hoc si debitor. C. de Pignori.*  
 possit debitor, qui solvendo est, servum specialiter pignoratim manumi-  
 ttere. Et quidem dicendum videbatur, posse; nam ex illa constitutione rei pig-  
 norati obligata possessori, si ejus nomine per hypothecariam inquireretur, com-  
 petit exceptio non facta excussionis, per quam repetit creditorem, si ex  
 alijs bonis possit consequi solutionem. Itaque non prius ad tertios pignorum  
 possessiones pervenitur, quam si excussio debitoris facultatibus consisterit eum  
 solvendo non esse: q. nec ante poterit pervenire ad servum specialiter pig-  
 noratum manumissum, et per consequens debitor solvendo existens post hanc  
 Novam constitutionem servum pignoratim manumittere potest. Sed tamen  
 existimo adhuc post illam sanctionem n. posse debitorem, et n. maxime sol-  
 vendo sit, servum pignori obligatum manumittere: semper enim manumissio-  
 nem evincit superior dubitandi ratio. Cui resp. quod illa constitutio et n.  
 jubeat non antea pervenire ad tertios pignori possessiones, quam sint excussa  
 debita facultates, non tamen dat debitori pignori extinguendi facultatem;  
 Nam cum pignus ad creditorum securitatem contrahatur, et possit evenire,  
 ut debitor, qui solvendo est tempore quo manumissum, postmodum solvendo esse  
 desinat, esset absurdum in debitoris arbitrio, et potestate esse pignus extingue-  
 re per servi pignori manumissionem; itaque ea ratio solum probat, quod  
 si servus pignori obligatus fuerit a debitore manumissum, hodie n. prius posse-  
 rit ad securitatem retrahi, quam si excussa sint debita facultates, et quod  
 te novam constitutionem possit creditor nulla praecedenti excussione servum

N. 3.



522  
N. 1.  
Ex causa pignori vindicare, sicut et poterit ad tertios pignori possessorum pervenire Excepto speciali casu tunc in l. 1. de Jure fidei, quod et non videtur verum, et contra rationem congruum esse fatemur.

Divimus etiam servum pignorum utiliter manumitti, creditorum interveniente consensu ex l. 5. C. hoc nro tit. Addendum est, servum pignorum liberum fieri, si scilicet in libertate moratus sit sciente creditore, cui pignori nomine fuit obligatus; Nam tunc creditum remissum pignus ex consensu creditorum ex l. 1. C. de Remiss. pignori. In quam tamen rem temporis lapsus requiritur, cujus definitio Iudicii arbitrio relinquatur, Ex quo dignosci poterit, creditorem remississe pignori obligationem. Sed argui ex l. Si fideicom. a. 16. S. A. v. 3. Jur. et a quibus ubi ita demum manumissio in fraudem fidei facta si non minus decennij in libertate moratus fuerit servus: q. id tempus requiri debet in specie tunc in l. 1. C. de Remiss. pignori. Resp. tunc n. loqui de casu, quo servus in fraudem creditorum manumissus eo sciente in libertate moratus fuerit, sed de casu, quo servus in fraudem creditorum manumissus eo ignorante in libertate moratus est; tunc enim decennij lapsus exigetur, ut servus in fraudem fidei manumissus ad servitutem n. retrahatur: quod specialiter obtinet in servo in fraudem fidei manumissus; Nam si in fraudem privati manumissus esset, adhuc elapso decennio ad libertatem n. perveniret, si eo ignorante fuerit in libertate moratus. Ratio specialitatis ea est; Nam lex Alia Sentia solum pervenit ad manumissiones factas in fraudem creditorum privatorum, non ad factas in fraudem fidei; quapropter opus fuit principalibus constitutionibus ad revocandas manumissiones in ejus fraudem factas. l. 11. S. Jur. et a quibus cum illa anee voluntate, qua ratione ex benignitate inductum est, ut si servus, qui per decennium fuerit in libertate moratus, ad servitutem non retraheretur; qua ratio non militat in manumissione facta in fraudem creditorum, qua ab initio inutilis fuit ex lege Alia Sentia, ut docet Anton. Paber in Papin. tit. 6. pro. 2. illat. 9. Ex quibus pariter ratione dicendum est, servum pignorum manumissum, et si per decennium in libertate fuerit moratus ignorante creditore, liberum tamen n. fieri. Verum tamen contra hoc poterit argui ex tunc in l. Papin. 8. S. Vlt. de Inoffic. test. ubi servi, quibus vel directa, vel fideicom. libertas competit ex eo testam. quo fuit filius epheredatus, si per quinquennium fuerint in libertate morati, et post hoc tempus filius egerit querella, et vinceret, ad servitutem n. retraheretur, cum tamen rescisso testam. per querellam retro appareat Patrem fam. interdatum decennio, nullaque libertate ex eo competere potuisse, ut contra ex eadem l. 8. S. Vlt. q. pariter servus pignorum licet inutiliter manumissus, si tamen per quinquennium fuerit in libertate moratus, ad servitutem retrahi non poterit. Respondendum est, omnino Antonia Pabro in ejus Rationali, ideo ibi libertates subtrahi rescisso testam. per querellam, q. querella inofficium testam. non poterit opponi per quinquennium. l. Contra majorem. 16. l. Siquis. 31. C. de Inoffic. testam. nisi magna, et justa causa in integrum restitutio sit implorata: qua quidem restitutio libertatis, quae semel valuit, nocere non poterit. l. Si ex causa. 9. S. Vlt. l. Si mulier. 31. de minorib. Itaque non ideo retrahitur manumissus ad servitutem, si per quinquennium fuerit in libertate moratus, sed quia Jure communi inspecto post quinquennium n. potuit rescindi testam. per querellam, sed solum fuit rescissum Jure speciali propter



propter in integrum restitutionem, quae nequit obesse libertatibus, quae semel  
perierunt, ne tamen ii, qui vici in quaerela fraudetur, singuli vero manumissi  
tenentur 10. modis decennii aurei manumissioni praestare d. l. 8. §. Vlt. de Inoffic. test.  
Constat ergo servum pignori datum manumissum esse per quinquennium igno-  
rante creditore fuerit moratus in libertate ad servitutem retrahi posse =

N. 5.

Notandum tamen circa hanc  
rem duxi aliquando servum pignoratim manumissum posse libertatem praescri-  
bere si per decennium inter praesentes, et vicennium inter absentes fuerit mo-  
ratus in libertate, veluti si cum ipse servus ignoraret se pignori obligatum esse,  
a Dño fuerit manumissus; tunc enim praesente creditore per decennium, aut  
absente per vicennium fuerit in libertate moratus, libertatem praescribit; nam  
ad libertatis praescriptionem haec tria desiderantur iustus titulus, bona fides,  
et continua possessio longi temporis absque ulla interpellatione. l. 1. et 2. Cod.  
de longi tempor. praescript. quae per lib. et n. adv. lib. opp. l. Vlt. C. de his qui a  
n. Dño manum. ii. quae omnia in praesenti concurrunt; nam datur iustus titu-  
lus, scilicet manumissio, et bona fides; nam servus existimabat velle esse ma-  
numissionem, cum ignoraret se pignori obligatum esse, et continua possessio longi  
temporis absque ulla interpellatione, quoniam et hodie post novam constitutionem  
in l. 3. et 4. de Praescript. 30. vel 40. annor. praescript. fieri servus pignoratim ma-  
numissus, licet avertat se esse pignori obligatum, et sic malam fidem habeat, si

et tamen per 30. annos fuerit absque ulla interpellatione in libertate

et moratus, libertatem potest ea praescriptione tueri, ne aliam

et deteriorum conditionum libertatem, quam se cetera, et

et quae per hoc tempus indistincte praescribuntur, et

et efficiamus, quod esset absurdum. docet Cusac

et ad titul. de long. tempor. praescript. quae

et per lib. et n. adv. lib. opp. ~ ~ ~ ~ ~

Sau Deo, semperque Deigenitici Mariae D =



152

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

John D. ...



†

# De transmissione hæreditatis pro explicatione tituli Digest. de Ac- quirenda, vel amittenda hæreditate novus, et methodicus Commenta- rius

Amplissimum de acquirenda, vel amittenda hæreditate tractatum  
primaria antecessura Praefatos Octimeri hoc spatium explanare Academicæ  
legi compellunt. Sed cum scribere, non transcribere mori sit Nostræ, ut tot à nobis  
edita, magnoque supra meritum audientium plausu excepta (haud ignota lo-  
quor) nova tractationes testantur, partem dumtaxat, quæ ad nondum addita hæ-  
reditatis transmissionem spectat, à nullo ex magni nominis Antecessoribus occu-  
pata illustrandam selegerimus, rem non injuriam fore arbitrantur, si generalia, et dif-  
ficillima, quæ per varios Pandectarum titulos serpunt, nostra tractationis principia  
colligere, et enodare perspicue posimus, quod etsi timidi juxta Plinianum illud:  
*Nescio quo pacto magis in studijs homines timor, quam fiducia decet, non*  
omnino desperamus. Utinam quemadmodum Nos Commentarium unum serio,  
et cum cura elaboratum studio Vestro ex animo, affectuque committimus, ita et  
Vos auditores nobilissimi in rem, Numque Vestrum Vertari, et quæ enixè, anxioque  
labore parabimus, faciliter percipiatis.

## Caput Primum.

In quo circa non dum addita hæreditatis  
transmissionem generalis regula statuitur,  
ejusque limitationes secundum Ius Pan-  
dectarum Exponuntur

Extranei hæredes, quales illi omnes in presenti dicuntur, qui in potestate  
morientis non fuerunt. §. Ceteri. 3. In tit. de hæred. qualis. et differ. sive testamento  
instituti, sive ab intestato ad legitimam hæreditatem Vocari possunt, vel ad eundem, Ver-  
bis scilicet suscipienda hæreditariæ voluntatem exprimentes, vel pro hærede gerendo, eorum  
videlicet actum Exercentes, quem circa Ius, et nomen hæredum Exercere non possunt,  
hæredes fieri. l. Pro hærede. Co. in prin. et §. 1. et §. Papinian. A. l. Si quis. 25. §. Sed quid si  
mandavit. 7. l. Quando. 63. l. Gerit. 88. h. tit. cum similib. §. Vlt. In tit. de hæred. qua-  
lis. et differ. et statim post additionem, aut pro hærede gerentem etiam ante appre-  
hensam possessionem ipso Iure quantitativum rerum hæreditariarum dominium acquirit.  
l. Si ager. 50. §. 1. de Ver. Indic. l. Cum hæredi. 23. in prin. de acquir. posses. Nec ex quo  
agnita defuncti hæreditas est, amplius hæreditariæ proprie dici potest, quæ imo ex tunc  
proprium hæredi patrimonium esse incipit. l. 1. §. 1. de Separation. Hinc si Extraneus  
hæres post acquirentem hæreditatem decederit, eam tanquam proprium patrimonij par-  
tem ad quomcumque hæredem transmittit, qui bona separare non poterit. l. Si quis fe-  
licium. 7. §. Vlt. hoc tit. l. Sed si plures. 10. §. filio. 2. de Vulg. et Pupill. eum unica sit hæredi-  
tas duplex patrimonij complectens, quæ ut pote sui natura individua, non scindit,  
vel in totum agnoscit, vel in totum debet repudiari. l. 1. et 2. l. Si ex ave. 10. hoc tit. quo  
Vulgari illa regula pertinet, quæ habet, quod hæres hæredi etiam testatori et hæres.  
l. 3. de Petiti. hæredit. l. Paternam. 16. de Vulg. l. 6. §. Vlt. hoc tit. l. Qui persequitur. 104.

Num. 1.



de Reg. Iur. l. 1. §. 1. C. de Hæred. instit. quia dum prima testatoris hæreditatem in hæredi patrimonium concessam acquirunt, primo etiam testatori quamvis remota, et per consequentiam hæres existeret coniectur. Ex quibus illustrari poterit difficultas in l. 1. de Cartien. peculio, quem ex d. l. §. 1. §. 1. §. 1. et §. 1. Secundum hæc. d. de Separat. exponitur ex- ditionibus Antecessor, et Præceptor notata D. Reteri lib. 5. Opuscul. cap. 9. num. 5.

Num. 2.

Ceterum si extraneus hæres prorsusquam adierit, vel pro hærede perierit, nota decemur, Regulariter sive novum, sive antiquum Ius attendamus, nec hæreditatem, nec magis ejus acquirenda facultatem ad hæredem transmittit. l. Tutor. 39. §. Hæres. 3. de admittit. tutor. l. Ille a quo. 13. §. Quid ergo. 3. in fine ad Trebell. l. Si ex pluribus. 3. de Suis, et legatim. hæredib. l. 1. §. 1. Veri. Unde tractatur ad Tertullian. Vlpian. in fragment. tit. 26. de Legitim. hæred. §. Si plures. 4. Paulus lib. 4. Sen- tent. tit. 8. de Inest. Succen. §. In hæreditate. 3. l. 3. Veri. quod n. l. Quoniam. 7. C. de Iure de- liber. l. Vni. §. In novissimo. §. Veri. Hæreditatem. C. de Caduc. toll. l. 2. Cad. §. C. Oxfitan. l. 1. circa finem. C. Theodosi. de Legit. hæred. §. Posteriore. 2. Veri. Ideoque Instit. quib. mod. testam. infirm. §. Placebat. 7. Instit. de legit. agnat. Succen. §. Vbi. Instit. de S. C. Oxfit. Cujus est certissima Regula ratio non ratio occurrit, imò juxta Iuris principia dicendum videbatur, quod licet nondum addita hæreditas, quia in bonis adhuc non est. l. Pietra. 63. in prin. Veri. Et enim absurdum ad leg. Salvid. ad hæredem trans- mitti non potest, adveniendi tamen, seu succedendi Ius, quod ex delata hæreditate tempore hæredi statim acquiratur. l. 1. qui hæres. 13. in prin. l. 1. potest. 18. l. Quod n. dubitari. 33. h. tit. l. Delata. 154. de Verb. Signif. l. 3. C. de Instit. et Substit. ibi. Ius adveniens hære- ditatis cum sua causa quaritur ad hæredem debet transferri, exemplo ceterorum Iurium, quæ semel acquirita ad hæredem omnino transmittuntur. l. Hæres in omne. 37. hoc tit. cum similibus, legari etiam exemplo, quod etiam ante additam hæreditatem, sive per vindicationem, sive per damnationem sit relictum, legatario nec acquiratur, nec debeat in Veriori sententia, cui subscripsi in Academicis ad titul. Digest. et C. Quando dies leg. ced. cap. 1. n. 2. et 3. et cap. 2. num. 23. etiam non dum agnitionem po- terit ad hæredem transmitti. l. Si post diem. 5. cum alijs pluribus quand. dies leg. ced. et fideicommissum sive particulari, sive Universali, quod licet ante factam restitu- tionem non dum acquiratur. l. Quidam. 25. §. Si quis filium. 2. l. facta. 63. l. Si hæres. 70. §. 1. ad Trebell. etiam ante agnitionem ad hæredem transferri. l. Cogn. 16. §. Idem Marcianus. 9. l. 25. in prin. cum alijs. eod. tit. ut fundavi d. cap. 1. n. 23. cum seqq. quinimo urgentiori ratione succedendi Ius circa nondum additam hæredi- tatem, quam non dum agnitam legatum, aut fideicommissum ad hæredem trans- mitti debere videtur, nam hæres statim ex quo tibi testamentaria, vel legitima delata hæreditas est, ejus adveniens Ius acquirat, legatum autem, aut fideicom- missum nec ante additam hæreditatem defertur, nec prius potest agnoscere, vel re- pudicari. tui sic ante legendi in l. Iulianus. 10. de leg. 1. l. Opzione. 16. de Opzione leg. Argum. tui in l. Si ita scriptum. 45. §. 1. de leg. 2. junct. d. l. §. 5. §. 1. l. Si dies. 21. quand. dies leg. ced. et tamen legatum, aut fideicommissum non solum non agnoscitur, sed et non delatum non modo prorsusquam acquiratur, Verum et antequam acquiratur, aut debere potest, ad hæredem transmittitur: porro iuris Iure hæres, qui licet non dum additam hæreditatem non acquirat, eam tamen sibi delatam adire potest, vel repudiare ante additionem decedens adveniens, vel succedendi Ius poterit ad hæredem transmittere.

N. 3.

Difficultas hæc tamen non sic adstructa Interpretum me- rito tantum ingenia, qui Varias Regulas notata, quæ non dum additam hæreditatem ad hæredem transmitti non patitur, rationes exquirere coacti sunt, et pluribus Om- ssis, quas refert, et acriter refellit Anton. Gomez tom. 1. Variar. cap. 5. ex num. 1. Vi- que ad 6. Exprimuntur Duarum in præfatione ad num. titul. cap. 5. et lib. 2. de Iure ac- cense.



cresc. cap. 17. leges Iuliam, et Papiam inter alia, quae xerarij locupletandi gratia in-  
 dulgent, illud etiam constitutum, ut nondum addita hereditas ad heredem transmi-  
 tti non poterat, ut sic ad fiscum hereditate, confluerent, si heredes ante additionem  
 facti munus implere coningeret. Quae Duarenij ratio ex eo dupliciter Giphano  
 in l. vnic. C. de his qui ante apertas tabul. heredit. transmitt. num. 1. quod si hoc  
 Ius in fisci compendium caducariae leges indulgent post ipsas Iustiniani Consti-  
 tutiones sublatae in l. vnic. C. de Caduc. ponet hereditas ante additionem ad  
 heredem transmitti, cuius contrarium ex ipso Iustiniano constat in d. l. vnic. §. 5. v. 1.  
 Hereditatem; et meo iudicio ex seq. n. minus Evidenter convincitur; si non ad-  
 ditam hereditatem ad heredem n. transmitti xerarij locupletandi gratia fuisset  
 constitutum, his sane casibus, in quibus herede ante additionem decedente fisci ven-  
 dicare hereditatem non poterat, transmissioni locus esset; atqui illi etiam casibus,  
 in quibus herede ante additionem decedente hereditas ad fiscum non pertinebat,  
 non eo magis ad heredem transmittetur. §. Ius hoc nondum addita hereditas  
 n. transmittenda caducarij legibus inducitur dici non potest. Minor probatur. Circa  
 legitimam hereditatem, id est quae ab intestato deferuntur, Caducariae leges subvertunt,  
 et licet legitimus haeres ante additionem decedat, nec hereditas, nec eius pars  
 fisci Iuribus vindicabatur, ut ex Vlp. in fragment. d. tit. 26. de legitim. haered. §. si  
 plures. 4. ex Paulo lib. 4. Sentent. tit. 8. de Inter. success. §. vlt. et alij. Iuribus fundat  
 Illustris. Ramos lib. 4. ad leg. Iul. et Pap. Reliq. 3. Num. 3. cum seq. et tamen certi  
 Iuris est, legitimam hereditatem ante additionem non magis quam testamen-  
 tariam ad heredem transmitti d. l. 2. de Iur. et legitim. haered. cum similib. §. et n.  
 herede ante additionem decedente hereditas ad fiscum n. pertineret, non eo magis  
 ad heredem transmittetur. Rursum: Et n. testam. ex auct. institutus haeres ante addi-  
 tionem decedat, hereditatem fisci vindicare non poterat, quia proximioribus ab  
 intestato agnatis deferabatur, quos fisci excludere auct. non fuit, ut ex Vlp.  
 in fragm. tit. 1. de Caduc. in prio. et ex l. 1. §. vlt. de Iur. et facti ignor. l. 1. Multum  
 intererit. Et de Cond. et Dem. dicit in Comment. ad titul. quand. dies leg. ced. cap.  
 Num. 8. et 12. Et tamen etiam ex auct. institutus haeres nondum additam hereditatem  
 transferre ad heredem non poterat, ut evincunt expi. in d. l. 33. §. 3. de administrat.  
 tutor. d. l. 13. §. 3. in fine ad Trebell. d. l. vnic. §. 5. C. de Caduc. d. §. 2. v. 1. Ideoque quib.  
 mod. testam. infirm. Ergo etiam nondum addita hereditas, cuius nullum lucrum  
 fisci poterat sperare, ad heredem non transmittetur. Denique si ex parte institu-  
 ti haeres post apertas testamenti tabulas ante additionem decedat, deficienti ha-  
 reditatis pars caduca non fiebat, caducorum etenim spes extra Latini, Caelib.  
 aut Orbi carui fisci post apertas demum tabulas amittebat, ut colligitur ex Vlp.  
 in fragm. d. tit. 1. in prio. de Caduc. et attentata inscriptione probat expi. in l. Quae  
 ex duabus. §. 3. §. 1. hoc tit. et tamen herede ex parte scripto post apertas tabulas  
 ante additionem decedente n. transmissioni, sed accrescendi Iuri locus erat.  
 d. l. §. 3. §. 1. ergo non addita hereditatis pars eo etiam casu quo caduca n. fiebat,  
 non eo magis poterat ad heredem transferri, ac per consequens regula, quae n. dum  
 addita hereditatis transmissionem non patitur, non ex caducarij legibus, sed  
 ex alio Iure profusit.

com 36

Num. 4.

Sed nec verior est, quamvis plausibilior videatur ratio  
 altera, quam excogitant Donell. lib. 2. Comment. cap. 4. et Anuald. ibi lib. 1. C.  
 et alij plures, quos refert, et sequitur D. Ioseph. Vela d. iure. Hisp. lib. 1. cap. 12.  
 usque ad num. 20. qui omnes r. deo succedendi, seu adveniendi Ius ad heredem trans-  
 mitti n. posse censuerunt, quia personale est, hereditas etenim propria persona merita



Relinquitur, quæ testatoris affectionem impellunt. l. Nec adjecti. 9. Pro Socia  
ad hæredem autem hæredes, qui pene animam, et opinionem testatoris, incertum  
omnino sunt, ipsius affectio pertinere dici non potest. l. Sciendum. 70. de Verb. Sign.  
Succedendi igitur Ius cum reliquis Iuribus, quibus persona, seu personalis qualitas  
conditio locum facit, quæ ad hæredem ideo non transferuntur. l. Maritum. 12  
cum l. seg. juncta l. Alia. 19. §. 1. Solutio maritum. l. In omnibus. 68. de Reg. Iur.  
Nam, eandemque fortunam experitur, subjungit Philip. Marit. in l. Eman-  
cipata. 2. C. Qui admittit ad bonor. ponn. pos. num. 87. cum tribus segg. adeundi, seu  
Succedendi Ius personale ideo enet, et intransmissibile, quoniam hæreditariæ addi-  
tio, quæ legitimus actus est. l. Actus. 77. de Reg. Iur. per alium exerceri non potest  
l. Per curatorem. 9. h. tit. juncto Cusacio lib. 1. Obvio. cap. 34. adeo ut nec patrem, aut  
Dominus hæreditatem filiofam, servove delatam adire possit, aut repudiare. l.  
I, qui hæred. 135. h. tit. l. 3. C. de hæred. inst. junctis, quæ late, et doctè tra-  
dunt Petrus Barb. in l. Segorum. 7. de leg. 1. n. 12. cum segg. et Bellon. de Iur. accen.  
cap. 7. quæ 13. ep. n. 43. ergo nec per hæredem hæreditariæ additio poterit  
explicari ad instar legata optiõni, quæ quia inter legitimus actus recipitur.  
in d. l. 77. de Reg. Iur. ante Iustinianum transmitti ad legatarij hæredes n. potest.  
l. 3. in prin. C. Communia de Leg. 5. Optiõni. 23. Inst. de Leg. junctis quæ dixi  
ad titul. Quand. di. leg. ced. cap. 5. n. 12. cum segg.

Num. 5.

Verum tamen, ut dicebam, hujusmodi  
Ratio non est, tum quia legatum, aut fidei committum n. minus quam hæreditas  
propter personæ meritum relinquitur, quod tamen non solum non dum agnatum,  
Verum nec delatum consistit ad hæredem transmitti; tum quia et testatoris affectio  
exga institutum hæredem in eo ponet considerari, ut succedendi Ius ad ejus hære-  
dem transiret, ut sic institutum hæres uberiorem, seu locupletiorum hæreditatem re-  
linqueret, nec quidquam prohiberet, ut testatoris affectio, quam instituti hæredis  
merita provocant, saltem per consequentiam ad ejus hæredem extendere, ut vi-  
dere est in legato, quod propter testatoris affectionem, non quidem principaliter, jura  
tõm sic intellig. in l. 1. §. non solum. 3. Ut legator. nom. caveat, sed per consequentiam  
ad legatarij hæredem transferat. Utitur nec ex eo etiam quod hæreditariæ addi-  
tio legitimus actus sit, Regula novæ Rationem derivari ex eo, n. fallor, Orten-  
dum, quod bonorum ponnõni agnitiõ legitimus actus non est, imò per alium  
potest exerceri. l. 3. §. acquirere. 7. de Bonor. ponnõni. et tamen siquis post delatam  
sibi bonorum ponnõnem ante ejus agnitiõnem deceverit, nec agnoscenda quidam  
bonorum ponnõni Ius ad hæredem transmitti d. l. 3. §. 7. Veri. Denique de Bonor.  
ponnõni. Et tandem parum opportunum est legata optiõni exemplum, cum vide-  
mus Optiõni legatum post Iustin. in d. l. 3. C. Communia de Leg. et in d. §. 23. Inst.  
de Leg. et si legatarij priusquam optaverit, decedat, ad ejus hæredem transferri, et  
tamen adhuc hodie adeundi, seu succedendi Ius ad hæredem transmitti n. ponn.  
Quærenda igitur alia ratio erit, quæ nec hæreditatem testamentariam, aut legitimam  
adeundi, nec agnoscendi bonorum ponnõnem Ius ad hæredem transmitti patiat. 3.

Num. 6.

Veram, genuinamque Rationem, propter quam nec hæreditatem adeundi, nec bo-  
norum ponnõnem agnoscendi Ius potest ad hæredem transmitti ex eo solum des-  
cendere, quod ea demum, quæ defunctus in bonis habuit, ad ejus hæredem trans-  
feruntur. l. Nemo plus commodi. 160. de Reg. Iur. profecto Verò hæreditariæ adeunda  
seu agnoscenda bonorum ponnõni Ius mera quidem acquirendi facultas est,  
in bonis autem non est, id n. n. que in bonis esse intelligitur, quod per actionem, vel



Vel exceptionem vindicari, acquiri, vel retineri potest. l. Rem in bonis. §2. de acquir.  
 Res. doman. l. Id apud re. 143. de Verb. Sign. adeundi autem Ius nec in actione aliqua,  
 nec in exceptione, sed in mera duntaxat facultate, seu acquirendi occasione consistit:  
 in bonis igitur non est. Assumptum probant eleganter ad rem tot. in l. Quod autem. 6.  
 in prio. et §. Proinde. 2. Quae in fraud. credit. l. Alienationis. 28. in prio. Veri. Qui Occasio-  
 ne de Verb. Signif. in quibus qui delatam sibi hereditatem repudiatur, quia solam  
 acquirendi occasionem omittit, nec alienare, nec minuere patrimonium cense-  
 tur, quod principium late illustret cum pluribus D. Olea de Conon. Iur. et Act.  
 tit. 2. quaest. 3. per totam: acquirenda igitur hereditatis facultas, seu occasio in bo-  
 nis non est. Hoc ipsum sensit proculdubio Paulus in d. l. 63. Veri. Sed nec heredem  
 ad leg. Salud. ubi cum de in eunda hereditariarum rerum estimatione diceretur,  
 Servum post mortem testatoris heredem institutum, non ideo pluri esse responderet;  
 ab iudicium namque esset, ut Domini, qui si ipse fuisset institutus, locupletior ante  
 additam hereditatem non fieret, per servum heredem institutum locupletior sta-  
 tim efficeretur, cum hereditas solum ex additionis tempore acquiratur, et propo-  
 terum omnino sit prius aliquem locupletiozem sic, quam acquireret: ergo sola  
 adeunda hereditatis facultas institutum heredem locupletiozem non reddit, ac  
 proinde nec in eju bonis est. Firmat etiam rationem nostram speciei tpi, quem  
 ad rem aliam explicui, et ab Antonij Fabri calumny vindicari in Academic. ad  
 titul. C. de Collat. cap. 2. num. 6. cum §. 3. reg. in l. §. Si impuber. 21. de Collat. bonor. ubi  
 dubitat Vlp. an adrogatus impuber, qui ab adrogatore sine causa emancipatus natu-  
 rali parenti per contra tab. Vel Unde liberi bonorum <sup>em</sup> succedit, quartam sibi debi-  
 tam ex bonis adrogatoris integri Iuris fratribus, quibus naturali parentis bonorum  
 partem auferit, iuxta Praetorium Edictum conferre teneatur, quaestionem in eo esse  
 scribit, Verum scilicet quartam ad heredem potest transferre. Et resp. quod cum per-  
 sonalem habeat actionem, quartam potest ad heredem transmittere, eamque ante-  
 riorum Iuris fratribus conferre compellitur. Obicua haec Vlp. sen. exponenda sic est: Ca-  
 confert emancipatus, quae in bonis habuit, quo tempore naturali Patris decem. l. Ca-  
 demum. 6. C. de Collat. sed adrogatus impuber, quo tempore naturali Patris decem,  
 quartam in bonis jam habuit, Ius etenim acquirenda quarta non in mera faculta-  
 te consistit, sed in personali actione, conditione scilicet ex lege, quam ad eju perecu-  
 tionem competere certum est ex reg. tot. in l. Inia de Condict. ex lege. iuncta l. Pa-  
 pin. §. Si quis. 15. de Inoffic. testam. qui vero ad rem persequendam personalem habet  
 actionem, rem ipsam in bonis habere cenetur ex vulgari reg. tot. in l. In qua actio-  
 nem. 15. de Regul. Iur. merito ergo ad quarta collationem obstringitur. Rursum ut ad-  
 rogamum impuberem quarta collationi Vlpiani reddat obnoxium, quam in necessari-  
 um antecedens, quartam ideo ad heredem transferre posse supponit, quia personalem  
 habet actionem, indicans scilicet, quod si acquirenda quarta Ius non in personali  
 actione, sed in mera facultate consisteret, nec in bonis esset, nec ad heredem potest  
 transmitti, ac proinde nec oneri collationis adstringi. Sed quia non in mera facul-  
 tate, sed in personali actione consistit, in bonis statim est, ad heredem potest trans-  
 mitti, et debet collationi oneri subici, Punc sic: Ideo iuxta Vlp. acquirenda quarta  
 Ius in bonis est, et ad heredem potest transmitti, quia non in mera acquirendi fa-  
 cultate, sed in personali actione consistit: §. ex contrario Ius adeundi, seu succeden-  
 di, quia non in actione aliqua, sed in mera acquirendi occasione consistit, nec in  
 bonis est, nec ad heredem potest transmitti, et denique ideo adrogatus impuber  
 quartam ad heredem transfert, quia eam per personalem actionem persequi potest;



sed institutus hæres nullam ad persequendam hereditatem habet actionem, cum non alia ad vindicandam hereditatem sit actio, quam hereditariæ petitiõ, quæ necessario additionem præsupponit: q̄ meram adeundi facultatem, quam in bonis non habet, transmittere ad heredem non potest. Assumptum probat Paulus lib. 1. Sentent. tit. 13. de Iudicatio. §. Vlt. dum docet, quod hereditariæ petitiõ, cuius litem defunctus contestatus non fuit, ad heredem n. transmittitur. Quæ Pauli sent. a. cum accipi de eo herede non possit, qui post additam hereditatem deceñt, ut potest qui etiam litem contestatus non fuerit, hereditariæ petitionem ad heredem transmittit, accipienda necessario est, prout ad Paulum docuimus Cusac. animalverat, de herede, qui ante additionem deceñt, qui cum hereditariæ petitionem, quæ orta non dum fuit, ad heredem transferre non possit, nisi forsan eo nomine litem contestatus sit, quo facto hereditatem adijit censeatur, nec etiam solam acquirenda hereditariæ facultatem, quam in bonis non habuit, potest ad heredem transmittere =

Num. 7.

Ex sequentibus præterea hæc Iuris ratio fulcitur: Adeundi, seu succedendi Ius nec cedi, nec Vendi, nec donari, nec ad creditores posse transferri, nec in bonorum confiscatione comprehendi, quia in bonis non est, cum Castillo tom. 5. Concor. cap. 112. ex n. 22. Nique ad num. 35. et n. 48. et alijs pluribus, quos refert, secus docet D. Olea de Cession. Iur. et action. d. tit. 2. quæ 12. 3. ex num. 7. Nique ad num. 13. Ex eadem igitur ratione nec ad heredem potest transmitti. Accedit, quod si adeundi, seu succedendi Ius in bonis esset, penei servum, aut filiumfam, qui acquisitionis expectari sunt, contrahere non possent, imò statim ante additionem Patri, Vel Domino acquireretur. juxta vulgarem Regulam exi. in l. Placet. 79. h. tit. argui si filiusfam. Aut servus hæres institutus sit, Ius adeundi nec Patri, nec Domino acquiratur, imò penei ipsum servum, aut filiumfam. consistit d. l. 135. Vlt. h. tit. d. l. 3. C. de hered. instit. <sup>perhibet</sup> igitur in bonis non est, ac per consequens ad heredem ideo transferri non potest. Hoc idem ex eo confirmatur, et amplius explicatur, quod si filiusfam. hæres institutus ante additam hereditatem fuerit emancipatus, sibi, n. Patri acquiratur hereditatem. l. Cum quidam. 26. de Iurefiri. l. Non est dubium. 15. C. de Iure delibet. Et similiter si hæres institutus servus prorsusquam hereditatem adierit, manumini fuerit, aut alienatus, Vel sibi, Vel novo Domino acquiratur hereditatem. l. Anterior. 62. §. 1. h. tit. §. 1. Ver. Si vero alienatus. Innot. de heredib. innot. ergo adeundi, seu succedendi Ius per servum, aut filiumfam. Patri, Vel Dño non acquiratur, ac per consequens nec in bonis est, nec ad heredem ideo potest transmitti. Nec tunc obstat, quod institutus hæres adeunda hereditariæ Ius dicitur acquirere in d. l. 3. C. de hered. instit. ibi namque Ius meram acquirenda hereditariæ facultatem, seu occasionem significat, quam in bonis non esse jam diximus. Sed nec magis supra expensa num. 2. legari pariter refragatur; Nam reip. stricto, Communique Iure cuncto legatum ante additam hereditatem, ut potest adhuc nec acquiratur, nec delatum transmitti ad legatarij heredem n. potest; ex benignitate tamen fuisse receptum, ut statim a morte testatoris cedat, et ad legatarij heredem transferatur, ne alioquin in heredi. esset arbitrio addicendi moram facere, et legari transmissionem impedire, ut indicat Vlt. in l. Heredi. 7. in pri. et §. 1. quana. dies. leg. ced. Hæc autem benignitatis ratio deficit omnino circa hereditatem, cuius additio, seu acquiratio ex sola testamentarij, Vel legitimi heredi voluntate dependet, et stricto Iure servato adeundi facultati ad heredem transmitti non potest, quod inter legatum, et hereditatem discrimen latius tradidi in Comment. ad Titul. Quana. dies. leg. ced. cap. 1. num. 3. cum §. 1. 199 =

Sed



Sed illud non leviter assertionem nostram  
 Oppugnat, et solam adeunda hereditatis facultatem in bonis jam esse, et ad heredes  
 transmitti suadere videtur, quod servum heredem institutum hoc ipso fluxu jam  
 vendi possit, ut ipse Paulus agnovit in d. l. 63. Veri. Sed nec heredem. ad leg. Salsid.  
 Ergo qua servo competit adeunda hereditatis facultas, Domini patrimonium  
 adauget. Rursum, Ius illud, quod amicum minuit patrimonium, dum retine-  
 tur, et competit, non potest non patrimonium ipsum augere; Contrarium Ete-  
 nim unam, eandemque esse debere rationem et vulgo dicitur, et Verum est; Sed  
 amicum adeunda hereditatis facultas minuit patrimonium: q. dum retinetur, et  
 competit, non potest non patrimonium ipsum augere. Minor probatur. Si servus  
 heres institutus occiditur sit, priusquam ius Domini adierit hereditatem, in  
 actione legis Aquilia simul cum servo amicum etiam hereditatis rationem  
 habendam contrahit ex l. Inde Nerarius. 23. in prin. ad leg. Aquil. 5. Illud. 10. In-  
 tit. eod. tit. quod in his omnibus actionibus servatur, in quibus venit interesse, veluti in ac-  
 tione ad exhibendum; si hereditas amicum ex eo sit, quod heres institutus servus non  
 exhibeatur, deperdita etiam hereditatis damnum estimatur. l. Sed et hereditas. 11. Ad  
 exhibend. et in conditione furtiva, si servus heres institutus surreptus sit, et apud  
 furem ante additam hereditatem decederit, amicum etiam hereditatis fit estimari. l. 3.  
 de Condit. furtiv. l. Si quis. 1. 52. S. Si servus. 28. de furt. quod et procedere in interdico  
 Unde vi Paulus a severat in l. Si interdico. 6. de Vi. et Vi. arm. q. amicum adeunda heredita-  
 tis facultas minuit patrimonium: q. dum retinetur, et competit, non potest non patrimonium  
 ipsum augere, ac proinde cum in bonis sit, debet ad heredem transmitti. Cui difficultati  
 Resp. ex eo quod servus heres institutus pluri vendi possit, non recte inferri, quod hoc ipso  
 locupletiorum Dominum reddere intelligatur; pretia namque rerum (ut in d. l. 63. ad leg.  
 Salsid. Paulus praefatus, qui vel de eo legum Juliae, et Papiae capite dicebat, quod exat  
 in l. Dotalem. 6. cum l. legib. seqq. soluta matrim. ut tam ex illius t. inscriptione, quaz  
 ex Iuri ratione comperit D. Joanne Suarez de Mendoza lib. 1. ad leg. Aquil. cap. 1. sect.  
 1. ex num. 7. Vel de lege Salsidia disputabat iuxta communem sent. quia vera esse poterit,  
 dummodo servus superstitie adhuc testatore in eju. mortis casum heres institutus suppo-  
 natur. supra termino. t. in l. Qui filia. 33. in prin. de hered. insti. iuncta l. Si post mor-  
 tem. 68. S. t. de leg. 1. non ex affectione, aut singularum utilitate, sed iuxta communem opi-  
 nionem estimanda sunt; quod autem servus ex eo solum quod heres institutus sit,  
 distrahi pluri possit, non communis opinio efficit, sed privati emptoris affectio, cuius  
 solum in bonae fidei iudicis ratio habetur. l. Cum servus exere. 59. iuncto ibi Cujacio  
 lib. 2. quar. Papin. Mandat. cum similibus. Nec ex eo etiam quod in his omnibus ac-  
 tionibus, in quibus venit interesse, amicum hereditatis fiat mentio estimationi, ut pra-  
 ter jam adducta Iura probat t. in l. Servus dotali. 58. Soluta matrim. Evincitur, de-  
 perditam adeunda hereditatis facultatem patrimonium manere, in eo enim quod in-  
 terest, non modo damnum illatum, sed et amicum lucrum continetur, et intercepit utilita-  
 tis ratio habetur. l. Si commissa. 13. Rem ratam haberi, ne alioquin abren per alterum  
 iniqua possit inferri conditio contra vulgarem Regulam t. in l. Non debet. 1. de Reg.  
 Iur. ut docet Suarez de Mendoza ubi nuper n. 8. et 20. Cum ergo amicum adeunda ha-  
 reditatis facultas patrimonium non minuat, nec dum retinetur, patrimonium augere, nec  
 ad heredem transmitti dici poterit.

Difficiliori profecto nexu habet ad rem adhuc n.  
 animadversus noviter nunc intelligi. t. in l. 2. in prin. Veri. Ceterum ante additio-  
 nem de Statu lib. Inritio dixerat Vlp. quod qui in diem, vel sub conditione liber esse iuratus  
 est, ex quo statu liberi causam apprehenderit, sive alienatus, sive Vincapiatur, sive manu-  
 mittatur, non ideo spem Orcini liberi amittit, imo cum sua causa alienatus, Vincapi-  
 tur, aut Manumittitur, et quod statu liberi casum n. p. servus manerit, quam vel

N. 9.



Unus ex heredibus institutus adierit hereditatem. Progredivus, et in dicit. Veri. Ceterum  
concludit, quod si servus in diem, vel sub condit. liber esse iustus ante aditam hereditatem  
alienatus, Vucaptus, aut manumissus sit, spes statuta libertatis contingit, qua tamen  
adita postea hereditate sui favore redintegretur, ut idem Ulpianus decidit in l. Statu-  
berum. §. S. Vlt. eod. tit. Tunc sic: En ubi institutus haeres priusquam hereditatem adierit,  
hereditarium servum potest alienare, vel manumittere; sed solum Dominus potest servum  
alienare, vel manumittere. l. Traditio. Co. de Acquir. Ver. Domin. l. Et per tot. tit. Cod.  
de his qui a n. Dno manum. sunt: §. institutus haeres etiam ante additionem Dominus ha-  
reditarium servum et; sed hereditarium rerum dominium acquirere non ante potest,  
aditionem hereditatem acquirat, ac per consequens etiam ante additionem decederit, non modo  
Ius succedendi, Verum et ipsam hereditatem tanquam iam acquiratam, et in bonis eorum  
poterit ad heredem transmittere. In re difficili, quam nullum ex Interpretibus, qui evolvere  
licuit, attigisse scio, certi Iuris esse constituto, heredem institutum ante additionem heredi-  
tariam rerum dominium non nancisci. d. l. 23. de Acquir. p. non. Nec contrarium in d. l. 2.  
Ulpianum docere, cuius sententiam de hereditario servo ab herede instituto ante additio-  
nem alienato, vel manumisso intelligi non posse sic probat. Ulpianus eum casum ponit, quo  
servus hereditarius ante aditam hereditatem alienatus fuit, vel manumissus; sed  
implicat, quod ab herede instituto alienatus fuerit, aut manumissus, et quod ante addi-  
tam hereditatem alienatus, vel manumissus dicitur ponit: §. de hereditario servo ab herede  
ante additionem alienato, vel manumisso accipi. Ulpiani sent. non potest. Minor prob. Hoc  
ipso quod institutus haeres hereditarium servum dicitur, vel manumissus, pro herede ge-  
rere, et acquirere hereditatem censetur. Expressi sunt t. in l. Julianus. §. S. Si servum.  
l. Pannonius. §. S. Vlt. h. tit. quia alienatio, et manumissio praecipua dominij, actus sunt;  
qui vero actum aliquem dominij circa rei hereditarias exerceat, hoc ipso pro herede gerit,  
et hereditatem acquirat. l. Pro herede. Co. in p. et d. t. hoc tit. §. Vlt. In re. de hered. qualis.  
Ergo cum alienationi, aut manumissioni actus pro herede geritionem inducat, implicat  
omnino, quod hereditarius servus ab instituto herede alienatus fuerit, aut manumi-  
ssus, et quod ante acquiratam hereditatem alienatus, aut manumissus dicitur ponit, quan-  
tumo Iuris censura pro herede geritio, et quae ex ea inducitur hereditarij acquiratio,  
alienationi, aut manumissioni actum praecedunt, ut sic servus ab herede jam Dno  
utiliter alienatus, aut manumissus inveniatur.

N. 10.

Nec aliud suadet t. in l. C. de Iure  
deliber. ubi ideo emancipata filia non ex eo quod patrem servum dicitur, vel  
manumissus, hereditarij oneribus adstringitur, quia non civili Iure ad heredita-  
tem, sed a Praetore ad bonorum possessionem Vocatur, cuius agnitio olim apud Praetorem  
solum in Urbe, et Praetori in Provincijs solemniter expeditur. l. 2. §. t. et 2. Quis  
Ordo in bonor. possen. servor. l. t. C. Communia de Succes. post Constantinum Verò in l.  
Vlt. C. Qui admitti. qualicumque Voluntarij revocatione apud quemlibet Magistratum  
interposita debet expediti: Unde cum simplex Voluntarij nullo Iure ad agnoscendam  
bonorum possessionem sufficiat, nisi Magistratus accedat Auctoritas, simplex aliena-  
tionis, aut manumissionis actus, quamvis pro herede geritionem, et quae nuda Volun-  
tate potest acquiri, hereditarij acquiritionem inducat, inducere tamen bonorum  
possessionis agnitionem non potest, ut tradunt Donell. in d. l. t. C. de Iure deliber. et lib. 2.  
Commene. cap. 8. et ibi Oruald. l. n. melius quam Cusai ad Rubric. C. de Iure deliber.  
Difficilior videri potest ignora ad rem t. in l. Multa. Co. §. t. de Condit. inst. Pro  
cujus solutione dicendum est, ideo in ejus serie ex hereditarij servi manumissione ab  
herede peracta pro herede geritionem non inducit, quia cum sub ea conditione fuerit  
institutus: Si hereditarium servum manumissus, ante ejus implementum nec heredi-  
tatem adire, nec magis pro herede gerere poterit. l. I. qui haer. §. 13. in p. hoc tit. dicitur  
itaque hereditarium servum quamvis inutiliter ex defectu dominij manumissus, con-  
ditionem quidem utiliter adimplebit, utpote quam de facto adimplere sat est. l. Qui  
heredi. §. 4. l. Maevius. §. 5. de Condit. et Dem. ut ad rem advenit, consulendus omnino Reris lib. 5.



lib. 5. Opuscul. cap. 6. n. 2o. Nec tamen pro hærede genitricis dici potest, imò adhuc forte im-  
 pletam conditionem non aliter quam aduendo, vel pro hærede potendo hæreditatem acquirat,  
 ut probant tñ. in l. 1. §. 1. de Condit. cau. dat. cau. n. secut. l. 1. Et qui 13. l. Si puzi i. l. 6. de  
 Cond. in i. l. 1. §. 1. de Condit. cau. dat. cau. n. secut. l. 1. Et qui 13. l. Si puzi i. l. 6. de  
 Cond. in i. l. 1. §. 1. de Condit. cau. dat. cau. n. secut. l. 1. Et qui 13. l. Si puzi i. l. 6. de  
 hoc tit. et l. 1. de Iam dubitari. 86. §. 1. de hæred. in i. Videndus in hac re sane subtilissimus Reter  
 lib. 2. Opuscul. sect. 3. cap. 2. ex n. 2. at puzi in i. i. i. hæred. qui hæreditatum servum dicitur,  
 vel manumittit, hoc ipso pro hærede gerit, et hæreditatem acquirat. d. l. 42. §. 1. d. l. 86. §. 1. de  
 hoc tit. =

Cum ergo de hæreditate servo ab hærede ante additionem alienato, vel manu-  
 misso accipi Vlpiani sent. non ponit in d. l. 2. in p. i. Veri. Ceterum de Statulib. tota eju  
 tñ. difficultas in assignanda specie consistit, quam duplici via effingi posse credebam,  
 et ut primam demonstrarem, suppono, quod et si proprie, et rigore statuliber v. solus dica-  
 tur, qui testam. in diem, vel sub conditione directe liber esse iurus est; si tamen cui in diem,  
 vel sub conditione fideicommissaria libertas relinquatur, statu liberi locum obtinet. l. Ge-  
 neraliter. 24. §. 1. de l. Non tantum. §. 1. Cui per fideicommissum. 3. de fideicommiss. libertat.  
 juncto Cusacio lib. 2. quæst. Papin. in l. Statu liberorum. 33. de Statulib. Qua suppositione  
 facta, species tñ. in d. l. 2. Veri. Ceterum hæc est: Testator hæredi servo in diem, vel sub  
 conditione fideicommissariam (quam relinquere solum potuit. l. Servo. 9. C. de fideicommiss.  
 libert.) libertatem relinquat; institutus hæres ante additionem proprium servum alie-  
 navit, vel manumittit; et cum de fideicommissaria libertate tñ. quæretur, Vlpian.  
 Respondit, quod quia servus ante additam hæreditatem statu liberi locum obtinere non  
 potuit, stricto quidem Iure semel alienatus, aut manumissus spem statuliber fideicommissa-  
 ria libertatis amittit, quæ tamen sui favore addita postmodum hæreditate instaurata.  
 d. l. 9. §. 1. de Statulib. Cujus instauratiõis, seu redintegratiõis effectum caru quo  
 servus fuerit alienatus, et addita postea hæreditate diei Venient, aut conditio existerit,  
 peripicue idem Vlpian. demonstrat in d. l. 24. §. 1. de fideicommiss. libert. at si servus ante  
 additionem ab hærede fuerit manumissus, quinam additione secuta, et die veniente,  
 aut conditio existerit, instauratiõis sit exitus, non æque expeditum est; cum  
 enim servus ab hærede, eodemque Domino manumissus quiritiam, et sic plenam  
 fuerit libertatem adeptus, amplius liber ex testam. fieri non potest. Argum. tñ. in  
 l. 3. §. 1. de pluribus. 4. Veri. neque enim. de acquir. posses. §. Sed si rem. 10. In i. de Legat.  
 §. Sic itaque dixerit. 14. In i. de Actiõn. Sed tamen ille meo quidem iudicio instau-  
 ratiõis exitus erit, ut ex quo addita hæreditas fuerit, et diei Venient, aut condi-  
 tio existerit, perinde liberus habeatur, ac si ab hærede n. gratuliam, sed ex causa  
 fideicommissi debitam sibi libertatem accepisset. Argum. tñ. in l. 3. §. qui fideicommissum.  
 juncta l. Si servo. 82. de hæred. in i. l. Si servum. 84. §. 1. in fine. hoc tit. et sic Iura pa-  
 tronatus in eo experiantur leviora, ut nec hæredi operas prestare teneatur. l. 7. §. Reuoc.  
 tum. 1. l. Si qui. 13. §. 1. l. Campanus. 47. de Operi libert. l. qui ex causa. 29. de Boni libert.  
 Melior tñ. qui in terminis fieri loquitur in l. Mater. §. C. de Operi libert. nec ut ingratu  
 ponit ab hærede in servitutem revocari. l. 1. C. de Libert et eor. liber. pro cuius conciliat.  
 cum l. 3. de Obseq. Parent. et Patron. præt. aduendo Amaya lib. 2. Obseq. cap. 6. num. 35.  
 cum §. regg. Et denique ut si liberta fuerit, et hæredi, eidemque Patrono nupta, eo etiam  
 invito dixerit, et alij nubere ponit. l. Proxime. §. 1. de Ritu nuptiar. l. Patrono.  
 to. de Divort. et Repud. =

Num. 11.

Si dicas, Vlpianum in d. l. 2. de Statulib. de eo solum in i. i. di-  
 sserere, qui in diem, vel sub conditione directe liber esse iurus est, idque ex eo dignosci, quod  
 cum sive alienatum, sive in captum, sive manumissum Orcani liberi spem non amittere  
 scribit, quod illi soli congruit, qui directe liber esse iurus est. §. Libertas. 2. In i. de Sin-  
 gul. Ver. per fideicommiss. relicta. ac proinde in d. Veri. Ceterum, in quo continuata tracta-  
 tiõne eandem speciem prosequitur, non in fideicommissaria, sed directa libertate terminat,  
 et auctori oportet. Responderi non improbabilem ponet, Vlp. in i. i. quidem de eo duntaxat,  
 cui in diem, vel sub conditione directa relicta libertas est, dixerit, sed in prædicto Veri.  
 cui in diem, vel sub conditione directa relicta libertas est, dixerit, sed in prædicto Veri.

Num. 12.



Ceterum canem mutare, et de fideicommissaria libertate differere, Nam licet nil debeamus  
temere comminari, supplenda tamen sunt interdum, quae in legibus scripta non sunt, ut cum  
iudicio ad rem aliam doctissimi aiebat Cusac. lib. 3. quaest. Pauli in l. Si filius quem Pater.  
R. de Vulg. et cum Veric. ille accipi de directa libertate non possit Ex dicti num. 9. Nece-  
ssaria Iuri Ratio, ut ad fideicommissariam referatur, exposcit. Nec continuata Vlp.  
series huic interpretationi reuertit; quippe cum is etiam, cui in diem, vel sub conditione  
fideicommissaria libertas relinquitur, statu liberi censeatur d. l. St. S. 3. de fideicommiss.  
libert. incongruum sane non est, Vlpianum, postquam de eo egerat, qui directe liber esse  
iustus est, de fideicommissaria libertate tractare. Vel dici, et melius forsan poterit, q. licet  
in iuris t. Vlpianus de eo solum disputauerit, qui directe liber esse iustus est, in Veric.  
Sed statuli liberi de fideicommissaria non minus quam de directa libertate pertractat;  
Quod enim scribit, statuli liberi causam non prius servum nancisci, quam vel vnu ex  
heredibus adierit hereditatem, n. manus ad eum spectat, cui per fideicommissum  
relicta libertas est, quam ad eum, qui directe liber esse iustus est. Similiter q. quod in  
d. Veri. Ceterum subiungit, alienationem, Vncapionem, aut manumissionem ante ad-  
ditam hereditatem contingentem spem statuli libertati infringere, ad utramque pertinet  
libertatem, ita tamen ut Vncapionis casu tam ad hereditarium, quam ad heredi servum,  
nec ad directam minus, quam ad fideicommissariam referatur libertatem, cum evenire  
facile possit, ut hereditarius etiam servus ante additam hereditatem Vncapiana. Expre-  
ssi t. in l. Sed et n. 55. S. V. Veri. Sic denique de fideicommissaria libert. d. l. 9. S. Vlt. de statu  
lib. alienationis vero, et manumissionis casu, qui ex supradictis ad hereditarium ser-  
vum referri non possit videtur ad proprium heredi servum, eidemque relicta fidei-  
commissaria libertati termino reuocantur.

N. 13.

Sed quamvis quae hucusque diximus et  
Vlp. litterae, et Iuri Ratio nra consona, quia alicui forsan plus iusto superstitio ex  
eo minus placebunt, quod non unam, eandemque assumptam directam libertati seruum  
Consultum retinuisse supponunt, altera adhuc nra integram declarationem t. in d. l. 2.  
in p. de Statulib. in directa dumtaxat libertati termino procedere, et tam manumissioni,  
quam alienationis canem ante additam hereditatem ad hereditarium servum  
referri posse censebam. Et ut congruam speciem assignem, suppono, quod peculium ser-  
vo conceitum per domini mortem non exstinguitur, imo et dum jacet hereditas,  
perreuerat. l. Si uero autem. 2. S. Vlt. cum l. seq. de Public. l. 3. in p. et St. de Peculio. l. 2.  
Iusto errore. 44. S. Non dum. 3. l. Praescriptio 45. S. 1. de Vncap. Et similiter libera pecu-  
lij administratio, quae tandem durat, quando reuocata non fuerit, non ex eo finit,  
quod Dominus deceuerit, imo et dum jacet hereditas, permanet, ut disputat Anton. Sa-  
ber in Ration. ad t. in l. 2. S. 1. de Peculio, et quod servus, cui Dominus liberam peculij  
administrationem concesserit, vel peculium potest alienare. l. Si quis. At. S. Vlt. de Rei Vin-  
dicat. l. Si conuenerit. 18. S. Vlt. de Pignori. act. t. in l. si intelligi et interve conciliandi in  
l. Si serui. 34. de Vncapion. et in l. Si liberam. to. C. Quod cum eo qui in alien. potest.  
iuncti Ant. Fabio in Iuri p. uol. Papin. tit. 12. quib. mod. Iu. p. potest. solv. p. 8. illat.  
26. et Arrin ad Rubr. C. de Vncap. Pro empt. num. 111. cum l. seq. Quibus breuiter ani-  
maduersi hypothecam sic efformandam arbitrabar. Dominus, qui Ordinarius seruo libe-  
ram peculij administrationem concesserit, Vicarius seruo in Ordinarij peculio existen-  
ti in diem, vel sub conditione directam libertatem reliquit, Ordinarius seruo jacen-  
te hereditate liberam administrationem exercent. Iure Vicarium alienauit, et cum  
libertatis exitu questio erit, Vlpianus decidit, quod quia ante additam hereditatem  
Vicarius fuit alienatus, qui tempore non dum statuli liberi causam apprehenderat, stricto  
Iure inspecto spem statuli libertati amittit; Quod vero subiungit, idem esse dicendum,  
si seruo ante additam hereditatem fuerit manumissus, intelligi de Vicario seruo ab  
Ordinario manumissio non potest; Neque enim Ordinarius et n. maxime libera peculij  
administratione fungatur, peculiarem seruum Iure manumittit, cum manumissio ad  
iustas



in ita donationi peculij potius dimissionem, quam administrationis contineat. l. Contra. 28. §. Vlt. de Pact. junct. l. Vlt. de Curat. furion. l. Servus. 13. de Manumission. l. Filius. fam. 7. in princ. de Donation. Intelligendum igitur erit de Vicario servo, vel ab eo, in cujus dominij per alienationem ab Ordinario factam pervenerit, vel ab altero, qui eum Viceperit, manumisso, quibus casibus stricto Jure extincta statuta libertatis spei eo Jure effectu addita portea hereditate instituta, ut ex quo die venerit, vel conditio exierit, qui etiam ex testam. libertatem servus nanciscatur, et Ordinarius libertus constituitur, si antiqua Juri observationem inspicimus, juxta quam Vicarius servus in diem, vel sub conditione liber esse sumi, sive ab eo, qui ex alienatione ab Ordinario facta causa ejus dominium acquisiverit, sive ab altero, qui eum Viceperit, manumissus, ad in ita statu liberi ab herede manumissus, latinam solum libertatem consequentur. l. Vlt. §. Sed et sub condit. C. de Latin. libert. toll. junctis que dixi ad titulum. Quando dies leg. ced. cap. 2. n. 18. at post novam Justiniani sanctionem in d. §. 5. quamvis plenissimam statim adificatur libertatem, post diem venientem, aut conditionem existentem perinde Ordinarius libertus constituitur, ac si manumissus ante non fuisset, sed ex testam. directam libertatem accepisset.

N. 14.

Iam vero ut Regiam, Rectamque viam nostre disputationis prosequamur, ex hac tenus fundata ratione, propter quam heredes ante additionem decedentem nec hereditatem, nec magis succedendi, aut adeundi ad heredem transmittere posse asserimus, Evidenter inferitur, Regulam nostram tam in legitima, quam in testamentaria hereditate procedere. Et ut de testamentaria prius, mox de legitima hereditate tractemus, certi Juri est, quod sive institutus, sive substitutus heres vel superstitite adhuc testatore, vel post delatam eo institutioni, vel substitutioni causa hereditatem ante additionem decederit, nec nondum additam hereditatem, nec magis adeundi Juri poterit ad heredem transmittere. l. Qui plures. 23. l. Lucius. 45. §. 1. de Vulg. et Pupill. substit. l. Toties. 81. hoc tit. l. Si ex pluribus. 9. Ver. alia causa. de Sur. et legit. hered. Quod et in pupillari substitutione servatur, etenim si pupillari substitutus ante additam impuberis hereditatem decederit, Juri ex substitutione succedendi ad heredem non transfertur. l. Qui liberi. 8. §. Vlt. l. Sed si plures. 10. in princ. l. Quia habebat. 41. de Vulg. Succedendi quippe Juri sive ex institutioni, sive ex vulgari, aut pupillari substitutioni causa defertur, in bonis non est, sed in simpliciter acquirende hereditatis occasione conmittit, per quam patrimonium non augetur jam vidimus. Duplex tamen occurrat difficultas, Prima ex toto in l. Substitutio. 42. de acquir. rer. dom. ubi scribit Paulus, quod substitutio, que nondum competit, extra bona nostra est: §. qua jam bit Paulus, quod substitutio, que nondum competit, extra bona nostra est: §. Ex quo defertur competit substitutio in bonis est; sed tunc competit, cum defertur: §. Ex quo defertur in bonis jam est, ac per consequens etiam ante additionem ad heredem transfertur. Secunda ex toto in l. 25. Illud. 2. de heredit. vel act. Vnde cum a Patre scriptus heres, et impuberi filio substitutus paternam vendidisset hereditatem, et quæretur, an id, §. Ex impuberis hereditate ad venditorem perveniret, in exemplo actionem veniret. Vlt. §. Respondit, quod cum diversæ sint hereditates, id quod ad venditorem ex impuberis hereditate pervenerit, restituendum emptori non est, nisi forsitan id actum sit, ut impuberis etiam hereditas in venditionem veniret, maxime si jam delata impuberis hereditate paterna veniret hereditas: §. impuberis hereditas ex causa pupillari substitutioni delata poterit diverahi, ac per consequens semel competens pupillari substitutioni Juri in bonis jam est, et ante additionem poterit ad heredem transferri.

N. 15.

Neutra tamen ex his difficultatibus prædictum principium offendit, quarum prima responderi cum Accursio poterit, quod scribit Paulus in d. l. 42. de acquir. rer. dom. substitutionem, que nondum competit, extra bona nostra esse, de substitutione intelligendum, que nondum cum effectu competit, id est ex cujus causa addita hereditas nondum est, que tanquam in bonis non existentem, ad hereditatem transferri non



debet. Vel dici etiam potest, praesentibus Cujacio lib. 11. Pauli ad Edictum in d. l. 42.  
Et Giphano in lectione Altorfina ad eundem locum, eo Pauli sententiam pertinere,  
ut quae nondum competit, id est non dum delata substitutio, quia ex ea bona nostra est, ad  
haeredem transmitti non potest; Nec tamen ex eo recte inferri, semel delatam substitutio-  
nem in bonis jam esse, et ante additionem ad haeredem transmissam, cum superius funda-  
ta Iuris ratio tam delata, quam non dum delata haereditatis ante additionem trans-  
missionem impediat, et argumentum a contrario sensu, quod ex eo a huius die  
in Iure sequitur, nullum esse pondus nullum ignorat. Accedit, quod Paulus ipse  
in d. l. 45. §. 1. de Vulg. scriptum reliquit, quod si substitutus ante existentem causam  
substitutionis, et sic ante delatam sibi haereditatem ex causa substitutionis dece-  
derit, ab haerede non transfert substitutionem; Nec tamen ideo sentit, quod si substi-  
tutus post venientem substitutionis causam decederet, ad haeredem substitutionem  
transferret, cuius contrarium secundum Iuris principia procedere non ignorabat.  
Secunda difficultati respondendum est, Verum quidem esse haereditatem sive ex  
institutionis, sive ex Vulgari, aut pupillari substitutionis causa delatam dista-  
hi posse, et si addita nondum sit, nec tamen ex eo deduci, non dum additam haeredi-  
tatem ex dilationis tempore in bonis jam esse, Vel proxius aliena exemplum satis osten-  
dere, cuius venditio Iure substituit, quamvis in bonis non sit. l. Rem alienam. 28. de  
Contrah. emp. ut acute praevidit Anton. Faber in Ration. ad rom. in d. l. 25. 2. de  
haered. Vel act. Vend. circa finem: stat igitur optime, quod non dum addita ha-  
reditas neque in bonis sit, nec ad haeredem transmittatur, et tamen potest in emp-  
tionis, et venditionis contractum venire ex his, quae cum pluribus tradit D. Olea de  
Cenon. Iur. et action. tit. 3. quaest. 10. per totam. Nec ex d. l. 25. 2. credat aliquis, quod  
mortuo patre, licet superstiti adhuc impubere, potest pupillari haereditas dista-  
hi, prout ejus tibi auctoritate deceptus frustra persuadere conatus Anton. Gomez in  
l. 22. Tau. num. 16. Verius namque est, quod licet Patris decederet, dum superstiti  
impubes est, pupillari haereditas non Iure distrahitur, cum sine re, qua veniat, in-  
telligi contractus emptionis, et venditionis non possit. l. Nec emptio. 8. de Contrah.  
emp. l. Cum haereditatem. 7. de haered. Vel act. Vend. Superstiti autem haereditas  
nulla sit. l. t. eod. tit. l. Neminem. 27. l. Qui superstiti. 94. hoc tit. Nec magis haer-  
editatis spes vendita dici potest, cum improbara sint Iure nostro pactiones quali-  
bet super viventis haereditate, utpote quae votum capienda mortui induerent. l.  
Vlt. C. de Pactu. l. 3. C. de Collat. l. 4. C. de Inutilib. stipulat. ut ad rem animadvertit  
Petr. Barb. in l. 25. Interdum. de Vulg. n. 25. Nec contrarium probat eod. in d. l. 25. 2.  
quia ut in ejus Ration. docuit Anton. Faber, melius quam Alciatus, et Menchaca,  
quibus subscribit Barb. ubi nuper n. 28. dictio illa maxime non implicative est  
accipienda, ut contrarium quoque non delata haereditatis causam contineat, sed  
restrictive pro scilicet, ita ut ad delata haereditatis terminos decisionem referan-  
t, prout et accipitur in l. Vlt. §. 1. C. de Testam. manum.

N. 16.

Ex eadem ratione si  
extraneus haeres ab intestato ad legitimam successionem vocatus, priusquam adierit,  
vel pro haerede generit, vita deciderit, nec haereditatem, nec succedendi Ius ad haere-  
dem transmittit d. l. 1. §. 1. Veri. Unde tractari ad Tertyll. d. l. 9. in quo. de Sui, et legit.  
haered. Vlt. in fragment. d. tit. 26. de legitim. haered. §. Si plures. §. Paul. d. lib. 4. Sent.  
tit. 8. de Intestator. success. §. In haereditate. 3. d. l. 2. C. ad S. Cum Offician. d. l. 1. circa  
finem. C. Theodos. de Legitim. haered. d. 5. Placebat. 7. In iur. de legit. agnat. success. d. 5.  
Vlt. In iur. de S. C. Offic. Sed dicitur: Filius maternam haereditatem, ad quam ex Or-  
fic. I. Civ. ab intestato vocatus, etiam ante additionem ad haeredem transmittit, ut  
suaderi videtur, tum ex eo quod mater non minus quam Pater, in cuius fuerit po-  
testate, ipso Iure succedere dicitur in l. Si mater. ff. C. de Sui, et legitim. liberis; 1910



ipso autem Iure succedere nihil aliud est, quam abique ulla additione, aut pro  
 herede gestione heredes existeret, quod in iuri duntaxat heredibus verificatur. S. Sin  
 autem. 3. In tit. de heredit. qua ab intest. defez. Tum ex eo, quod licet impubes sit, si tamen  
 facti possit, per se, id est sine tutoris auctoritate, matris heres existeret dicitur in l. 1. C.  
 ad S. C. Tertull. quod suorum heredem proprium esse constat ex d. S. 3. juncta l. 9. S. 1.  
 de auctor. tutor. sed si iuri heres etiam ignorans ad quemcumque successorem herede-  
 ritatem transmittit, ut seqq. cap. dicemus, et in iuris probat t. in l. Apud her-  
 tes. 8. C. de Sui, et legit. lib. ergo et filium, qui matris ab intestato quam suus heres suc-  
 cedit, non additam hereditatem poterit ad heredem transferre, ac per consequens  
 legitima hereditas etiam ante additionem ad heredem transmittetur. Sed dicen-  
 dum adhuc est, filium, qui non tanquam suus, sed tanquam extraneus heres ad le-  
 gitimam matris hereditatem vocatur ex seq. t. in l. Nulla femina. 13. de Sui, et  
 legit. hered. Ius succedendi ante additionem transmittere ad heredem non posse  
 ex dictis Iuribus, quibus nec expensu nuper t. refragantur; Quod enim filius in  
 d. l. 11. C. de Sui, et legit. liber. matris non minus quam patris ipso Iure succedere  
 dicitur, non eo pertinet, ut iurati Iure maternam n. minus quam paternam heredi-  
 tatem acquirat, sed ut quemadmodum abique ullo Tutoris beneficio Iure civili  
 parenti suus heres existit, sic et matris, quin Unde cognati bonorum possessionem  
 petat, qua olim indigebat. p. in In tit. de S. C. O. offic. ipso Iure, id est civili Iure, seu  
 quod idem est ex O. offic. S. C. O. succedere, et citra bonorum possessionem ad eundem,  
 vel pro herede gerendo possit hereditatem acquirere, ut signanter exprimitur in l. 3.  
 C. ad S. C. O. offic. et ad eum tit. C. S. fac. observant. Sed et quod impubes filius, dum-  
 modo facti possit, per se matris ab intestato heres existeret dicitur in d. l. 1. C. ad  
 Tertull. accipiendum sic est, ut impubes filius, si facti possit, ad Infantis diffe-  
 rentiam per se possit, interveniente tamen tutoris auctoritate, maternam heredi-  
 tatem acquirere. juxta generalem regulam t. in l. Pupillus. 9. hoc t. quemad-  
 modum et in l. Qui duo. 12. de Vulg. l. Qui duo. 9. in p. r. Veri. Dicitur si Ordine. de  
 Reb. dub. l. Patet. 14. S. Ut. ad legem Falcid. in quibus impubes frater impuberi  
 mortuo fratri legitimus heres existere proponitur, supponendum necessario est,  
 quod tutore auctore addita fraternae hereditas fuerit, ut sic potuerit ad sub-  
 titutum novissimo decedenti datum transmitti, ut ex Costa, Donell. Perz. Barb.  
 et D. Retes latius dicebam in academ. de Pupill. sub tit. cap. 1. n. 20.

Num. 11.

Sed et expendi adhuc po-  
 ssunt difficiles t. in l. Cum pubere. 22. et in l. Si mulier. 23. de Reb. dub. in  
 quibus si mater subito aliquo casu cum filio simul perierit, si quidem pubes  
 jam filius fuerit, matris supervivente praesumitur; at si impubes adhuc fuerit,  
 prior decuisse intelligitur. Tunc sic: si nec filius nondum additam maternam  
 hereditatem, nec mater, quam non dum adiunget legitimam filij hereditatem  
 possit ad heredem transferre, Vt proque sane casu sine ullo Iuris effectu, et inanis  
 proxius supervivente praesumptio erit, cum per rerum naturam nec mater filij, nec  
 filius matris adire hereditatem poterit: ne ergo dicamus furtiva Ius notitum his  
 duobus casibus supervivente praesumptione induxerit, facendum necessario est,  
 quod filius nondum additam maternae hereditate, et mater legitimam filij heredi-  
 tatem ante additionem ad heredem transmittat. Crescit difficultas ex eo, quod  
 ubi pater cum pubere simul filio eodem casu decedit, filius Patris supervivente pra-  
 sumitur, ejusque praesumptioni effectus ille, est, ut filius, qui momento supervivente  
 creditur, eodem instante suus heres existat, et paternam hereditatem ad heredem  
 transmittat. d. l. 9. S. 1. et S. Ut. de Reb. dub. Cum ergo in d. l. 22. et 23. cod. tit. eadem  
 supervivente praesumptio vel circa filium respectu matris, vel circa matrem







transmitti. Rursum: In Iure cetero legitimus est transferendi dominij modus juxta eundem Vlp. d. tit. 19. § 1. et in §. In Iure cetero. 8. sed legitima hereditas nondum addita, recte in Iure ceditur: q. etiam ante additionem in bonis jam est; alioquin nec cedi potest, nec alienari. Ex regula t. in l. Traditio. 2. de acquir. Ter. domin. Ergo et potest ante additionem ad heredem transmitti. Fragmentum hoc, quamvis ad rem nostram non expendant, explicant Cusac. lib. 18. Obier. cap. 11. et Anton. Faber de error. Pragm. decad. 20. error. 9. et 10. quibus et subicitur D. Olea de Cetero. Iur. et action. tit. 2. quast. 3. num. 43. cum seq. asserentes, ideo legitimam hereditatem ad testamentaria discrimen ante additionem in Iure cedi posse, quia lex sicuti legitimo heredi defert hereditatem, sic et efficere potuit, ut nondum addita legitima hereditas in Iure cedi, et ad alium possit transferri. Hæc tamen interpretatio, si vera esset, superiorum difficultatem auget potius quam diuolueret; nam si sola legis potentia nondum addita legitimæ hereditatis cessionem, et translationem subintraret, eadem etiam hoc ipso legitimæ hereditatis ante additionem transmissionem induceret ex Reg. t. in d. l. 42. de administr. uxor. Sed nec feliciter excludimus alioquin amicum, et Commagister noster D. Petrus de Chabazii in 2. doctrinæ suæ Didacæ hæc parte. cap. 6. num. 11. ad nos dumtaxat heredes spectare Vlpianam sent. eximiam, cum generaliter Vlp. de legitimæ hereditate pertractet, et repetita additionis hereditas apud eundem mentio, n. nisi inappropriatè, et abusive possit ad nos heredes transferri. Hæc in re sanè difficillima apud Interpretes, quæ impug-

narum, inveni-

Quibus omnino, ut genuinam Vlpianam mentem ex antiquitatis latebris eruamus, ejusque fragmentum, quod dicitur nos totum facimus, novo nunc, utili, neque injucundo forsitan splendore illustremus, necessario præmittimus inter Jus adeundi, et hereditatem, quoties de cessione tractatur, quam plurimum interire; adeundi namque Jus nec à legitimo, nec à testamentario herede cedi potest, tum quia in bonis non est, ut dixi num. 6. Tum q. persona coheret, nec in alium potest transferri. Unde licet hereditas ante additionem, quo tempore in bonis non est, dicitur potest ex dictis n. 15. adeundi tamen Jus, quia in alium transferri non potest, emptionem, et venditionem n. recipit; at si de nondum addita hereditatis cessione quaeratur, multum refert, an ei, qui cessione non facta nullo alio Jure succedere defuncto potuisset, an vero ei, qui cedente de medio sublato succedere proprio Jure potest, cessa hereditas proponatur. Primo casu si extraneus hæres testam. scriptus, aut ab intestato vocatus hereditatem ei cesserit, qui cessione non facta nullo alio Jure succedere defuncto potuisset, hoc ipso pro herede gerere, hereditatem acquirere, eamque sibi acquirere in cessionarium transferre teneret. argum. t. in l. Pannonius. 86. §. Vlt. hoc tit. l. Si avia. 6. C. de Jure deliber. quippe cum nec cessionarius succedere proprio Jure potest, nec extraneus hæres quam nondum sibi acquirere hereditatem, in alium transferre queat, ex ipso cessionis actu in necessarium antecedens præambula hereditatis inducitur acquiratio, ita ut celeritate contingendarum actionum una quidem acquiritioni, scilicet hereditatis actio occultetur. argum. t. in l. 3. §. penult. de Donat. inter. Sed intellectus ordine hereditatis acquiratio, ejus cessionem præcurre credatur, ut quamvis ad præxim Scholastico more mixtæ, et cum pluribus rem explicat Salgado in Labeo. creditor. 2. parte cap. 12. ex num. 29. Cui et consentit D. Olea d. tit. 2. quast. 3. ex num. 31. quorum doctrina ex his potest confirmari, quæ supra dixi num. 9. circa finem: Maneat ergo quod ei, qui cessione præfacta nullo alio Jure succedere defuncto potest, nec testamentaria, nec legitima hereditas ante additionem cedi dici potest; quia cum cetero ipsa præxim pro herede gestio, nem, et hereditatis acquiritionem necessario præsupponat, implicat in terminis, quod hereditas cessa sit, et quod ante additionem, seu acquiritionem cessa dicatur.

N. 20.



Ad quam Iuris partem referendum existimo singularem eam in l. Agud Celum. 4. §. Si cum legitima. 28. de Doli mali, et met. except. ubi cum testam. scriptus heres a proximo defuncti agnato deceptam hereditatem repudiet, et agnatus delatam sibi legitime hereditatem ei, qui cessione non facta succedere proprio Iure non poterat, accepto pretio cessionis, et cessionario ab eo, qui heres fuit institutus, hereditatem petente, de doli mali exceptione quaeritur. Ulpianus respondet, quod cessionarius, quia pretium pro hereditate rependit, et onerosam causam habet, ex Auctoris, id est cedentis persona, doli exceptionem non patitur. supra generalem ejusdem Cui Regulam in eadem l. §. Auctoris. 34. v. Sufficit enim, in qua tunc serie illud observatione dignum occurrit, agnatum non prius adijisse, deinde cessione, sed solum delatam sibi legatam hereditatem extraneo uti licet cessione, proponi: ergo ex Ulpiani sent. extraneo, qui succedere proprio Iure non potest, facta hereditatis cessione primum pro herede gestionem, et acquisitionem in cedentis persona presupponit.

N. 21.

Secundo vero casu, si ei scilicet, qui cedente de medio sublato, defuncto succedere proprio Iure potest, ab extraneo herede ante additionem cessionis hereditatis proponatur, cessionis actus non pro herede gestionem, imò hereditatis continet repudiationem, ut ecce si extraneus testam. scriptus heres priusquam adierit, cohæredi, vel vulgari substituto, vel proximiori defuncti agnato cesserit hereditatem, non ideo pro herede gestione, imò repudians hereditatem cesserit. Argum. tunc in l. Si sponsus. 5. §. Si maritus. 13. de Donat. inter. Idemque Iuris est, si extraneus ad intestatam successionem vocatus, antequam adierit, vel cohæredi, vel sequenti in gradu agnato cesserit hereditatem. Ratio hæc est, quod hereditatis cessione ei facta, qui nullo alio Iure venire ad defuncti successionem poterat, præambulum pro herede gestionem, et acquisitionem continet, illud efficit, quod alioquin inutilis omnino cessionis actus esset; neque enim nondum acquisita hereditas in cessionarium potest transferri, ut Anteriori num. vidimus; sed ubi ei, qui cedente de medio sublato proprio Iure succedere defuncto potest, hereditas ceditur, efficax cessionis actus est, et si pro herede gestionem non supponat, sed repudiationem continet, cum post cedentis repudiationem cessionarius proprio accrescendi, aut substitutionis, aut intestate successionis Iure defuncto succedat. Hoc ipsum sic clarius explicatur: In id solum hereditas ceditur, ut in cessionarium transferatur, seu ut in eum, qui succedere proprio Iure potest, hereditas transferatur, prævia ex parte cedentis pro herede gestio non exigitur, sed sufficit repudiatio, quæ proprius efficit, ut cessionario hereditas deferatur: si ei facta hereditatis cessione, qui succedere proprio Iure potest, ex parte cedentis repudiationem potius, quam acquisitionem supponit, sic docent, quamvis non sic explicent laudati nuper Salgado, et Olea, Verique ex num. 45. quorum Sententiam sequenti, nova quidem, et efficaci ratione confirmo: Cessionis actus in dubio interpretandus sic est; prout utiliter tam cedenti, quam cessionario esse potest; profecto vero si cessione hereditatis ei facta, qui succedere proprio Iure potest, pro herede gestionem in cedentis persona supponeret, cessionis actus utriusque noceret, cedenti, quia hereditariis oneribus adstrictus maneret, et cessionario, quia defuncti debitores liberarentur, ut Verumque eveniret, si hereditas postquam addita fuerit, in Iure cedatur, Ulpianus affirmat in fragment. d. tit. 19. §. Si antequam. 12. Veri. quod si potest eam. Pro cuius explicat. Videndi Anton. Faber d. decad. 70. ex. 10. et Santolaria in Manuscript. ad num. tit. cap. ex num. 53. Vique ad num. 59. at ex eo, quod hereditatis cessione in proposito ex parte cedentis non pro herede gestionem, sed repudiationem includat, nec cedenti utpotè qui nunquam heres exiit, hereditariis oneribus obstringitur, nec defuncti debitores liberantur, imò actiones omnes hereditarias in cessionarium, qui proprio Iure succedit, transferuntur, ut notum est, et cessionis actus neutri nocivus, imò utriusque proficuum esse dignoscitur; sic ergo debet interpretari, ut ex parte cedentis repudiationem potius, quam pro herede gestionem continet.

N. 22.

Quæ doctrina indistincto procedit, sive gratuito, sive accepto pretio ei, qui succedere proprio Iure potest, hereditas cedatur; quamvis enim cedens hereditatis occasione, seu quod idem est, mortis causa pretium accipit. l. Qui pretio. 8. l. Si mulier. 12. l. Mortui. 34. §. Sine donatione. 2. Veri. Eodem numero. de Mort. caus. donat. non ideo pro herede gestione, imò repudians hereditatem intelligitur. arg. 2. p.



l. 2. in l. Si quis quæritur. 24. hoc tit. l. 2. in p. Si quis omnia cã testam. quamvis utroque  
 cau siquidem fraudulento consilio hæreditatem omiserit, in Edictum Si quis omnia cã testam.  
 in ead. dicitur in l. 1. d. l. 2. in p. et d. cum duab. legib. segg. Si q. omnia cã testam. Ex  
 quibus intelligendus est t. quo tota hæc auctio nititur in l. Non vult. 6. de Reg. Iur. ubi scribit  
 Vlpian. quod non vult hære. esse, qui ad alium transferri voluit hæreditatem. Iuxta sent. cum  
 accipi de ea cessione non potest, quæ ei, qui succedere aliòquin n. potest, facta proponatur, ut  
 potest quæ necessaria Iuxta ratione præviam ex parte cedentis pro hærede gestionem præsup-  
 ponit, referenda omnino est ad cessionem factam ei, qui succedere proprio Iure potest, quæ  
 cedentis repudiationem includit, et vim extrinsecam, ut cessionarius proprio Iure succedat, idque  
 Vlpian. sonare illud præterea periuadet, quod textus ille, ut ostendit inscriptio, derumptus est  
 ex lib. ad Sabin. sub quo de cessione hæreditatis ei facta, qui succedere proprio Iure potest,  
 Vlpian. disputare indicant ejusdem auctoris, et inscriptionis termini in d. l. 2. h. tit. et in d.  
 l. 2. Si quis omnia. cau. testam. ut ad rem observavit Revard. Petr. Faber, La colus Gothofr.  
 in d. l. de Reg. Iur. eoique securus Olea d. num. 45. Si dicas cum Anton. Fabio d. decad. 10. ex-  
 cor. 9. quod Vlpian. in d. l. 6. de eo loquitur, qui in alium hæreditatem transtulerit, quod verificari  
 non potest, si ei, qui succedere proprio Iure potest, cessa hæreditas proponitur, dato quod  
 hæreditatis cesso eo casu juxta nostram sententiam ex parte cedentis repudiationem in-  
 cludat; neque enim quamvis repudiet hæreditatem, in alium transferri dici potest. Res-  
 pondit optimè Petr. Faber, quod qui hæreditatem ei cedit, qui succedere proprio Iure potest,  
 cum hoc ipso repudiare censetur, si proprio, et rigorose loquamur, in cessionarium hæredita-  
 tem non transfert. Sed tamen quia dum cedit, et repudiat, in causa est, ut cessionario pro-  
 prio Iure hæreditas deferatur, improprie hæreditatem transferre dici potest, sicut et eadez  
 loquendi ratione apud Tryphon. in celebri t. in l. filium. 20. in p. Vex. Si autem omiserit  
 de Bonor. possen. contractab. Extranew hære. dum hæreditatem repudiat, eo testam. exhe-  
 redatum filium ad paternam hæreditatem admittere dicitur, quia scilicet in causa est, ut  
 irrita facta exheredatione filius ab intestato sui hæres existat: Similiter ergo qui quis  
 hæreditatem ei cedit, qui succedere proprio Iure potest, improprie saltem cedere, et transfe-  
 re hæreditatem dicendus erit =

N. 23.

Hæc, quæ pro Vlpiani illustratione d. tit. 19. de Dominij. s.

S. Hæreditat. to. cum S. seq. hucusque præmissimus, uberiorem reddere ejus sententiam  
 videntur; habemus etenim, et quidem (quod et admirationem excitat, et majorem  
 ingerit difficultatem) ex eodem Vlpian. in d. l. 2. hoc tit. 2. in p. Si quis omnia. cau.  
 testam. l. 5. 28. de Dol. mali, et met. except. 6. de Reg. Iur. quod ei, qui successione sectua  
 proprio Iure Venire ad defuncti successionem non potest, nec legitima, nec testamentaria  
 hæreditas ante additionem cessa dici potest, quin cessionis actu præviam hæredita-  
 ti acquisitionem supponat; ei vero, qui succedere proprio Iure potest, sive legitima,  
 sive testamentaria hæreditas sine additione cedi potest, cum hujusmodi cesso hæredi-  
 tatis repudiationem includat: q. in Vlpiani sent. an legitima, an testamentaria ce-  
 datur hæreditas, nihil interest, sed solum an cessionarius succedere proprio Iure  
 potest, an non potest spectatur: sibi igitur Vlpian. contradicit, dum in S. l. legitimam  
 hæreditatem ad testamentariaz differentiaz ante additionem in Iure cedi posse ave-  
 rat. Huius difficultati, in cuius solutione nullum habeo, quem sequar, ut satisfi-  
 ciam contra omnium Interpretum placita dicendum arbitror, quod Vlpianus in d.  
 S. l. inter legitimam, et testamentariaz hæreditatez differentiam quidem constituit;  
 quæ tamen non in eo est, ut legitima etiam non dum addita, testamentaria vero n.  
 nisi post additionem cedi potest, ut falsò hæcenus creditum est, sed in eo potius,  
 ut cum utraque ante additionem cedi potest, facilius tamen testamentaria, quam  
 legitima, quod sic explicio: Tunc solum hæreditas ante additionem cessa dici potest,  
 cum ei ceditur, qui cedente de medio sublato proprio Iure succederet; profecto vero  
 quod testamentaria hæreditas cedi ante additionem ei potest, qui post cessionem pro-  
 prio Iure succedat, veluti vulgari substituto, aut proximiori agnato pluiquam mani-  
 festum est, cum cesso hæc repudiationem contineat, et testamentario hærede repug-  
 nante, vulgari substituto, aut n. si datus non fuerit, proximiori agnato juxta communia



Iuxta principia hereditas deferatur; quod autem legitima hereditas ante additionem  
cedi possit, non æquè facile est; Nam licet si coheredi cedatur extra omnem controversiam  
aleam cetero subiicit, quia repudiationem includit, et uno ex legitimis hereditibus repu-  
diantem, alteri, qui adierit, ejus portionem accrescere certum est; si tamen legitimus  
heredes ante additionem sequenti in gradu agnato cesserit hereditatem, dicendum Ul-  
piani temporibus videbatur, quod non aliter utili cessionis actus esset, quam si ex par-  
te cedentis pro herede gestionem supponeret, ac proinde quod legitima hereditas  
sequenti in gradu agnato cessa ante additionem dici non posset; Nam si cessionis actus  
repudiationem includeret, sequenti in gradu agnato, idemque cessionarius succedere  
proprio Iure non posse videbatur, cum olim in legitimis hereditatibus successionis locus  
non esset, id est proximiori agnato, vel deficiente non idè sequenti in gradu agnato  
ad intestatam admitteretur successionem. S. Placebat. J. Instit. de Legit. agnat. succ.  
Qua dubitandi ratione insuper habita, Ulpianus decidit, quod non èo minus sequen-  
ti in gradu agnato facta cessionis hereditatis efficax actus est, qui repudiationem  
contineat; Quod enim antiquitus in legitimis hereditatibus successio non esset, et unica  
delatione legi potestas consumeret, fuit propter fisci compendium introductum, ut  
sic facilius hereditates avocarent, et ad fiscum pertinere, ut communiter obser-  
vant DD. in d. S. D. Ex eo autem quod sequenti in gradu agnato ante additionem  
legitima hereditas cessa intelligeretur, nullum fisco dispendium infereretur; Nam  
et si aliter Ius poneretur, ut scilicet sequenti in gradu agnato legitima hereditas  
cedi ante additionem non posset, non èo magis in ejus cessionis terminis fisci lucrum  
aliquid posset sperare; nec enim Iureposito cessionis actus prænam ex parte cedentis  
pro herede gestionem supponeret, nec fisco locus esset. Merito ergo receptum fuit,  
cum in cessionis casu nullum fisco præjudicium irrogaretur, ut sequenti in gradu  
agnato ante additionem cedi legitima hereditas possit, et proximiori agnato  
per cessionem repudiantem, sequenti in gradu admitteretur, ut nec tam cedentis,  
quam cessionarii utilitatibus plenius consultum esset, quorum interesse cessionis  
actum repudiationem potius, quam pro herede gestionem includere contra ex dic-  
ti Num. Ut circa finem, et hanc integram Ulpiani sententiam fuisse, sic probò: Scripsit  
Celsus in d. S. de quo hereditas in Iure cedi potest, vel antequam adeat, vel postquam  
addita sit. Avertio hæc generaliter prolata, generaliter est accipienda, et ad quam-  
cunque hereditatem sive testamentariam, sive legitimam referenda ex Vulgari reg.  
tò. in l. De pretio. s. de Publica in Rem act. Sed tamen quia dubitari jure posset, an  
generalis hæc avertio ad legitimam etiam spectaret hereditatem? dubitationi sub-  
movenda causa statim subjungit in d. S. W. seq. quod à legitimo herede ante additio-  
nem hereditatis recte ceditur, quod idè de testamentaria herede signanter non  
expressit, quia illud tanquam certum, et indubitatum, satius in præcedenti genera-  
li avertione comprehendere specialiter admonere supervacuum merito duxit. Hoc  
ipsum sequens ostendit Vericulus, in quo subjicit, quod postquam addita sit tam à  
legitimo, quam à testamentario herede hereditas cedi potest, qui loquendi modus,  
ut advertit Arnold. Vinn. in prælo Instit. de hered. instit. indicat, quod licet tam  
antequam post additionem cedi utraque hereditas possit, facilius tamen testamentaria  
quam legitima propter nuptiarum expensam rationem.

Ex quibus difficultati, quam supra  
expendimus n. 19. jam facile respondemus ex eo quod sive legitima, sive testamentaria  
hereditas ante additionem cedi possit, non recte deducit, quod et nondum addita pos-  
sint ad heredem transmitti; Sunt enim hæc dissimilia, hereditas ante additionem  
ei solum utiliter ceditur, qui succedere proprio Iure possit, et utilis idè cessionis  
actus est, quia cedens repudiare conetur, et post ejus repudiationem cessionarius pro-  
prio Iure succedit; transmitti vero ante additionem ad heredem non potest, quia  
heredi heres, nec proprius, nec hereditarius magis Iure succedere defuncto potest. Ex  
superius dictis. Nec tunc obicit, quod quidquid cedi potest, et ad heredem utique  
trans-

N. 24.



transmittitur; Vulgari etiam hanc Regula derumpta ex d. l. 42. de administr. tutor. in his  
 dumtaxat locum habet, quae semel acquisita, quia persona non cohaerent, in extraneum  
 per cessionem recte transferuntur, quae ad heredem similiter transmittuntur, ut videtur est  
 in hereditate siue legitima, siue testamentaria, quae per additionem semel acquisita, q.  
 persona non cohaeret, sed proprium heredi patrimonium efficitur, et etiam, qui succedere  
 proprio Iure non potest, utiliter cedunt, et ex Rationi identitate ad quemcumque succe-  
 sorem transmittuntur, ad eorum discrimen, quae etiam semel acquisita, quia persona  
 cohaerent, quemadmodum in extraneum non recte transferuntur, sic nec ad heredem  
 transmittuntur. l. Si usufructus. 66. l. Cum fundo. 18. de Iure dot. l. Usufructus. 52. Solutio  
 maritimo. l. 4. de Novation. Vlp. d. tit. 19. de dominij. S. Iure. 3. Paulus tit. 3. Sentent. tit. 6.  
 S. Usufructus. 27. et S. In iure cessione. 31. S. finitur. Inuit. de Usufr. Ouald. ad Donell. lib. 10.  
 Comment. cap. 19. lit. B. Carrillo de Usufr. cap. 69. per totum. Galban. eod. tract. cap. 38. ex n. 9.  
 Reti. lib. 1. Opusc. cap. 19. ex n. 8. Olea de Cession. Iur. tit. 3. quest. 1. ex num. 8. Nec magis videtur,  
 quod in Iure cessione inter legitimos transferendi dominij modo, enumeretur; id namque tunc  
 solum procedit, cum ea, quae in patrimonio existunt, ceduntur, quae omnino per cessionem  
 alienantur; at ubi ante additionem hereditatis ceduntur, reuera alienatio non contingit,  
 cum cessionis actus ex parte cedentis repudiationem includat, quamvis improprie hae-  
 ditatis translationem continere dicatur, ex eo scilicet sensu, quem exposui n. 22. a ce-  
 sione igitur nondum addita hereditati ad eundem transmissionem argumentum non  
 recte derumitur.

N. 25.

Maneat itaque ante additionem legitimam non magis quam testamen-  
 tariam hereditatem ad heredem transferri. Unde in illam quae cessionem incidimus, verum scilicet  
 licet inofficium testamenti querella, quae huius competit, qui contra pietatis officium ex here-  
 dati testamentum evertere, et legitimam ab intestato successionem vindicare contendunt,  
 ponit ad heredem transmitti? Pro cuius resolutione dicendum breviter est, quod licet ino-  
 fficium querella statim post additam competat hereditatem l. Papi. 8. S. Si conditioni.  
 10. de Inoffic. testam. non tamen in bonis statim est. Expremi, et singulari tibi in l. 1. S. Sed  
 si puto. 8. juncto S. Verum. 6. Si quid in fraud. Patron. juncti quae dicitur num. 6. Nec ad hae-  
 des aliter transmittitur, quam si fuerit preparata, vel agnita bonorum possessione litem or-  
 dinanda causa, vel per litem contestationem, vel per denunciationem, libelli dationem, aut  
 denique per solam comminationem. l. Porthumus. 6. S. Vlt. cum l. seq. l. Nam etri pateribus.  
 15. S. de Inoffic. test. l. Si pater. 5. C. eod. tit. tibi sic intelligi. in l. 3. C. de Pet. hereditat.  
 juncto Reti. in adversar. de Inoffic. cap. 19. num. 1. Sed obstat, quod inofficium querella  
 vindictam persequitur, et similis injurarum actioni est d. l. 1. S. 8. Si quid in fraud. Pat.  
 Cusac. lib. 11. Obsev. cap. 11. Sed injurarum actio ante litem contestatam nec in bonis est,  
 nec ad heredem transferitur. l. Si eum. 10. S. qui injurarum. 2. Si q. caution. l. 2. S. Si eman-  
 cipatus. 4. de Collat. bonor. l. Injurarum. 1. in p. l. Injurarum. 28. de Injur. q. ad eus  
 inuitat inofficium querella non potest quamlibet preparationem, sed post litem demum con-  
 testatam debet ad heredem transmitti. Verum cum Ant. Sabio in Ration. ad tom. in d.  
 l. 6. S. Vlt. de Inoffic. Respondendum est, quod inofficium querella, quamvis vindictam,  
 propriamque exheredati injuriam persequatur, tamen etiam, id est hereditati persecutio-  
 nem continet, et quia quatenus vindictam persequitur ante litem contestatam, nec in  
 bonis est, nec ad heredem transferri debet, quatenus vero rei persecutionem continet,  
 in bonis statim esse, et abique ulla preparatione ad heredem transmitti oportere  
 videbatur, mediam viam eligi, et temperamentum illud recipi placuit, ut scilicet ino-  
 fficium querella, nec praesens litem contestationem ad sui transmissionem desideret, nec  
 ex quo competit, abique ulla preparatione ponit ad heredem transmitti, sed ex quo  
 fuerit aliquo ex supra scriptis modis preparata, quamvis litem contestatio non interce-  
 nerit, transmissionem recipiat.

55

N. 26.

Hanc doctrinam evertit, imo fulcit tibi in l. Si  
 qui affirmavit. 9. S. Item si tabula. C. de Dolo, ubi cum suppressa testamenti tabula fu-  
 erit, et exheredatus filius ante additam hereditatem, et sic ante competentem que-  
 rellel decemisset, quia eam tanquam nondum preparatam non transmittit eji heredi  
 advenit eos, qui testamenti tabula suppresserunt, et lege Cornelia de falsis, et de dolo expo-  
 nitur permissum, ut explicat Cusac. lib. 11. quest. Papi. in d. l. 15. S. de Inoffic. Anton. lib.  
 in Ration. ad tom. in d. l. 3. S. 2. Reti. in adversar. de Inoffic. cap. 20. num. 3. Nec difficillimum est



201. in d. l. g. b. in p. r. i. a. Veri. sequenti loco de Inoffic. ubi i. filius in sacro paterni existeret, à matre praterita post agnitionem bonorum possenti. l. i. l. i. ordinanda gratia, et sic post preparatam querellam decerneret, ideo querella extinguitur, quia patri nec proprio, nec hereditario Iure competet, non proprio, quia licet ex iniuria filio fam. facta duplex injurarum actio Patri acquiratur, alia proprio, altera filij nomine, cum utriusque iniuria facta cenetur. l. In persona. 30. de Pactis. l. 1. §. Item. 3. l. Patri. 41. cum alijs de Injuris. §. Patria. 2. In tit. eod. tit. junctis quæ dicitur ad tit. C. de Collat. cap. 2. n. 24. Inofficium tamen querella Patri per filium n. acquiritur, nec filij nomine sine ejus consensu à Patre potest exerceri; nam quæ per maternam prateritionem infligitur, iniuria proximima, et personalissima filij est, in qua nihil de officio Patris, sed totum de filij merito agitur. d. l. g. b. in p. r. i. o. l. g. filius. 22. et §. 1. de Inoffic. junctis, quæ cum pluribus tradunt Reteri in adversarij de Inoffic. cap. 24. et Bellon. de Iure accret. cap. 7. quæst. 42. ex num. 55. Nique ad num. 100. Nec etiam agitur per filium bonorum possenti l. i. ordinanda gratia Patri acquiri dici potest, ut potest quæ sine re est, nec ullum aliud præter querellam præparationem affect emolumentum; sed nec hereditario Iure querella Patri competit, qui ante Novellam 118. filio fam. hæres existeret dici n. poterat. l. Qui contra. 11. de fidej. junct. l. Creditorum. 18. ad Macedon. ut docent Antonij. Faber in Ration. ad ex. ind. l. g. de Inoffic. et Bellon. d. quæst. 42. n. 466. cum 3. seqq. Nec tunc obstat t. i. in l. Si quis filium. 34. et in l. Scimus. 36. §. 1. tit. C. de Inoffic. in quibus contra Veteri Iuri disciplinam pietatis ratione submissi noites Justinianus induxit, ut sic exheredatus filius ante additam hereditatem, et sic priusquam præparare querellam potuerit, decerneret, eam ad suam quidem potestatem transmittat, ad extraneos vero hæredes tunc solum transferat, cum post additam hereditatem, et præparationem factam decerneret, in quibus terminis hujusmodi decisiones expaudentur sunt; neque enim sententiæ Justinianus potuit, querellam ante additam hereditatem, et sic nondum competentem posse ab exheredato præparari, ut sic censent Antonij Fabri in Justin. calumniæ in Ration. ad tom. ind. l. g. §. 1. de Inoffic. quamvis aliter, nec recte hæc Iura Cusac. interpretetur d. lib. 4. quæst. 1. Papin. ind. l. g. §. 1. eod. tit.

N. 21.

Sed illa ex dictis nascitur difficultas: Qui inofficium querellam præparaverit, non ideo legitimam hereditatem adijue cenetur, ut potest quam acquirere n. poterit, per quam victoriam reportaret, cum nec ante rescissum testamentum ab intestato hæredibus deferatur; et tamen post præparationem non modo querellam, sed et non dum additam legitimam hereditatem ad hæredem transmittit, legitima igitur hereditas ad testamentaria dicitur, etiam ante additionem ad hæredem transferatur. Facile tamen resp. quod inofficium querela, cum non in mora acquirendi facultate, sed vel in actione, vel in officij Iudicij imploratione consistat, ex quo præparatur, in bonis jam est, et ad hæredem transferitur, Regula namque nostra, quæ non dum addita hereditatis impedit transmissionem, tunc solum procedit, cum ad persequendam hereditatem non actio, sed simplex ad eundem facultas competat, quæ tanquam in bonis non existeret, transmitti ad hæredem non poterit; at si actio aliqua ad persequendam competat hereditatem, prout in inofficium querela contingit, ex quo in bonis esse ceperit, potest ad hæredem transferi. Quæ solutio sequentibus Exemplis roboratur. Quia adrogatus impuberi quartam sibi debitam ex bonis adrogatoris per conditionem ex lege potest persequi, eam quamvis nondum additam ad hæredem transmittit. l. Si adrogator. 22. in p. r. i. o. de Adoption. d. l. 1. §. Si impuberi. 2. de Collat. bonor. junctis quæ dicitur num. 6. Similiter quia filius, cui minus legitima portione relicta est, novo Iure inspecto, eam per conditionem ex lege persequi poterit, et legitima boni viri arbitrarij repletur. l. Omnimodo. 30. cum sequenti. C. de Inoffic. Ius hoc appendi ad supplementum ad quemcunque successorem transmittit, ut advertunt Interpp. in §. Sed hæc ita. 3. In tit. eod. tit. et tenent plures, quos refert, et sequitur Rayllon Saynez in addition. ad Anton. Gomez. t. tom. Variar. cap. 11. n. 23. circa finem, quibus ad eundem alios referens Olea de Censur. Iur. tit. 3. in Marcell. n. 16. Unde fortiori Ratione infero, quod cum hodie quodcumque gravamen legitima impostum ipso Iure tollatur, et rejiciatur. l. Quoniam in personam. 32. C. de Inoffic. Ius rejiciendi gravaminis à legitima potest ad hæredem trans-



transfere. argum. tñ. in l. Quamquam. fo. C. ad leg. Falci. et cum pluribus tenet Cas-  
tillo. tom. 5. Contror. ca. fo. num. 10. cum seq. Quamvis contrarium sine ratione defendant Ste-  
phan. Gratianus tom. 5. discept. forens. cap. 383. Et num. fo. et Iacobus Cancei. t. part. Paris. Re-  
soluet. cap. 3. n. 4. cum seq. decepti auctorit. tñ. in l. Cum patronus. 28. de leg. 2. qui tamen Sen-  
tentiam nrām potius firmat, si recte intelligatur ab Illust. Ramo lib. 2. ad leg. Jul. et Pap.  
Relig. 11. ex n. 23. Et denique q. u. qui se desert delationis premium, de quo videndus Ama-  
ya in l. t. C. de Delat. lib. fo. num. 57. cum 2. seqq. per condictionem ex lege potest persequi; Si-  
quidem post inchoatam delationem deceuerit, quamvis nondum res in fisco fuerit coacta,  
illud ad heredem transmittit. l. Edicto. 13. §. Ad heredem. I. junct. ibi Cusacio ad Pand.  
de Iure fisci, quoniam Divi Adriani epistola, et Divorum fratrum Rescripto, quae  
Referuntur in d. l. 13. §. Extr. 5. cum seq. cautum est, ut si quis cum se desere in ani-  
mo haberet, morte preventus se non deculerit, aut si propter temporis angustias de-  
fere se non potuerit, ejus heres, si deculerit, premium nanciscatur, quod n. stru-  
ta Rationi Iuris, sed Imperiali clementia tribuendum: nihil igitur mirum, quod inof-  
ficioni querella, quae vel in actione, vel in officij Iudicis imploratione convertens legiti-  
mam hereditatem persequitur, ex quo in bonis per preparationem eue coeperit, po-  
ssit ad heredem transferri.

Non solum in hereditatibus, sed et in bonorum possessionibus Regula nostra servatur, etenim si extraneus aliquis ante agnitam bonorum  
possessionem vel ex testam. vel ab intestato sibi competentem deceuerit, agnoscenda bo-  
norum possessioni Iuri, quoad instar Iuris ad eundem hereditatis non in actione ali-  
qua, sed in mera, et simpliciter facultate acquirendi convertit, ad heredem n. transferit.  
l. Veluti. 2. de Bonor. possen. l. 2. in prin. de Bonor. possen. secund. tab. l. 2. in prin. de Bon.  
libert. l. Emancipata. I. C. qui admittit ad bonor. possen. l. Quoniam. 7. C. de Iure deliber.  
Ad quam Iuris partem spectant tñ. in l. 3. §. Acquirere. 7. de Bonor. possen. l. Si u. civi.  
Rem ratam habentem, in quibus suis, cui ignorant ab altero petita bonorum possessio est,  
prius deceuerit, quam ratam habuerit, quod gerum est, Iuri bonorum possessioni ex-  
quiri, quia quod nec defunctus ratam habuit, nec ejus heres ratam habere potest,  
cum ad eum Iuri bonorum possessioni non transeat; quod enim dicitur solet, heredem  
ratam habere posse id, quod defuncti nomine gerum est, in his procedit, quae ad ip-  
sum heredem transferuntur, veluti in legati, et fideicommissi. l. Si sine Iudice. 22. §.  
Iulianus. 6. Rem ratam hab. non in bonorum possessionibus, quae ad heredem ante rati-  
habitationem n. transmittuntur. Nec ad versa, sed diversa est sententia tñ. in l. Bono-  
rum possessionem. 21. §. t. est. ubi si deceuerit, non quidem si, cui petita bonorum possessio  
fuerit, sed qui ignorant nomine bonorum possessionem petierit, rata adhuc haberi  
bonorum possessioni petita potest ex Ratione, quam in eo tñ. indicat Africanus, et  
applicat Cusac. ibi lib. 5. quae. ejusdem. Difficilior tamen videtur tñ. in l. Vt. de  
Bonor. possen. ubi docet Paulus, quod n. is, cui ab altero petita bonorum possessio est, fu-  
rere coeperit, ratam habuisse intelligitur, tunc sic: Furion non minus quam mortuus  
nulla voluntas est. l. Qui ad certum. 14. Locati. l. Furion. 10. de Reg. Iur. et tamen super-  
venienti furor ratihabitationem inducit: q. et superveniens obitus ejus, cuius nomine pe-  
tita bonorum possessio fuit, debet ratihabitationem, ac per consequens et transmissionem  
bonorum possessioni inducere. Omnium tamen Cusacio d. tract. 5. ad African. ind. l.  
21. §. t. Rem ratam hab. et Larnateg. lib. 2. select. cap. 5. n. 9. Resp. cum Goffredo ind. l.  
Vt. ejus tñ. sententiam accipiendam tunc esse, cum v. cuius nomine petita bonorum  
possessio fuit, ratam quidem habuit, sed priusquam a Praetore data bonorum posse-  
sio fuerit, furere coepit, qui ideo datam postea bonorum possessionem ratam haberi  
tenetur, quia ut petita semel bonorum possessio, ubi data postea fuerit, confirmatur,  
novus conventus non exigitur, sed sufficit non dissentius, cuius capax est furionis, qui  
nec consentire potest, nec dissentire. l. Si tibi. 8. §. Vnus. 2. de Oppone. leg. l. Si u. qui. 2. de  
Acquir. possen. quam interpretationem Ratio illa ruadet, quae Paulus utitur, scilicet quae  
Ratihabitio ad confirmationem prius postulati pertinet, quae intelligenda videtur, ut  
Secunda Ratihabitio, quae ad confirmationem prius petitionis exigitur, q. non novum

N. 28.



consensum, sed non dissentium desiderat, potest per supervenientem fusionem induci, quo etiam  
am pertinet alter ejusdem Pauli 20. ex huius cum d. l. 1. facile conciliandum in l. Si quis  
alicuius. 18. h. tit. Nec tamen ex eo inferat, quod in eisdem terminis si is, cui petita bonorum  
possessio fuit, postquam ratam possessionem habuerit, ante datam tamen à Praetore bo-  
norum possessionem deceverit, hoc ipso à Praetore datam postea bonorum possessionem  
ad heredem transmittit. multum enim interesse hanc distans, qui postquam ratam  
habuit petitionem, in fusionem incidit, non modo dissentendi expers est, Verum et à  
Praetore postea datam bonorum possessionem ex vi praebula facti habitum acquirat;  
at is, qui post ratam habitam possessionem ante datam à Praetore bonorum possessionem  
deceverit, nec eam postea datam ex defectu personae acquirere, nec nondum acquiritam  
potest ad heredem transmittere =

N. 29.

Haec hucusque exposita Regula, quae perperuo viget, si  
strictum Pandectarum Ius attendamus, ex civili tamen, vel praetoria aequitate nonnun-  
quam temperatur, et prior quidem Noxia Regula limitatio exeat in totum in l. 3. 5. Elegan-  
ter. 30. et in l. Qui posthumus. 4. ad Syllaniam. l. Cum Syllanianum. 11. C. de huius qui bus  
ut indigni. quae ut intelligatur, sciendum est, quod Syllariano Senatus Cui, ut Domi-  
norum incolumitati prospectum esset, cautum est, ut si Dominus occisus esse decreta  
servi ejus omnes, qui sub eodem tecto fuerint, quationi subicerentur; additumque  
est, ut si haeres testamentarius, vel legitimus ante habitam de Servis quationem, sum-  
tumque de Noxia supplicium vel testamentum publicaverit, vel hereditatem adierit,  
ab eo tanquam ut indigno hereditas exigeretur, et in fisco redigeretur. l. 1. in prae et fere per  
totam. d. l. 3. 5. Quoad cautam. 18. et 5. non tantum. 29. l. Necesse est. 5. Non aliter. 2. ad Sy-  
llarian. Si igitur testamentarius, vel legitimus haeres metu poenae Syllariani Senatus  
Cui perierit nondum hereditatem adierit, et dum ejus rei penderet inquisitione,  
ante additionem deceverit, quamvis stricto Iure nondum aditam hereditatem ad  
heredem transferre non potuerit ex principali constitutione aequitatis ratione sub-  
nixa, ne alioquin ex eo iniuriam experiretur, quod Syllariano Senatus Cui  
parvum, utiles actiones ad heredes transmittit, sive ut proprius loquamur, quamvis  
hoc ipso quod ante additionem deceverit, nec directas, nec magis utiles actiones ad  
heredem transminerit, cum nec utiles, nec directas in bonis habuerit, ex Imperiali  
aequitate ejus heredi utiles actiones accommodantur, ut solida elegantia dicit Pa-  
pin. in d. l. 4. ad Syllarian. quae transmissa improprie dicuntur ab Ulp. in d. l. 3. 5. 30.  
Eod. tit. quatenus scilicet iustum impedit, propter quod sine indignitatis periculo  
adiri hereditas non potuit, in causa fuit, ut heredi utiles actiones darentur, quod  
nemo an ex Interpretibus quiquam observavit; Unde cum heredi haeres in praesenti  
civilis Iure ad hereditatem admittatur, praetoris non indiget beneficio, ut docent Os-  
suald. ad Donell. lib. 7. Comment. cap. 4. lit. p. Richard. in lecturis ad num. titul. 34.  
n. 13. Vela dixerit. 11. n. 114. quinimo nec petere potest extraordinariam bonorum  
possessionem, ut ex legibus, vel Senatus Cui, ut potest quae non aliter competit, quam  
si à lege specialiter deferatur. l. 1. in 5. Ut. Et ex legibus Senatus Cui bonorum possessio  
dena. 5. Septima eas secuta Invenit. de Bonorum possessione. sed utilibus actionibus heredita-  
tem persequitur, quae licet civiles utiles, non directae appellentur; quia contra  
stricti Iuris principia ex humanitate indulgentur, ut cum iudicio praevidit Goffred.  
in d. l. 1. in 5. num. 8. Constitutionem autem, ex qua utiles huiusmodi actiones descen-  
dunt, quam nunc non inveniri immerito credidit Ossuald. ubi nupex ab Imperat.  
Marco Antonino cognomento Philosopho latam constat, si Iustiniano fidei adhi-  
benda est in d. l. 1. C. de huius qui ut indigni =

N. 30.

Verum ita demum Divi Marci constitutioni  
locus est, si solum propter metum poenae Senatus Cui Syllariani aditam non fuisse heredi-  
tatem constiterit, ut dicitur in d. l. 3. 5. 30. ad Syllan. at si cum aliud esset impedimentum,  
et ex Senatus Cui testamentarius haeres ante additionem deceverit, ejus heredi nec utili-  
les quidem actiones conceduntur. d. l. 3. 5. 30. d. l. 4. eod. tit. ponamus testatorem, qui occisus  
dicitur, Noxam vel revera praegnantem, vel quae praegnantem existimabatur, reliquias, et



posthumum prætore, tunc sane institutus hæres præter impedimentum Senatus Cuius  
 pleno, siue vacuo ventre sit mulier, aliunde adire hæreditatem non potuit, si pleno ventre sit  
 mulier, quia potest testamentum per agnationem posthumum rumpi; ex testamento vero, quod  
 futura periculo subicitur, adire hæreditatem non potest certum est. l. Cum quidam. 30.  
 S. 1. et 2. l. Ventre præterito. 84. hoc tit. Si vacuo ventre revera sit mulier, quæ tamen præ-  
 gnans existimatur, vel quia ipsa prægnantem se fingat, aut credat, vel quia id dicant  
 Obiterices, adire hæreditatem non potest; hæres etenim ut adeat hæreditatem, cer-  
 tum esse debet non modo receptum testamentum non esse, verum et rumpi non posse. d. l. 30.  
 S. Siue. 2. cum l. seq. d. l. 84. h. tit. qui vero ideo ante additionem deceñt, quia ex eo  
 adire hæreditatem non potuit, quia cum posthumus præteritus fuisset, defuncti vxor  
 vel pleno erat ventre, vel cum revera vacuo esset ventre, prægnans existimabatur, ad  
 hæredem non transferret hæreditatem, ut constat ex d. l. 35. Ne. ad Syllan. et ex portea  
 explicando tñ in d. l. 84. h. tit. et probat præterea tñ elegans in l. 1. S. Nonnumquam. 8.  
 et 5. Idem Iulianus. 9. Si mulier ventris nomine in paucis calumnia causa esse dicitur, ubi si  
 cum mulier, quæ se prægnantem fingebat per calumniam ventris nomine missa in  
 potest fuisset, testamentarius hæres, qui ex eo adire hæreditatem non potuit, quia an-  
 prægnans mulier esset, dubitabat, ante additionem deceñt, et sic hæreditatem suam  
 excludit, ejus hæredi comperta portea veritate ex edicto Prætoris actio contra mulierem  
 conceditur, quatenus ejus interitus mulierem calumnia causa in possessionem non fuisset,  
 cum aliquo in statu hæres hæreditatem adeundo hæredi suo locupletionem suam  
 hæreditatem reliquisset, cuius interitus nationem habendam constat ex d. l. 45. Compe-  
 tit. 6. argum. tñ in d. l. 23. ad leg. Aquil. cum alijs adductis num. 8. et in d. l. 9. S. 2.  
 de Dolo. junctis, quæ dñi num. 20. ergo qui ex eo hæreditatem non adire, quod defun-  
 ti vxor vel prægnans revera esset, vel existimaretur, siquidem ante additionem dece-  
 nerit, hæreditatem ad hæredem non transferret, ut doctissimi viri agnovit Cusac. lib. 19. ff.  
 Iulian. in d. l. 45. 9. Cum itaque institutus hæres præter Syllaniam Senatus Consulto  
 impedimentum alia ratione adire hæreditatem non potuerit, ante additionem decedens  
 nec utiles quidem actiones ad hæredem transmittit, qui nec jure quærere poterit sibi, vel  
 defuncto propter Syllaniam Senatus Cuius injuriam irrogari, cum aliud fuerit  
 adeundo hæreditati impedimentum, ut docet Papian. in d. l. 4. ad Syllaniam. ubi cum  
 is, qui posthumus hæredibus institutus vxorem suam substituerat (ponendum est vxor-  
 em vel in liberorum Ius a Principe imperasse, vel alio modo ex his, qui Vlp. recenser-  
 in fragment. tit. 16. de Soludi capacitate in pñio, solidum capere ex mariti testam.  
 potuisse) a familia Occius diceretur, et vxor ante additionem diem suum obijisset, ita de-  
 mum ejus hæredes, qui utiles actiones sibi dari postulabant, audiendo Consultum res-  
 pondit, si vxor, quæ se vacuo ventre esse scribat, et adire hæreditatem potuit. d. l. 30. S.  
 Sed et si hoc tit. eam propter Senatus consultum non adiret, quia tunc venon esse prop-  
 ter solius Senatus consultum merum aditam hæreditatem non fuisset, at si vxor cum vel  
 revera pleno esset ventre, vel se prægnantem existimaret, ante additionem deceñt,  
 nullam injuriam querellam intervenire, nec hæredibus succurrere oportere Papian. deci-  
 dat, cum præter Senatus consultum merum alia ratione adire hæreditatem non potuerit,  
 prout eam tñ explicat Cusac. ibi lib. 6. Respons. Papian. Sed illud occurrit, quod  
 is, qui propter suum aliquod impedimentum adire hæreditatem non potuit, siquidem  
 ante additionem deceñt, nec utiles quidem actiones ad hæredes transmittit,  
 ut præter tñ. antea non num. adductis, ex eo etiam ostenditur, quod ex parte ins-  
 titutus hæres ex legu Papia rescripto ante apertas testamenti tabulas adire hære-  
 ditatem non potuit. l. Mulierum. Unde Cond. et Dem. et tamen ante additionem clausu  
 adhuc tabulis decedens hæreditatis partem ad hæredem non transmittit, quæ imò  
 fisci Iuribus vindicabatur, ut constat ex Vlp. in fragment. tit. 17. de Caduc. in pñio. et

N. 34



inducat Iustinianus in d. l. vna. §. In novissimo. §. C. de Caducis: Similiter ergo qui propter justum Syllaniani Senatus Consultum impedimentum sine indignitatis periculo adire hereditatem non potuit, siquidem ante additionem deceverit, nec utiles quidem actiones debet ad heredem transmittere. Hinc difficultas, cui Goffredus succumbit in l. Scripsi. ff. de Carbon. Edict. num. 9. circa finem, Respondetur sane ex iuramento, quod est Regulariter qui propter justum aliquod impedimentum adire hereditatem non potuit ante additionem decedens nec utiles quidem actiones ad heredem transmittat, et tamen qui propter Syllaniani metum priusquam adiret hereditatem, deceverit, utiles actiones ad heredem transfert speciali illa ratione, quae Divi Marci constitutionem, sive orationem extorrit, quia scilicet ejus haeres, qui occisus dicitur, si indignitatis poenam non meruisset, hereditatem adiret, et ad heredem transmitteret: solum itaque Syllaniani metu perterritus hereditate non adiret ejus iacturam non ex eo debet sentire, quod Senatus consulto paraverit, cuius scopus ille est, ut haeres defuncti mortem ulciscatur, nec propter suum compendium familia facinus occultet. d. l. 3. §. 29. l. Si sequens. ff. de ad Syllaniam. non vero ut dispendium aliquod experiant, ut considerat, quamvis superiorem difficultatem non praeviderit Donellus d. lib. 1. Comment. cap. 4. Non idem dici potuit de herede ex parte instituto ante apertas tabulas, et sic ante additionem decedente, cui lex Papia, ut Caducorum materiam exordiret, et fieri commodi prospiceret, adeundi facultatem praecluit, ut Papini praefatus in d. l. vna. §. C. de Caducis =

N. 32.

Secundam nostrae Regulae limitationem invenimus in d. l. 84. h. tit. l. Illud. §. vlt. cum l. sequenti. de Bonor. poss. contra tab. in quibus docemus, quod licet extraneus haeres institutus, qui cum praeterito venisset fuerit, ex eo adire hereditatem non potuit, ut defuncti uxor vel gravida revera esset, vel extraneus ante additionem decedens, nihil ad heredem transmittat; si tamen emancipatus filius, vel extraneus, scriptus haeres fuerit, quando defuncti uxor vel gravida revera esset, vel extraneus, potest ex Praetori decreto contra tab. bonorum poss. <sup>em.</sup> agnoscere, quasi commisso Edicto per posthumum partem praeteritam ex leg. 101. in l. 3. §. Si quis ex liberi. ff. de Bonor. poss. contra tab. quae, ab initio recte data censetur, si posthumus natus; si vero natus posthumus non fuerit, in secundum tab. bonorum poss. <sup>em.</sup> convertitur, ut ab argum. probat 101. in l. 3. §. 1. de Bonor. poss. secund. tab. et docet Goffredus in d. l. §. vlt. n. 1. quinimo et si emancipatus filius, interim priusquam agnoverit bonorum possessionem, deceverit, quamvis eam non diu agnitam non transmiserit, Praetor ejus haedi succurrit, et Ius petendae bonorum possessionis concedit. d. l. 84. h. tit. d. l. 5. de Bonor. poss. contra tab. Aequitatis autem ratio, quae emancipatum filium in hac re ab herede penitus extraneo receperit, in eo est, q. emancipatum ad extranei discrimen in omnem eventum, vel Universa Patris bona, vel eorum partem habiturus est; Universa, si posthumus non natus; partem, si posthumus in lucem edatur; iniquum vero esset, ut qui superioris Patris omni casu succederet, interim decedens nihil ad heredem transmitteret, ut considerat Papini in d. l. 84. in fine h. tit. quem sic explicat Cusac. ibi lib. 16. quae et ejusdem, et Pichardus in lectionis ad n. tit. cap. 31. num. 15. Ex quibus facile explicatur aliter transmissionis casus, qui ejusdem rationis est, et exorat in l. 1. et ex modica. §. 5. l. filius. ff. de Bonor. libertor. in quibus cum defuncti Patris filia haeres a liberto fuerit instituta, factumque testamentum dicitur, et pronuntiarum esset, et appellatione interposita, et pendente diei suum obijisset, et sic ante additionem; ex testam. etenim, quod factum arripimus, adiri haereditas non poterit. l. Cum factum. ff. hoc tit. ejus haereditas Rescripto Divi Marci succurritur, et utiles civiles autem actiones conceduntur, ut sive superior Iudex inferiori sententiam revocavit, integram liberti successionem, ex qua Patris filia fuit instituta, persequatur, sive confirmavit, eam bonorum partem percipiat, quam Patris filia, si vivisset, intestata successionis Iure habere potuisset. Cujus Rescripti rationem ex eo denuit Cusac. lib. 3. quae et Papini in d. l. 44. §. vlt. de Bon. libertor. quem sequitur D. Petrus de Chabaz in 2. n. 8.



Didascal. parte d. cap. 6. num. 7. quod Patroni filia liberi hereditatem persequi n. cessare-  
 rat, imò Proque Luxe fuerat persequuta, testamenti scilicet quasi scripta, vel intestata succe-  
 sioni, si circa testamentum n. obviavit. Argum. d. in l. 3. de Testam. milit. quam igitur  
 Proque Luxe vindicavit hereditatem, debuit ad heredem transmittere. Verum non eam res-  
 cripi fuisse rationem illud ostendit, quod Patroni filia hereditatem, quam adire in-  
 terim non potuit, nec testamenti, nec intestata successione Luxe vindicare, sed solum  
 de testamenti Luxibus contendere dici potest, quod ad inducendam transmissionem  
 non sufficit; alioquin si extraneus quilibet heres institutus interim dum fal-  
 si testamenti penderet accusatio, ante aditionem decederet, ejus heredi utilibus  
 dati actionibus succurrendum esset, quod absurdum esse indicant d. in d. l. 6.  
 d. 1. et in d. l. 42. §. ult. et ex parte dicendi apparebit. Verior igitur Rescripti ratio  
 illa quidem meo iudicio est, quod Patroni filia, quæ propter jurtum impedimen-  
 tum adire liberi hereditatem non potuit, si superstes esset, in omnem eventum  
 libero successiva fuisset, prior revocata sententia testamenti, confirmata vero  
 intestate successione Luxe: ne ergo quæ si viveret, omni caru libero succederet, in-  
 terim decedens nihil transmitteret ejus heredi utilibus dati actionibus suc-  
 currere merito Divus Marcus eximavit. Argum. d. in d. l. 89. in fine h. tit.  
 Hinc intelligendum eximavit

N. 33.

tom. in l. 3. in prio. de Collat. bonor. ubi docet Iulianus, quod Praetorium Edictum,  
 quo emancipatus, qui appetit bona paterna, suis heredibus propria conferre jubetur,  
 conditionale non est; neque enim Praetor sub conditione collationis bonorum po-  
 ssessionem promittit, sed agnita bonorum possessione onus collationis injungit,  
 alioquin magna emancipati captus esset, si non prius accipere bonorum posse-  
 sionem posset, quam de collatione careret; Nam si interim decederet, nihil ad  
 heredem transmitteret. Sentit itaque Connubus, quod si conditionale esset Edu-  
 tum de Collationibus, emancipatus, qui ex eo, quod nondum careret, ante agnitam  
 bonorum possessionem decederet, nihil heredi relinqueret; ita enim posito Luxe et si  
 superstes esset, non in omnem eventum Patri succederet, sed ita demum si prius  
 de collatione careret, tunc ergo solum emancipati heredibus Praetor succurreret,  
 cum emancipatus, qui propter jurtum impedimentum agnoscere bonorum posse-  
 sionem n. potuit, si superstes adhuc esset, in omni eventu Parenti succederet.  
 Ex eadem etiam doctrina intelligi tom. in l. 1. §. 1. Ver. Unde tractari ad Pand. l.  
 ubi si mulier decaverit, de cuius statu dubitatur, ex eo, quod ejus Patris ab  
 hostibus captus sit, interim quandiu incertum est, an mater, an filia familias  
 decenerit (quæ incertitudo tandiu perretrat, quandiu Patris apud hostes natura-  
 liter superstes sit; si etenim apud ipsos decedat mulier propter fictionem legis Co-  
 nelix ex invitanti captivitate sui juri fuerit, et sic mater famil. creditur  
 decedere; si vero ab hostibus Patris redierit, post liminum potestate mulier filia  
 famil. decedere, ac proinde nullum heredem reliquere intelligitur. §. Si ab hos-  
 tib. §. Quib. mod. Ius patri potest. solv.) ejus filij, nec ex Orphiciano Senatu C.  
 §. I. xxi. 32. §. ult. hoc tit. Nec magis Edictalem Unde legitimi bonorum posses.  
 agnoscere juxta tom. sic intelligi in l. 2. §. Si quis decenerit. 3. Unde legitimi, juncto  
 ibi Cusacio ad Pandect. ne tamen decedentes interim filij nihil ad heredem  
 transmittant, eis per Praetorem subveniendum, ut in multis casibus placuit (qui illi  
 ipsi sunt, quos anteriori num. adduxit) in d. l. 1. §. 1. Ulpianus concludit, cuius  
 sententiam reuente licet Goffredo in d. l. 12. de Carbon. Edicto n. 2. circa finem  
 sic arbitror exaudiendam, ut scilicet quandiu defunctæ maris incertu status  
 sit, filij quidem per Praetorem subveniantur, et decedat Unde legitimi bonorum



possessio concedatur, quæ semel decreta ad eorum hæredes transmittetur; at si filij ante  
decretam sibi à Prætoris bonorum possessionem decernerent, eorum hæredibus subveni-  
endum non esse crediderim; neque enim filij et si superstiti adhuc essent, in omnem  
eventum mariti succederent, sed ita demum si ejus Pater apud hostes diem suum  
obisset deficeret ex quo æquitate ratio, quæ in casibus præcedenti num. exponitur trans-  
missionem inducit; alioquin et si emancipatus filius non in omni eventu Patris  
successurus fuisset, ubicunque propter justum aliquod impedimentum ante addi-  
tam hæreditatem, aut agnitam bonorum possessionem decerneret, ejus hæredi succu-  
riendum foret, quod tamen non ita esse apparet ex nuper dictis. Causæ igitur Vl-  
pianus filij per Prætoris subveniendum scribit, ut in multis casibus placuit;  
hæredum autem n. meminit, ut potè quibus subveniri n. oportere sentiebat.

N. 34.

Ex quibus fortiori ratione deducitur, q.  
si penitus extranei hæres propter justum aliquod impedimentum ante addi-  
tam hæreditatem decerneret, succurrendum ejus hæredi non est, ut constat ex  
dictis num. 25. et ex eo præsertim confirmatur, quod si furiosus hæres institutus,  
qui propter justum furiosi impedimentum adire hæreditatem non potest, in  
furiosum, et sic ante additionem decerneret, nihil ad hæredem transmittit: quod  
et servatur, quamvis Curator furiosum nomine decretalem bonorum possessionem  
acceperit, quæ temporalis est, et in id deservit, ut furiosus interim hæreditatem  
boni fruatur, et ut legata, et fidei commissa tam Universalia quam particula-  
ria exacta cautione præsententur. l. Sicinius. 48. St. de leg. 2. c. xi. sic intellig. in l.  
Cum hæres. 35. ad Trebell. et evanescit omnino si furiosus nondum composimen-  
ti factus decerneret, cujus hæres eam hæreditatem, ex cujus causa decretalem bo-  
norum possessionem Curator accepit, substituit, vel proximiori defuncti agnato,  
vel sequenti in gradu cognato periturus hæreditatis iudicio cogitur restituere.  
juxta difficilem alioquin textum sic intellig. in l. Hæres furiosus. St. in prin. de  
Petit. hæredit. juncto ibi Cusacio lib. 2. Respons. Papin. Expressior t. in l. Vl. S.  
Si autem. 8. C. de Curat. furios. Nec mirum videatur, quod accepta semel à  
Curatore furiosum nomine bonorum possessio ad hæredes non transferatur; nam  
Curator furiosum nomine non edictalem, sed decretalem bonorum possessionem potest  
accipere. juxta sic exaudiendum, et cum nuper adductis Iuris concilian-  
dum t. in l. S. furiosus. 5. de Successor. Edict. Et licet accepta semel decretales  
etiam bonorum possessiones soleant ad hæredes transmitti. d. l. 84. h. tit. d. l. 4.  
S. Vl. de Bonor. possen. contra tab. d. l. St. ad Tretyll. Id in his dumtaxat de-  
cretalibus bonorum possessionibus servatur, quæ perpetuum Jus tribuunt, non  
quæ temporale. Unde cum accepta à Curatore furiosum nomine decretalis bo-  
norum possessio non perpetuum, sed temporale Jus tribuat, ad hæredem trans-  
ferri non potest, Carbonianæ decretalis bonorum possessionis exemplo, quæ  
quia temporale solum Jus præstat. l. 3. S. Pubere. 3. in fine. de Carbon. Edict. Si  
sola absque edictali alia bonorum possessione ab impubere accepta sit, qui status  
patitur controversiam, ad ejus hæredes n. transit, ut probat singularis t. in  
l. 2. S. Sed si quis cum status. 12. ad Tretyll. et eleganter observat notus Digesti  
Veteris doctissimus Antecessor D. Didacus de Becerra in suis dissertationibus 3  
Salmantice. lib. 1. cap. 9. n. 2. Idemque Iuris est, si cum furioso hæredi instituto  
Vulgaris substitutus datus esset, et Curator furiosum nomine accipere bonorum  
possessionem noluerit, eam ex Prætoris decreto substitutus acceperit (quod de-  
cretum, ne diutius hæreditaria bona jaceant, et ne creditoribus longior mora  
fiat



52  
fiat, interponere Praetor solet. argum. tñ. in l. Intra Omnes. V. Qui sarrid. cog. l. Paul. 18.  
de Praetor. Stipulat.) quæ si substitutus ante fusionem decenerit, evanescit, nec ad  
hæredem transfertur, ut constat ex l. de Bonor. posses. fusioni. Infant. 18. ubi idem  
substitutus dum decretalem hanc bonorum possessionem accipit, cavere tenetur de  
Testificandi boni hæredibus legitimus, si forsan ante fusionem, et sic ante exis-  
tentem carum substitutionis decenerit, et mox institutus fusionis vel in eodem  
fusionis, vel compos. mentis effectus, priusquam adierit hæreditatem, diem suum obie-  
rit, ut explicat Cusac. lib. 15. quæ it. Papin. in d. l. 4.

Nec solum a curatore fusionis nomine accepta decretali bonorum possessio ad hæredem tunc transfertur, cum fusionis in eodem fusionis statu decenerit, Verum et idem procedit, si sana mentis factus ante peritam edictalem bonorum possessionem decenerit, ut mihi pbat tñ. (ex quo contrarium immerito infert laudatus notor Barossa d. lib. 1. ubi nupex cap. 9. n. 49.) in d. l. 2. S. Siqui ex liberis. 11. Veri. Igitur ad Terryll. ubi cum qui inter carum decedens Matrem, et fusionis emancipatum filium reliquerit, fusionisque nomine decretalem bonorum possessionem curator accipiet, Ulpianus respondet, quod si fusionis priusquam compos. mentis factus edictalem bonorum possessionem perierit, decenerit, Matris non obitabit: Verumque igitur ad inducendam transmissionem simul exigitur, et quod fusionis sana mentis effectus sit, et quod post peritam edictalem bonorum possessionem decenerit, ac proinde decretali a curatore fusionis nomine accepta bonorum possessio transferri ad hæredem non poterit, et si fusionis jam sana mentis effectus, ante peritam tamen edictalem bonorum possessionem decenerit. Hoc ipsum sic a Iuris ratione fundatur. Decretali hæc bonorum possessio, ex quo fusionis sanam mentis recaperit, statim extinguitur. d. l. 1. S. Tali. S. C. de Curat. fusioni: transmitti igitur ad hæredem non poterit. Rursum fusionis ex eo solum quod sana mentis effectus sit, nullam bonorum possessionem acquirere dici potest, non decretalem ut pote jam extinctam, non edictalem, tanquam non dum peritam, ut ex eo liquet, quod ex tunc poterit edictalem bonorum possessionem agnoscere, vel repudiare, ut constat ex d. l. 1. S. 2. junct. S. Sin autem d. et docet l. offid. in d. l. de Bonor. posses. fusioni. Infant. 18. n. 4. et 6. quam profecto si ante agnitionem conferri acquireret, repudiare postea non poterit ex Vulgari Regula tñ. in l. 1. S. Decretali. d. de Succen. Edict. nihil q. poterit ad hæredem transmittere. Sed huc doctrinæ opponi Iustin. Videtur in d. l. 1. S. Sin autem ipse. 2. junct. S. antec. C. de Curat. fusioni. qui cum in d. S. de hæreditatibus, legati, et fideicommissi fusionis relictis tractaret, subjunxit in d. S. 9. quod si fusionis sana mentis factus ea admittere noluerit, et expresse repudiaverit, vel ejus hæres hoc fecerit, ab ejus substantiâ illiis separantur, perinde ac si ab initio ad eum devoluta non fuissent: Supponit q. quod fusionis sana mentis factus, quam non dum agnoverat edictalem bonorum possessionem ad hæredem transferre, alioquin si agnitam solum bonorum possessionem transferret, ejus hæredi repudiandi facultas non competere ex Regula tñ. in d. l. 1. S. de Succen. Edict. Facile tamen responderi posse existimo, quod Iustinianus scribit in d. S. 9. fusioni, qui sanam mentem recepit, hæredem liberam agnoscendi, vel repudiandi facultatem obtinere, ad legata solum, aut fideicommissa, de quibus proxime duntaxat locutus fuerat in anteced. S. sine referendum, quæ si agnita a fusionis jam sana mentis effectus non fuerint, ejus hæres ad quem Iure transmissionis spectant. l. 1. S. et fere per tot. 22. Quando dies leg. ced. agnoscere poterit, vel repudiare. juxta reg. tñ. in l. Si fundum. 84. S. Si Titius. 6. de leg. 1. cum similibus. junctis quæ dixi ad titul. Quando dies leg. ced. cap. 1. n. 22. cum seqq. non ad bonorum possessionem, quam non agnitam ad legato- rum discrimen ad hæredem transmitti non posse sæpius diximus =

Hæc tamen omnibus, quæ hucusque n. sine cura fundavimus, quam data opera obiter Papinianus dicitur in Vulgari, difficulte

N. 35.

N. 36.



tamen, et nunc noviter exponendo etiam (qui tertiam noviter Regula continet limitationem)  
in l. Scriptus. 12. de Carbon. Edict. ubi docet, quod si Impuberi praeteritus filius, qui subjectus  
seu suppositus dicitur ex l. Edicto Ordinariam, seu Edictalem contra tab. bonorum possessionem  
petierit, extraneus scriptus haec interim accipere secundum tab. bonorum possessionem non  
potest; at si medio tempore scriptus, aut qui intestati successionem habere potuerint  
deceverint, eorum haeredibus succurrendum scribit: Quid enim (inquirit) si non potue-  
runt adire hereditatem Iure cessante, vel oblatam in dubio conveitorem. Tunc sic: Cuius  
extraneus testamentarius, aut legitimus haeres, et si maxime superius esset, non in om-  
nem eventum hereditatem esse habiturus, sed ita demum si impuberi subjectus, seu  
suppositus fuerit pronuntiatus, et tamen quia propter justum impedimentum ante  
aditam hereditatem, vel agnam bonorum possessionem decevit, per Praetorem ejus  
haeredi succurratur: falio igitur haecenus diximus, quod et si extraneus haeres prop-  
ter justum aliquod impedimentum ante aditam hereditatem deceverit, succurren-  
dum ejus haeredi non est. Difficultatem, quam Cusac. non agnovit lib. 14. quaest. Pap.  
in d. l. 12. in ejusdem l. Comment. Goffredus praevicit n. 9. Cujus omnia solutione,  
quam ex jam dictis, et statim dicendis convincere cuilibet facillimum erit, respon-  
dendum arbitror, quod diximus haeredi ejus, qui propter justum impedimentum  
ante aditam hereditatem, aut agnam bonorum possessionem decevit, subveniri  
per Praetorem non oportere, ita procederet, si justum impedimentum vel ex furore, vel  
ex proprio haeredi testamentario, vel legitimo, aut ex alieno, privato scilicet ali-  
cujus facto proveniret, ut in expostis haecenus Iuris contingeret certum est; at  
si justum impedimentum nec ex proprio, nec ex alieno privato facto, sed a Praetore  
proveniat ejus haeredi, qui juste sic impeditus ante aditam hereditatem, aut ag-  
nam bonorum possessionem deceverit, subveniri per Praetorem debet: iniquum enim  
esset, ut qui a Praetore impeditus neque hereditatem adire, nec bonorum possessionem  
agnovit, interim decedens, nihil haeredi relinqueret. Hinc proculdubio decernenda  
profuit Papiniani ratio in d. l. 12. ubi scriptus, aut legitimus haeres a Praetore  
fuit impeditus secundum tabulas, aut inde legitimam bonorum possessionem agnos-  
cere, vel hereditatem adire, quae singula sic demonstratio: Si impuberi, qui subjectus  
dicebatur, Carbonianam solum bonorum possessionem Praetor decreverit, quod scrip-  
tus, aut legitimus haeres simul agnosceret secundum tab. aut inde legitimam bonorum  
possessionem potuisset. l. Si impuberi. 7. §. de Carbon. Edict. quia vero Praetor impu-  
beri semiplena causa cognitione praehabita Edictalem contra tab. bonorum possessionem  
concevit, scriptus, aut legitimus secundum tab. aut inde legitimam agnosceret bonorum  
possessionem non potuit: Cum ex proprio justum non petenda bonorum possessionis impe-  
dimentum a Praetore proveniret, eorum interim decedentium haeredibus in eum ca-  
sum, quo suppositus pronuntiatus fuerit impuberi, per Praetorem ipsum subveniri a-  
qui tati conionum est, et id Papinianum sensisse ipsa verborum series ostendit, in qua  
Consultus ut scriptus, aut legitimus interim decedentium haeredibus subvenien-  
dum per Praetorem decideret, prius impuberi, qui subjectus dicebatur Edictalem  
contra tabulas bonorum possessionem Praetorem concevit, et ea ratione scriptum,  
aut legitimum bonorum possessionem agnosceret non potuisse praefatur, ut scilicet  
demonstraret justum impedimentum a Praetore proveniens in causa esse, ut scrip-  
tus, aut legitimus interim decedentium haeredibus sit per ipsum Praetorem subveni-  
endum.

N. 32

Nec tamen indistincte scriptus, aut legitimus interim decedentium haeredi-  
bus per Praetorem subveniri oportere, sed tunc solum cum scriptus, aut legitimus  
medio tempore hereditatem adire non potuerunt in d. l. 12. de Carbon. Edict. Pa-  
pinian. affirmat, Cujus sententia ut intelligatur, sciendum est, quod et si impubes,  
qui subjectus dicitur, Edictalem contra tab. bonorum possessionem acceperit scriptus, aut



Aut legitimus, qui interim agnoscere secundum tab. aut Unde legitimi bonorum possessiones non possunt, ne alioquin Praetor sibi ipsi contraxerit videatur, Iure civili medio tempore hereditatem adire regulariter non prohibetur, et si cum adire potuissent, ante aditam hereditatem deceverint, eorum heredibus per Praetorem succurrit nulla aequitatis ratio persuadet; at si medio tempore nec civili quidem Iure adire hereditatem potuerint, tunc solum eorum heredibus succurrendum merito Papin. decidit, qui duplici casu id evenire demonstrat, primus est, Iure cunctante, id est si testamentum civili Iure inspecto sit inutile, et praetorio solum Iure subtrineatur. Juxta terminos t. d. in l. 5. §. Exigit. 8. l. g. Qui ex liberis. U. S. Vlt. de Bonor. posses. secund. tab. §. Non tamen per omnia. 6. Insti. Quib. mod. testam. infam. Ex cuius causa scriptus haeres, ad quem solus et carus pertinet, adire hereditatem non potuit. Secundum, et generalior ille est, si scriptus, aut legitimus fuerint propter litem in dubio contritum, qui hoc ipso quod dubitavit, an impubes defuncti Patrifam. filius esset, quia vel testamenti viribus, vel de legitima hereditatis delatione dubitavit, adire interim hereditatem non potuerunt. ex Reg. t. d. in l. Neque v. d. h. tit. cum similib. alioquin si subjectum, seu suppositum esse filium scyissent, cum nec de testamenti viribus, nec de hereditatis delatione dubitarent, lite etiam pendente adire hereditatem potuissent, ut probant t. d. in d. l. 4. l. g. Cum falsum. 46. l. g. Pannoniu. 86. S. h. tit. junct. Cusac. tract. ad African. in d. l. 46. Neque enim habenda ratio hujus esset, quod per injuriam, aut imprudenciam impubem defuncti Patrifam. filium esse pronuntiare Iudex potuisset argum. t. d. in l. Eo tempore. Sa. in p. d. de Pecul. et in l. Petitor. 30. de Libertat. leg. Hic itaque dicitur casibus scripti, aut legitimi heredibus per Praetorem succurritur; in l. quia scriptus nec hereditatem potuit adire, cum inutile Iure civili testamentum esset, Nec secundum tab. bonorum possessionem agnoscere propter datam impuberi a Praetore Contra tab. bonorum possessionem: In 2. quia licet non adeunda hereditatis impedimentum proxime, et immediate ex propria scripti, aut legitimi estimatione proveniret, remote tamen, et mediate ab ipso Praetore provenire negari non potest; ex eo enim quod Praetor non Carbonianam, sed edictalem impuberi bonorum possessionem dedisset, scriptus, aut legitimus dubitare jure potuerunt, an impubes defuncti Patrifam. filius esset, quem tanquam filium a Praetore tractari videbant: merito ergo eorum heredibus succurritur, qui a Praetore impediti, et omni auxilio destituti nec hereditatem adire, nec agnoscere bonorum possessionem potuerunt.

N. 38.

Quarta, et ultima nostra Regula limitatio per beneficium in integrum restitutionis contingit; si etenim minor viginti quinque annis ad testamentariam, vel legitimam hereditatem, aut ad bonorum possessionem Vocatus post elapsam tempus a testatore, vel Iudice praesentem, aut a Praetore datum propter inconsummam aetatis facilitatem ante aditam hereditatem, aut agnitam bonorum possessionem deceverit, potest ejus haeres ad hereditatem adeundam, aut agnoscendam bonorum possessionem restituere; beneficium etenim in integrum restitutionis, quod minori competere coepit, qui Ius adeunda hereditatis, aut agnoscenda bonorum possessionis amiserit, ad ejus haeridem transmittitur ex Reg. t. d. in l. Non solum. 6. de in integr. Restitut. l. Minor. U. S. Vlt. cum legib. seqq. de Minorib. Similiter si quis cum Reipublica causa abisset ante agnitam bonorum possessionem post tempus a Praetore datum deceverit, ejus haeres poterit ex edicto ex quibus causis majores ad agnoscendam bonorum possessionem restituere. Ex praesenti t. d. in l. C. de Restit. milit. quod sic scilicet accipiendum est, si in integrum restitutionis beneficium abienti ex eo competere, quod dum animum agnoscenda bonorum possessioni habuit, eam propter absentiam agnoscere non potuerit, alioquin si consulto, et rejudicanda successioni animo perentia bonorum possessioni tempus elabi



panni fuerit, Ius integrum restitutionis, quod ipse nulla ratione competit, ad heredem  
 transferri non poterit, ut adverte Anton. Taber lib. 14. Conject. cap. 1. Verum ex eo gravi, nec  
 ab Interpretibus praevia difficultas occurrit, quod tempus agnoscenda bonorum possessionis  
 a Praetore praefixum utile ita sit, ut dies ejus singuli utiles sint, id est nec ignorantibus,  
 nec petere non valentibus currant. l. 2. per totam. Quis ordo in bonor. posses. sexvet. §. In  
 petenda autem penult. Insti. de Bonor. possessione ergo implicat omnino, ut qui Reipub.  
 causa abest, et propter absentiam agnoscere bonorum possessionem non potuit, post elapsum  
 petenda bonorum possessionis tempus decennio dicatur, ac proinde quod in integrum res-  
 titutionis petenda Ius ad heredem transmittat; ei enim, qui propter absentiam, aut  
 aliam quamlibet rationem petere bonorum possessionem non potuit, ejus petende tempus  
 non currit. dicitur tō. in l. Quicumque. §. C. Qui admitti ad bonor. posses. pō. ac per  
 consequens nec restitutionis competit beneficium, quod non nisi frustra ei concederetur,  
 qui communi adhuc Iure petere bonorum possessionem non prohibetur. nullo igitur cau-  
 vera esse poterit decimo tō. in d. l. C. de restit. milit. Respondendum tamen iudice, q.  
 dicitur in petenda bonorum possessione dies utiles singulis considerari, exaudiendum  
 sic esse, ut alij duntaxat dies numerentur, quibus sibi bonorum possessionem com-  
 petere aliqui scierit, et copia adeundi Praetori fuerit; ac cum qui sibi competere  
 bonorum possessionem sciverit, et copiam adeundi Praetori habuit, dies etiam illos, qui-  
 bus propter Rei familiaris necessitatem, absentiam, aut probabilem aliam rationem  
 petere bonorum possessionem potuit, considerari certum est, alioquin nullus esset pe-  
 tenda bonorum possessionis finis, et facile quilibet probabilem causam praetereret,  
 propter quam bonorum possessionem petere non potuisset. Nec contrarium probat tō.  
 in d. l. §. C. Qui admitti ad bonor. posses. pō. cuius nova constitutio, quae lata dici  
 poterit ante l. Vlt. C. eod. tit. omnia Cusacij emmendat. lib. 17. obier. cap. 19. accipien-  
 da sic est, ut scilicet Parentibus, agnatis, aut cognatis successurū quamvis solemniter  
 propter probabilem quamlibet rationem bonorum possessionem non petierint; si tamen  
 eam interim quocumque modo agnoscerint, ejus commodum non amittant. Vel dici  
 etiam poterit, constitutionem tō. in d. l. §. 8. pō. sublata solemniter petitionis formulam  
 latam fuisse, et id specialiter statuisse, ut Parentibus, agnatis, aut cognatis subve-  
 niri etiam propter probabilem quamlibet rationem intra praefixum tempus nullo  
 proxi modo bonorum possessionem petierit, non adeo ab ejus commodo submovean-  
 tur, prout utramque interpretationem doctissime fundat Philip. Macer. in d.  
 l. §. 8. per integrum Comment. Contingere itaque facile poterit, ut qui Reipublicae  
 causa abest, sibi competere bonorum possessionem sciverit, et copiam adeundi  
 Praetori per alium habuerit, nec tamen propter absentiam intra praefixum tem-  
 pus petere bonorum possessionem potuerit, et tunc restitutionis indiget beneficio,  
 quod ad heredem abique dubio transmittat, in quibus terminis procedere  
 Exultimo tō. in d. l. C. de restit. milit.

N. 39.

Verum et si qui Reipublicae causa abest,  
 ita demum Ius petenda restitutionis ad heredem transmittat, si post elapsum  
 tempus ante agnitam bonorum possessionem decieverit; si tamen se heredem inveniatur,  
 aut sibi competere bonorum possessionem ignorari, et sic intra diem additionis, aut pe-  
 tenda, vel rata habenda bonorum possessionis decieverit, quamvis relicto Iure attento  
 restitutionem, quae sibi non competit, utpote qui Ius adeundi, vel agnoscendi bo-  
 norum possessionem propter absentiam non admittit, ad heredem non transferat,  
 ex humanitate ejus heredi restitutionem indulgendam in l. Pannonius. §. 6. in pō.  
 hoc tit. Papin. decidit, et in eam rem utitur Verumpto Divi Pij, qui Patris restitutionem  
 indulget



indulget, qui Romæ degebat legationis causa, et sic Republica causa abiens, cum interim fili-  
 lius manens in Provincia a matre, vel ab extraneo hæres institutus ex patris iuris defectu adire  
 hæreditatem non potuisset, et ante ejus aditionem deceverit. l. Cum quidam. 30. in princ. hoc tit.  
 Ex quo rescripto sic tacite arguit: Pater in hujusmodi casu immediate non propter abien-  
 tiam, sed propter filij mortem commodum hæreditatis amittit; et tamen quia saltem re-  
 mote propter abientiam laus fuit, quatenus si abiens non fuisset, vel similiter ejus iuris  
 filius hæreditatem adijneret abique ulla distinctione, sive intra, sive post diem addi-  
 tionis filius deceverit, in integrum restituitur: Similiter ergo in presenti quoties si, qui  
 Republica causa abest, ignorans, et sic intra diem adveniendi, vel agnoscendi bonorum  
 possessionem deceverit, qui licet proximè, et immediate propter mortem, remote tamen,  
 et mediata propter abientiam commodum hæreditatis amittit, quia si abiens non fuisset,  
 se hæredem institutum, aut sibi competere bonorum possessionem scripisset, et verosimi-  
 liter hæreditatem adijneret, aut bonorum possessionem petijneret, ejus hæredi in integrum  
 restitutionem concepit, eadem exposcit æquitate ratio. docent Cusac. lib. 6. Responso.  
 Papin. in d. l. 86. Petr. Barb. in l. Quia vale. 13. soluto matrim. n. 555. cum 2. leg. Vela di-  
 ssertat. ff. n. 112. Reti. lib. 7. opusc. cap. 5. n. 13. et qui cum An. Fab. d. lib. 19. Conject. cap. 1.  
 Ex professo congruenter Sarrategui lib. 2. Select. cap. 5. n. 10. cum 2. leg.

N. 40.

Hinc inferri vulgo solet, quod si aliquis etiam  
 major viginti quinque annis ad testamentariam, vel legitimam hæreditatem, aut ad bo-  
 norum possessionem vocatus propter quamlibet abientiam, aut probabilem aliam ratio-  
 nem ante additam hæreditatem, aut agnitam bonorum possessionem deceverit, ejus  
 hæres ad hæreditatis additionem, aut bonorum possessionis agnitionem ex Edicto Ex  
 quibus causis majoris in integ. restituend. sit. quam opinionem tenentur Costa in l. 9.  
 §. Cum in bello. de Reb. dub. Verbo Pater n. 5. et 7. Petr. Barb. ubi nup. n. 58. cum 3. leg.  
 Anton. Gomez tom. 1. Variar. cap. 9. n. 16. et alij plures, quos refert, et sequitur Vela d.  
 d. n. 112. Veriorem tamen contrariam sententiam existimo, quam tenent Cu-  
 jac. d. lib. 6. Respon. Papin. in d. l. 86. h. tit. Anton. Faber d. lib. 19. Conject. cap. 1. Reti. d.  
 lib. 7. opusc. cap. 5. n. 14. absentes, quod si minor viginti quinque annis intra diem  
 additionis, vel agnoscenda bonorum possessionis propter probabilem aliquam causam ante  
 hæreditatis additionem, aut agnitionem bonorum possessionis deceverit, ejus hæres nec ex  
 Edicto de minoribus, nec ex generali illa Edicti clausula Si qua mihi iuxta causa  
 esse videbitur, de qua in l. 1. §. in fin. Ex quib. caus. major. in integ. restitui poterit; I-  
 demque Iuris est, si major viginti quinque annis propter probabilem aliquam rationem  
 (Excepta abientia Republica causa, de qua solum loquuntur t. in d. l. 86. h. tit. et in  
 d. l. 1. C. de Restit. Mi lit.) sive ante, sive post elapsum tempus ante aditam hæreditatem,  
 aut agnitam bonorum possessionem deceverit. Numptum probat Expressus t. in d.  
 l. 2. §. Siquis ex liberis. ff. ad Tertull. ubi cum quis institutus decedens matrem, et  
 posthumum filium reliquisset, docet Vlgian. quod si natus filius suus hæres Patris  
 non existeret, siquidem ante acceptam bonorum possessionem deceverit, defuncti ma-  
 trem non excludit: q. Infanti, qui intra præstitutum terminum ante agnitionem  
 bonorum possessionis deceverit, hæredi in integrum restitutio denegatur. Hoc ipsum  
 evincit expressior sane, et inevitabilis t. in l. Infanti. 185. Si in v. 3. Cod. de  
 Iure delib. ubi Iustinianus decidit, quod si Infans cum vel tutorem non habe-  
 ret, vel tutor ejus nomine hæreditatem adire, vel petere bonorum possessionem ne-  
 glexisset, in ea parte deceverit, hæredes perinde habentur, ac si delata ipsi non  
 fuisset, et ad eos spectat, ad quos pervenisset, si delata Infanti non fuisset: q. nec  
 in integrum restitutioni auxilium Infanti hæres conceditur. Sed dicit: Infans



in presenti, quamvis immediate propter mortem, mediate tamen per avari imbecillitatem laici invenitur; si etenim major fuerit, Verorimiliter hereditatem adijnet, eamque ad heredem transmittit: ejus igitur hæres in integrum debet restituere, saltem ex humanitate, de qua in d. l. 86. ad ejus heredem restituendam esse, qui cum Republicæ causa abesset, ignorans intra diem additionis decem, cui ex defuncti persona restitutio conceditur ex speciali privilegio, quod Republicæ causa in iustitia absentia promeretur, nec extendi ad minorem heredem oportere, nec magis ad ejus majoris heredem, qui propter invidiam aliquam, aut probabilem rationem, quæ digna eodem privilegio non sit, ante additam hereditatem, aut agnitam bonorum possessionem decemierit. ex regula t. in l. Quod Veror. 14. de Legib. Unde nec aliud erit dicendum, et si propter subitam fatalitatem minor, aut major priusquam hereditatem adierit, aut bonorum possessionem agnoverit, diem suum obierit. Nec contrarium probant t. in l. qui duo. 9. in pr. Veror. Dixi si ordine. l. Cum pubere. 22. cum l. sequenti. de Reb. dub. quos supra jam Explurimus n. 16. cum 2. regg =

## Caput secundum.

### De transmissione hereditatis suis heredibus delata Juris accrescendi, et cum eo conjunctæ substitutz

≈ ≈ ≈ ≈ Onis ≈ ≈ ≈ ≈ ≈

Num. 1

Quæ in regio precedenti capite diximus, in extraneis heredibus observantia, sui autem heredes, quales dicuntur, qui in potestate morientis fuerunt, et delata hereditari tempore primum in familia gradum occupant. l. Posthuminum. 13. de Injur. Rupt. 5. Sui autem. Instit. de heredit. quæ ab intest. defer. cum ipso Jure abique ullo ministratione heredes potius appareant, quam fiant. l. In sui. 11. de Liber. et Posthum. l. In sui. 14. de Sui, et legit. hered. adeo ut fuxionem etiam, vel ignorantes legi potestate heredes evitant. l. fuxionis. 63. hoc tit. l. Liber homo. 20. S. l. de Stipulat. Servor. l. Ut. 5. Sin vero. 2. C. de Curat. furios. 5. Sui autem. 3. Instit. de heredit. quæ ab intest. defer. paternam hereditatem, quamvis ei se non immiscuerint, imò et si sibi delatam ignoraverint, ad heredem transmittunt. l. Si quis filium. 7. S. l. hoc tit. l. 2. S. Si quis ex liberi. 11. ad Tertull. l. Sicuti Titius. 9. de Jure fici. l. De hereditate. 19. S. Si filius fam. 2. de Castren. perulio. l. 3. C. de Jure delib. l. Apud hoies. 8. C. de Sui, et legit. liber. Quo et pertinet t. in l. qui duo. 9. S. Cum in bello. 1. et 5. Ut. de Reb. dub. ubi cum pubes filius subito eodem caru cum Patre simul perijisset, Verorimiliter Divi Pij, inquam Adriani cautum Traiphoninus refert, ut Patris filius supervivisse, et sic in instanti sui hæres stitisse, paternamque hereditatem transmittisse credatur. Verum licet constans apud omnes sit, quod sui heredes, quamvis prius decemiserint, quam se immiscuerint, vel Parentem diem suum obijisse cognoverint, paternam hereditatem transmittunt; attamen ad posteros tantum suos, an ad extraneos etiam heredes transmittant, non æquè constat. Quam rem ut breviter expediam, statuo cum l. fuxio in l. Venire. 84. h. tit. ex n. 4. et cum aliji pluribus, quos



quos referunt, et sequuntur Antecessores nostri Richard. in lectura ad Naxum Titul. cap. 34. ex n. 4. Valent. lib. 3. Illust. tract. 2. cap. 2. ex n. 29. Vela dixerunt. ff. n. 58. cum 3. seqq. quod sui heredes etiam ignorantes n. modo ad posteror. suos, Verum et ad quoscunque Extraneos heredes paternam hereditatem transmittunt; quippe cum ipso Iure etiam ante imminutionem heredes existant. l. 1. §. Qui sunt in potestate. 7. Sig. Omni. cau. tertam. l. Si post mortem. 68. §. 1. de leg. 1. non possunt non quam ipso Iure quaerunt hereditatem ad extraneos etiam heredes transmittere, quemadmodum et extranei heredes, quia ad eundem, vel pro herede gerendo hereditatem acquirunt, si postquam adierint, vel pro herede genuerint, fuerint ab hac luce subtrahit, n. possunt non ad quoscunque heredes acquiritam hereditatem transmittere, ut diximus anteriori cap. n. 5. sed et praeter concludentem hanc Iuris rationem in promptu sunt Consultorum, et Imperatorum decisiones, quae nostram sententiam firmannt; Nam ex d. l. 9. §. 1. et 5. ff. de Reb. dub. d. l. 9. de Iure fieri. d. l. 8. C. de Suis, et legitim. liber. expresse conuincit, quod suus heres etiam ignorans ad matrem, quae ipse ex Text. Senatu Cto succedit, paternam hereditatem transmittit. g. n. heredes etiam ignorantes n. modo ad posteror. suos, Verum et ad quoscunque heredes paternam hereditatem transmittunt. Expendo praeterea, nec fuan Vulgariter, Vulgarem alioquin nom in l. 19. §. 2. de Castreni. peculio, ubi cum filiusfam. paganus de Castreni. peculio supremum elogium condidisset, et dum se suum heredem Patrem extraneum ignoraret, decedisset, Respondet Dyzphonus, quod licet si miles fuisset pro parte testatus, et pro parte intestatus decedere potuisset; quia tamen paganus fuit, non potuit pro castrensi boni testatus, et pro paternis intestatus decedere, ac per consequens quod Uniuersa bona tam paterna, quam castrenia ad testamentarium heredem spectant, perinde, inquit, ac si pauperimus facto testamento decedisset ignorans se locupletatum per seruos alio loco agentes. Dunc n. quo- tui u, qui summa praemio egerat, se locupletatum ignorans, facto testam. decedisset, Uniuersa bona etiam quae per seruos ignorans acquiruit, ad quemcunque heredem quamvis omnino extraneum transmittit, ut nullus ignorat: g. ut teneat Aquiparatio, dicendum similiter est, quod suus heres paternam hereditatem, quam etiam ignorans acquirat, ad quemcunque heredem, tametsi penitus extraneum transmittit.

Nec Verissima huius sententiae ob-  
 sistentia textus, quibus utuntur contrariae opinioni Auctores, apud nuper Velatos Videndi in  
 l. Ex militari. ff. de testam. milit. ubi si filiusfam. ignorans Patrem suum  
 decedisset de Castreni. peculio testatus in militia sit, ad eius heredem, non Patris bona, sed sola  
 Castrenia pertinere Vlp. et Papin. scribunt, ea subiecta ratione, quia milites ea dumtaxat, quae  
 habent scripta relinquunt, quasi docere videantur, quod suus heres paternam hereditatem,  
 quam sibi delatam ignorat, tanquam nondum acquiritam transmittere ad extraneum heredem  
 non potest; Nam facile Respondetur, quod ubi filiusfam. de Castreni. peculio testatus, et  
 paternam mortem ignorans, decedit, siquidem quaeratur, an Uniuersa, an vero castrenia  
 dumtaxat bona ad scriptum heredem pertineant, sequens erit adhibenda distinctio: Aut  
 dumtaxat bona ad scriptum heredem pertineant, sequens erit adhibenda distinctio: Aut  
 nam quam Castrenia ad testamentarium heredem spectant. Exgressi sunt tunc in l. Idem et.  
 13. §. 1. de testam. milit. et in d. l. 19. §. 2. de Castreni. pecul. in quibus Rei huius rationem  
 ex eo Consulti demunt, quod Paganus n. potest pro parte testatus, et intestatus pro parte  
 decedere, et licet dum paternam mortem ignoraret, de Castrensi dumtaxat, non etiam  
 de paterni boni ad heredem transferendi cogitaret, et sic ex Castrensi, non ex paternis  
 boni heredem scripserit, detracta tamen Castrensiu bonorum mentione in Uniuersi bonis  
 etiam paterni institutio facta ceneretur. ex reg. tro. in l. 5. §. 1. de fundo. A. de hered. instro.

N. 2.



l. Quoties. 13. C. cod. tit. Aut vero miles adhuc de Castrensi peculio testatus, et paternam mortem ignorans decemisset, et tunc cum de Castrensi, non etiam de paterni boni ad heredem transferendi senserit, et heredem ex solis Castrensiibus instituerit, potestque pro parte testatus pro parte intestatus privilegialis Iure decedere, institutio ad castrensia bona restituta ex reg. coi. in l. Si miles. 6. de Testam. milit. nec ad paternam, quae testator ignoravit, extenditur. argum. coi. in l. Si quis ita. 16. S. Si quis cum ignoraret. 3. de testam. tutel. quae ideo ad legitimum heredem pertinebunt, eamque Vlp. sententiam fuisse in d. l. 11. S. Vlt. de testam. milit. evincitur jam ex ratione illa, quae in d. l. 12. seq. ex Papin. subjicitur; quia scilicet milites ea duntaxat, quae habent, id est quae habere se existimant, et ne quae juxta suam opinionem habent, prout Cusac. lib. 6. respon. Papin. in eo tunc cum iudicio animadvertit, scriptis heredibus relinquunt. Reliqua ergo bona, quae miles se habere ignorat, qualia in presenti sunt sola paternam, non ad scriptum, seu testamentarium, sed ad legitimum heredem spectant, jam ex eo quod in d. l. 13. S. 1. cod. tit. idem Vlp. sub eadem inscriptione, libro scilicet 45. ad Edictum, oppositum eorum decedens, quo filiusfam. jam veteranus Patrem suum decemisse ignorans, de Castrensi peculio testatus decemisset, praeter Castrensia paternam etiam bona ad scriptum, non ad legitimum heredem pertinere ideo scribit, quia veteranus testari solum de bonorum parte non potuit: g. sentit, quod ubi in eodem termino adhuc miles testamentum de Castrensi peculio condidit, quia potius de bonorum parte testari, et pro parte intestati exitum experiri ad scriptum sola Castrensia, et ad legitimum sola paternam debent pertinere. Sed et clarius hoc ipsum deducitur ex d. l. 13. in prin. ubi idem est Vlp. subjungit, si filiusfam. cum paternam mortem ignorans de Castrensi solum peculio testamentum condidisset, Patrem decemisse postea sciens, mutare testamentum cogitasset, si quidem eo animo ut Castrensia bona scripto adimeret heredi, sed ut de paterni testaretur, et alium heredem scriberet, et morte paterni testamentum non mutaret, quo sane casu scriptus heres Castrensia duntaxat bona capere, paternam vero nec ad scriptum ex defectu voluntatis, nec magis ad eum, quem instituisse in animo testator habuerat (nec etiam sola militis destinatione, imo nec simplex quaecumque voluntas debet pro testam. observari propter Trajani Imperatoris testatum, quod exprat in l. Divus. 21. de Testam. milit. et in S. 1. Instit. cod. tit.) sed ad legitimum heredem spectant. Similiter ergo juxta Vlp. mentem quoties filiusfam. ad huc miles paternam mortem ignorans de Castrensi peculio testatus decemisset, paternam bona, quae capere scriptus heres non potest, ad legitimum heredem spectant. Unde ex d. l. 11. S. Vlt. cum duabus legibus seqq. firmata potius nra sententia quam evenerit; at in earum serie scriptus heres quam sibi delatam ignorat paternam hereditatem inducere vel ad extraneum etiam institutum, vel ad legitimum quemlibet heredem transmittat. Quam interpretationem, quamvis non sic fundavit, praevideat videntur Pichard. in lecturis ad num. tit. d. cap. 31. num. 9. et cum pluribus Beret. lib. 5. opus. cap. 5. n. 11.

N. 3.

Quae omnia non solum servantur, ubi filiusfam. vel adhuc miles, vel jam veteranus eo tempore de Castrensi peculio fuerit testatus, quo Pater jam decemisset, sed et ex identitate rationis aequè procedunt, et si superest adhuc Patente fuerit testatus, moxque subiectam paternam mortem ignorans decemisset, in quibus terminis exprime loquitur Diphonius in d. l. 19. S. 2. de Castrensi pecul. et Vlpianum etiam loqui in d. l. 11. S. Vlt. de Testam. milit. ex eo non sine ratione potest suaderi, quod filiusfam. de Castrensi peculio testatus in eo textu proponitur: eo igitur tempore condidit testamentum, quo Pater adhuc superstes erat; alioquin post Patris obitum non filius, sed Paterfam. ut potest jam sui Iuris factus, nec de castrensi peculio, sed de castrensiibus potius bonis testatus diceretur, cum Paterfam. peculium habere non possit. l. Paterfam. 182. de Verb. Signif. In his autem terminis accepta Vlpiani sententia. Expeditam illam habet rationem, quam praestat Papin. in d. l. 12. seq. quia milites ea duntaxat quae habent testamenti scilicet tempore scriptis heredibus relinquunt. Reliqua vero bona, quae ignorantem post factum testamentum acquirunt, vult.



Veluti paternam hereditatem, ad legitimum, n. ad testamentarium heredem transmittunt.  
 Nec tamen inferior superiori num. traditam interpretationem posse defendi; precipue Vlgian.  
 filiumfam, qui Patrem suum decessisse ignorabat, de Cartreni peculio in militia testatum pro-  
 ponat, et sic post paternam mortem conditum testamentum significet; Nam quod filiusfamil.  
 testatus de Cartreni peculio quidquam facit; tum quia testator, quamvis revera Patrefamil.  
 esset, et Cartrenia bona haberet, si tamen filiumfam. existimabat, et juxta suam opinionem  
 tanquam filiusfam. et de Cartreni peculio disponebat, quemadmodum et subjectam a Papien.  
 Nationem non ad Veritatem, sed ad militis opinionem referendam anteriori num. diximus,  
 et declaravimus; tum quia novum in Iure non est, ut ex preterito rerum denominatio de-  
 ducatur, cum et pupilla appelleretur, qua quondam fuit, in l. Vlt. de leg. t. cum similibus, In-  
 sula, qua antea fuerat in l. Inula. 56. S. 1. in fine. de acquir. Rex. domin. et in noxiis termi-  
 ni Cartreni peculium, quod antea fuit in l. 5. Nec Cartreni. 15. de Collat. bonor. Sic ergo et  
 in proposito ex preterito filiusfam. de Cartreni peculio testatus improprie dicitur, qui  
 revera jam Patrefamil. fuit de Cartrenibus bonis testatus; Ex hu. vero interpretationibus, qua-  
 rum qualibet potest defendi, quamcumque retineas, semper invenies eam in d. l. Vlt. S. Vlt.  
 cum duabus legib. seqq. de testam. milit. nostram sententiam fulcire, cum in Praega sui  
 heredi paternam hereditatem, quam sibi delatam ignoravit, vel ad testamentarium quamvis  
 Extraneum, vel ad legitimum quemlibet heredem transmittat =

N. 4.

Sed nec magis sententiam nostram  
 Oppugnant tpi. in d. l. Vlt. S. 2. C. de Curat. furion. et in l. Cum in antiquioribus. 19. C. de Iure  
 deliber. in quibus avertit Iustinianus, quod sui heredes sive scientes, sive ignorantes, si ante  
 immixtionem deceverint, paternam hereditatem ad suam posteritatem transmittunt; Nam  
 Respondendum est, quod licet si proprie, et recte loquendum sit, posterorum appellatione  
 soli decedentes comprehendantur, vel propter testantis voluntatem, vel propter legis dispositi-  
 onem. l. Quod hu. Verbi. 83. S. 1. de leg. 3. l. Scimus. 36. S. Vlt. in fin. C. de Inoffic. testam. cum  
 similibus; improprie tamen, seu largius sumpta posterorum appellatio quoscumque heredes,  
 aut successores, quamvis penitus Extraneos, qui Patrefamil. relinquunt, juxta subjectam ma-  
 teriam denotare consuevit, idque in d. l. 19. C. de Iure deliber. Iustinianum sensisse illud  
 ostendit, quod Imperator Ius transmissioni, quo antiquitus etiam sui heredes gaudebant,  
 intra tempus deliberandi ad quoscumque successores sive agnatos, sive cognatos, sive peni-  
 tus Extraneos extendit; sed post Iustinianam illam sanctionem testamentarium, vel  
 legitimum quilibet heres intra deliberandi tempus decedens Ius deliberandi, et heredita-  
 tem adeundi non ad liberos solum, Verum et ad quemcumque successorem quamvis penitus  
 Extraneum transmittit, ut colligitur ex d. l. 19. et seqq. cap. dicemus: g. juxta Iustiniani  
 mentem sui heres sive sciens, sive ignorans n. modo ad liberos, Verum et ad quemcumque  
 heredem licet omnino Extraneum paternam hereditatem transmittit, docet Goffred. in d.  
 l. 84. hoc tit. n. 8. et cum alijs Valent. d. lib. 3. tract. 3. cap. 2. n. 34. Denique nec contrariam  
 opinionem probat tpi. in l. Vlt. C. de hu. qui ante apert. tab. hered. transmitt. quom seq.  
 cap. Ex professo exponemus =

N. 5.

Hæc autem paternæ hereditatis transmissio, quæ ex Vi sui-  
 tatis dimanat, locum habet, sive Ius civile attendamus, quod iustitiam necessitatis adiecit  
 qualitatem, sive prætorium, quod sui heredibus abstinendi beneficium indulget. l. Ne-  
 cessarij. 52. h. tit. cum similibus; Nam sui heres non eò minus ipso Iure etiam ignorans  
 heres existit, quod ponit Prætorii beneficio uti, et se paternæ hereditate abstinere, ut  
 Expressè Vlgianus decidit in d. l. 5. Si quis Omni. caus. testam. Ex duabus etenim illis  
 qualitatibus iustitiam scilicet, et necessitatis, quarum primam in liberorum favorem, se-  
 cundam in defuncti Parentis gratiam civile Ius introduxit, iustitiam Prætorii ademit,  
 dum abstinendi beneficium concessit, sed solam necessitatem liberis onerosam relaxavit,  
 ut potè cui propositum fuit liberis ab oneribus hereditatis, si ipse susceptis liberare non



invitō ab hereditate remove, ut solita elegantia dicit Papin. in l. Si filius, qui Patris.  
N. de Vulg. et Pupill. sed paternae hereditatis transmissio Surtari potius quam necessarii  
praecipuus effectus est, ut ex eo liquet quod Surtas acquisitionem, necessitas vero retentio-  
nem inducit, et acquisitio per se sola etiam necessitate secluta ad transmissionem suffico-  
ret: suus igitur haeres etiam si inspecto Iure praetorio se possit abstinere, paternam  
hereditatem, quamvis ei se nondum immiscuerit sive sciens, sive ignorans ad quem-  
cunque successorem transmittit, ut probant textus adducti num. 4. et tot quot de paternae  
hereditatis transmissione loquuntur, quorum Auctoritas sui haeredibus a Praetore in-  
dultum abstentionis beneficium non poterat ignorare; et tamen nullo civili, prae-  
ter Iuris discrimine habito suoi haeres ad quemcunque successorem paternam he-  
reditatem transmittere secum decidunt. Nec quod suus haeres possit inducitur a Praetore  
abstentionis beneficium ad extranei conditionem redigatur, emancipato equiparetur,  
et perinde censeatur, ac si liberum arbitrium adeunda hereditatis haberet. juxta Ju-  
lian. in l. Nam neque emancipatus. 82. de leg. 1. potest paternae hereditatis transmissio-  
nem impedire; Nam Praetor dum abstinenti beneficium inducit n. absolute, nec enim  
Ius civile potuit infringere suum haereditem ad extranei conditionem redigere, sed ad  
eum solum effectum, ut ab oneribus hereditariis n. sponte susceptis eum liberare, quo sen-  
su intelligendus est textus in d. l. 82. quoad ea autem omnia, quae sui haeredi favorem res-  
picunt, illibatum Ius civile reliquit, ac proinde liberum proficuum transmissionis effec-  
tum intactum etiam servavit, ut fundant Anton. Gomez tom. 4. Variar. cap. 9. n. 23. et cum  
pluribus Valentia d. lib. 3. tract. 3. cap. 2. n. 32. cum seqq.

N. 6.

Vnde illud jam quaeritur, Verum Sci-  
licet suus haeres ante immixtionem decedens, quemadmodum Praetorio etiam Iure atten-  
to paternam hereditatem, sic et abstinenti beneficium ad quemcunque successorem trans-  
mittat? In qua re Verior, communiorque sententia, quam amplectantur nuper in anteci-  
piti numeri sine laudati, et praeter ab ipsi congesti Goffred. in d. l. 7. S. h. tit. Costa in cap.  
Si pater. 2. p. 2. Ver. Ac deinde filio n. 23. et in 5. Cum in bello. Ver. Bona vindictae. n. 3. in  
fine. Caldas Perezca in l. Si curatorem. 3. Ver. Sine Curatore. n. 37. C. de In integ. Ver. et tit.  
Vela dixerat. l. n. 45. tenet suum haereditem ante immixtionem decedentem sicuti pa-  
ternam hereditatem, sic et abstinenti beneficium ad quemcunque successorem tametsi pe-  
nitenti extraneum transmittere; Sed quia Insuper auctoritatem hanc supponunt magis,  
quam fundant, eam stabilire opus est, quod ut praeter, praesentia fundamenta, quibus reductus  
Benedictus Pinell. lib. 4. select. cap. 12. ex num. 17. Vique ad num. 28. noviter contendit suum  
haereditem, qui ante immixtionem decedens, abstinenti beneficium ad sui dixerat, et nec-  
cessarios, non ad extraneos haereditem transmittere, proponere dicit; Ex quorum solutione com-  
munis, notaque sententia Veritas constabit. Expendit l. Pinell. ex in d. l. 7. S. h. tit. ubi  
docet Paulus, quod si filius se Patrem haereditem ex parte ignorans relicto filio suo, nec-  
cessarioque haerede decederit, nepoti abstinere se ab hereditate avi ideo permittitur, quia  
et ejus Patris, si superius esset, idem tribueretur: q. extraneo filij haeredi abstinenti bene-  
ficiū denegatur, ut clarius innuere idem Consuleus videtur, dum statim subjicit in d.  
l. 7. S. 2. quod in omni successione, qui ei haeres extiterit, qui Titio haeres fuerat, heredita-  
tis separare non potest: q. inter suos, et extraneos haereditis discrimen illud constituit, quod  
scilicet ad suos, non extraneos abstinenti transmittitur beneficium. Deinde a Iuri ratione  
Pinellus sic arguit: Praetor ut civili Iuri severitatem mitigaret, sui haeredibus abstinenti  
beneficium indulget, ut sic defuncti potius Parenti, quam ignorum bona a creditoribus possi-  
deantur, et distrahantur. d. S. 2. in fine. Insuper de haered. qual. et differ. hujusmodi igitur bene-  
ficiū, cui sui haeredi persona conditio locum facit, personale est: q. ad sui dixerat, n. etiam  
ad extraneos haereditis debet transmitti, cum ea sit personalis beneficii natura, ut ad suos, non  
ad extraneos haereditis transmittatur, ut probare videtur textus in l. Maritum. 12. cum l. seq. Etiam







facere possunt, condemnentur. l. Sunt qui. 16. §. Vlt. l. Cum ex causa. 30. de Re iudic. at  
in d. l. 7. §. 1. hoc tit. Nepos, qui Patris haeres extiterit, non ex propria, sed ex defuncti  
Parentis persona, et sic transmissionis Iure potest ab aui hereditate abstinere, ut constat  
ex eod. littera, quod evincit manifeste abtentionis beneficium non personae, sed causa  
concessum esse, et ad extraneum n. minus, quam ad suum heredem transferri oportere.

N. 8.

Hoc ipsum ex sequentibus Tobozatur, quia servus,  
qui ex eodem testam. libertatem, et hereditatem nanciatur, necessarius haeres exti-  
t. quin abtentionis fungatur beneficio. d. l. 57. §. Vlt. h. tit. nec ejus utique haeres  
eam hereditatem potest recusare. Expressus, et singulari tit. in l. Postulante. 44. ad  
Trebell. Ergo ex contrariis quia suus, et necessarius haeres potest se paternam hereditatem  
abstinere, cuique ejus haedi sive sui, sive extraneo transmissionis Iure idem abtentionis  
competit beneficium. Expendo praeterea eod. in l. Si quis. 56. juncta l. praed.  
hoc tit. ubi si aliqui ex haedibus extraneus, sive suus hereditatem adierit, vel ei  
se immiscuerit, siquidem suus alter, et necessarius haeres postea se abstinerit, n. ideo  
accrescentem portionem invitum suscipere cogitur, imo eo paret beneficium, ut aut  
totam possit hereditatem agnoscere, aut a tota recedere, vel se abstinere, idque benefi-  
cium ad extraneum non minus quam ad suum heredem transmittit: ergo et suus  
haeres abtentionis, quo fungitur, beneficium debet ad quemlibet heredem transmitti-  
tere. Nec argumenti vim Pinellus eludit d. lib. 1. cap. 13. n. 28. dum respondet, quod  
abtentionis beneficium, de quo in d. l. 56. et 57. sicuti cuique haedi, quamvis extra-  
aneo competeat, sic ad quemcumque heredem transferretur, ad ejus abtentionis bene-  
ficii discrimen, de quo notitia diversitas est, quod quemadmodum soli sui her-  
edibus competit, sic ad suos solum haeres debet transferri; Nam quam infir-  
ma sit haec cautio, illud ostendit, quod si ideo abtentionis beneficium ad suos  
dumtaxat haeres transmitteret, quia soli sui haedibus competit, dicen-  
dum similiter foret, quod sui haeres, quia soli paternam hereditatem etiam  
ignorantes acquirunt, ad suos dumtaxat haeres, n. ad extraneos transmitti-  
rent, quod nec Pinellus admittet, et quam sit absurdum, constat ex nupta  
dicti num. 4. cum 3. seqq. Verumque igitur abtentionis beneficium propter  
rationis identitatem, quia videlicet causa, quam personae magis cohaeret, ad  
extraneum n. minus, quam ad suum heredem transmittitur. Asumptum de-  
nique legati pariter suadet, quod si legatarius post diem cedentem ante agni-  
tionem decederit, ejus haeres quamvis extraneus ad quem transmissionis Iure  
pertinet, agnoscere, vel repudiare libere potest, ut ex l. Si fundum. 81. §. Si Te-  
stator. 6. de leg. 1. cum similibus dicebam praed. cap. n. 35. circa finem: Similiter  
ergo si suus haeres ante immixtionem decederit, ejus haeres quamvis extraneus  
ex defuncti persona poterit se paternam hereditatem immiscere, vel ab ea, si  
hoc elegerit, abstinere.

N. 9.

Nec contrarium probat eod. quo tandem uti Pinellus Vi-  
detur d. cap. 13. n. 30. in l. Sed si plures. 10. §. filio. 2. de Vulgar. ubi ideo v. qui filio  
ex aui haerde instituto pupillariter fuit substitutus, legare haeres non  
potest, quia impubes filius paterna se immiscuerat hereditati, ut colligitur  
non ex eo, quod Patris haeres extiterit proponitur, cum sola iustitiae Vis etiam  
ante immixtionem ad haedi existentiam inducendam sufficiat, sed ex eo  
potius quod paterna hereditas pupillari dicitur juncta esse coepisse, quod de  
effectiva utriusque hereditatis conjunctione, quae per immixtionem demum  
contingit, accipiendum est cum Valens. lib. 3. Illust. tract. 4. cap. 7. n. 20. alioquin si



impubei filius ante immixtionem decemset, pones pupillari subreuerus ejus heres  
 abtensionis beneficio uti, et paterna hereditate omnia pupillarem solam amplecti, quod  
 quid conuaxium immerito contendat Pet. Barb. in l. Si filius qui Patru. 12. de Vulgar. ex  
 n. 54. Cui ex jam dictis occurri facile poterit. Si dicat: Abstinendi beneficium in mera,  
 et simplici facultate paternam hereditatem omittendi sui heredi bus concessa consistit:  
 ius nec in bonis est, nec ad heredem, siue extraneum, siue suum, et necessarium potest  
 transmitti ex dictis anteriori cap. n. 6. cum l. regg. Dupliciter resp. 1. quod etiam abstinendi  
 beneficium in bonis non erit, quod tamen negandum est, ad heredem adhuc siue  
 suum, siue extraneum potest transmitti, non quidem si per se solum inspicere, sed  
 tanquam cum paterna hereditate conjunctum, quia illud transmissibile redderet,  
 sicuti et repudiandi legatum facultas, quae in bonis non est, cum transmissibili le-  
 gato conjuncta redditur transmissibili. 2. et melius, quod abstinendi beneficium  
 in exceptione consistit, qua suus heres indiget, ut ab hereditariis oneribus, quibus  
 ipso Iure obstringitur, liberetur; paterni etenim creditores suum heredem etiam  
 ante immixtionem Iure conveniunt, qui poterit abtensionis exceptionem oppo-  
 nere, et hereditarias actiones eludere, ut contra Barthol. et Antiquiores alios, qui-  
 bus subscribit Anton. Gomez d. 4. tom. Variar. cap. 2. n. 25. ex professo fundat Anton.  
 Sabes de errorib. Pragmat. deced. 31. error. 10. per totum, quo sensu Praetorem, seu  
 Praetorem in suum heredem actionem non dare dicitur, si velit hereditatem re-  
 linquere in d. l. 52. hoc tit. quia inspecto effectu per abtensionis exceptionem ha-  
 reditarias actiones confirmantur ex generali regula expi. in l. Nihil in re. 112.  
 de Reg. Iur. Unde cum in exceptione abstinendi beneficium consistat, in bonis sui  
 heredis est. supra Regulam expi. in l. Rem in bonis. 52. de acquir. Res. dom. et ad quem-  
 cunque Successorem transfertur, siue sciens, siue ignorans suus heres ante immix-  
 tionem decemset; nec enim ex eo quod sciens se non abstinuerit, se immiscere  
 voluisse censendus est, nisi aut Verbis Voluntatem expreuerit, aut eum actum  
 exerceuerit, qui in extraneo herede, pro herede geritorem induceret. l. Cum  
 bonis. 86. hoc tit. quod quid dicat Anton. Sabes d. deced. 31. error. 9. n. 12. cum regg.

Sed licet suus heres ante immixtionem  
 decedens paternam hereditatem tam praetorio, quam civili Iure inspecto indi-  
 cante ad quemcunque Successorem transmittat bonorum possessionem, vel ex testa-  
 mento, vel ab intestato sibi competentem, si nondum agnoverit, nec ad extraneum,  
 nec ad suum heredem transmittit in Verborum sententia, quam amplectitur Anton. Go-  
 mez d. 4. tom. Variar. cap. 2. n. 45. Bellon. de Iure accret. cap. 7. quae 46. n. 62. cum regg.  
 Vela d. d. in re. 11. n. 102. et ex regg. de re fundant Philipp. Alacin. in l. Infan-  
 tis. 3. C. qui admittit ad bonor. poss. exp. n. 55. Vique ad num. 85. suus heres  
 non prius bonorum possessionem acquirit, quam eam agnoverit; alioquin ignorans  
 etiam, et inuis bonorum possessionem acquireret, quod Iuri repugnat; nam  
 bonorum possessio inuiso nemini acquiritur, ut dicitur in l. 3. 5. Inuiso. 3. de Bo-  
 nor. poss. quae Universalis negativa propositio ad suos etiam heredes spectat,  
 quia cum Ius praetorium ad civile iudicium non ipso Iure operetur, sed factum de-  
 sideret. 6. Quos autem 2. Inuiso. de Bonor. poss. nec suus utique heres prius  
 potest bonorum possessionem acquirere, quam eam apud Praetorem agnoverit: ergo  
 Respondendum agnitam, et sic n. acquirunt bonorum possessionem ad heredem  
 non transferunt. Deinde si suus heres etiam ignorans ipso Iure bonorum possessionem  
 acquireret, anno elapso non excluderetur ab Unde liberi bonorum possessione; nec  
 enim negligens dici potest propter non agnitam bonorum possessionem, quam agnos-

N. 10.



ceze necesse non haberet, ut patet; atqui si sui hares intra annum Unde liberi bo-  
norum possessionem non agnovit, ab eius excluditur beneficio, et ex Success. Edicto,  
quasi sibi ipsi succedens solum ad Unde legitimi bonorum posses<sup>em</sup>. admittitur. Expre-  
ssum est in l. 1. §. Sed videndum. W. de Success. Edicto: q. non ipso Iure, sed per agnitionis  
factum bonorum possessionem acquirit: q. ante agnitionem decedens ad heredem bo-  
norum possessionem n. transferat. Nec contraria opinio faveat tōi. in d. l. 2. §. Si quis  
ex liberi. W. ad Test. ubi si sui hares etiam ante acceptam bonorum possessionem dece-  
sserit, defuncti Patris matrem excludit, ex quo inferri videtur, quod et non dum  
agnitam bonorum possessionem ad heredem transmittit; Nam facile respondet, q.  
ideo sui hares ante acceptam bonorum possessionem decedens defuncti Patris  
matrem excludit, quia licet non dum acceptam bonorum possessionem ad heredem  
non transferat, paternam tamen hereditatem Iure civili Sui tati potestate etiam  
ignorans ad quemcumque Successorem transmittit; ad defuncti autem Patris ma-  
trem excludendam longe, vel saltem Equi potens est paternam hereditatem ipso Iure  
quam accepta bonorum possessioni transmittit; Eodem modo Philippi Macinij  
interpretationibus omnino intelligo tōm in l. Emancipata. §. C. Qui admitti ad  
bonor. posses. poss. ubi quod Imperatores recitabant, quod emancipata si non agno-  
vit intra annum Unde liberi bonorum possessionem nullam ad heredem Vindi-  
cationem successionis transmittere potuit; arguitur quidem inter Emancipatos,  
et sui hares quoad transmissionem dicitur; quod tamen in eo est, q. eman-  
cipati si quidem ante agnitam bonorum possessionem decederit, nullam ad ha-  
redem Vindicationem successionis transmittunt, non civilem ex Sui tati defectu,  
non prætoriam propter non dum acceptam bonorum possessionem; Sui autem heredes  
quavis ante petitam bonorum possessionem decedentes prætoriam succe-  
sionis Vindicationem ad heredem non transferat Iure civili Sui tati potestate  
paternam hereditatem, ejusque civilem Vindicationem ad quemcumque Successo-  
rem transmittunt.

N. 11.

Expendi etiam pro nostra sent. solet difficillimus tōi. in l. 1.  
§. Idem Iulianus. d. de Collat. bonor. ubi si filius in potestate existens hares institutus  
præterito fratre emancipato ante acceptam bonorum possessionem decederit, ejus  
heredem pro ea parte Prætor tueretur, ex qua ipse fuit institutus, ad collationem au-  
tem non admittit, quia bonorum possessio admittitur non est. Cujus rei rationem ex eo  
pendere præcedenti num. laudati Gom. et Macin. arbitrantur, quod sui hares  
non magis collationis emolumentum, quam non dum agnitam bonorum posses<sup>em</sup>  
potuit ad heredem transmittere. Palluntur tamen, nam tōi. in d. l. 1. §. 8. n. proce-  
dit, ubi sui hares priusquam ipse peteret bonorum possessionem, decedit, quod  
parum refert; quippe sui hares quemadmodum etiam ignorans paternam  
hereditatem Iure civili Sui tati potestate ad heredem transmittit, sic et  
collationis commodum, et si bonorum possessionem non agnovit, ad quemcumque  
Successorem transferet. l. Si maritus. §. C. de Collation. quamvis immerito dis-  
tinguat Pinell. d. lib. 1. Select. cap. 13. n. 25. sed de eo potius care loquitur, quo sui  
hares antequam præteritus emancipatus frater contra tabulas bonorum po-  
sitionem agnovit, decedit, et tunc quamvis ad heredem paternam heredi-  
tatem transmittat, commodum collationis n. transferat, quia cum Emancipatus  
ante non sit oneri collationis obnoxius, quam bonorum possessionem accepit.  
l. 3. in prin. de Collat. bonor. nec ante sui hares commodum collationis acquirit,  
quod ad heredem idem non transferat, prout omnino Goffredo, et Cusacio ind. l. 1.



S. 8. cum tñm eleganter accepit doctissimi nover Antecessor D. Ioannes Altamira. in Manuscript. ad Scævola quasit. sub libra S. in l. Si filius. fo. de Collat. bonor. n. 15. Sed illa tunc ab Interpret. omnia difficultas occurrit, quod sui hæredi hæredem pro ea parte Prætoris tueri, pro qua ipse fuit hæres scriptus in d. l. S. 8. ex Iuliano Vlpianus affirmat. S. sentit, quod suus hæres etiam nondum agnitam bonorum possessionem ad hæredem transmittit; alioquin si transmissio ex civili, non ex Prætorio Iure ortum diceret, sui hæredi hæredem pro parte, ex qua ipse fuit hæres scriptus, non Prætor, sed sola legis potestas tueretur. Verum respondeo, dicitur posse in d. l. S. 8. suum hæredem, postquam commisso Edicto contra tabulas bonorum possessionem agnoscat, decernit, et agnitam bonorum possessionem ad hæredem transmittit, quem ideo Prætoris tueri Vlp. asseruit. Vel respondetur, et melius fortitan poterit, quod et si suus hæres ante agnitam bonorum possessionem decernit, ejus hæredem pro parte, ex qua ipse fuit institutus, Prætor tueri, non quidem per contra tabulas bonorum possessionem, quæ non agnita transmitti iuxta noveram Sententiam non potuit, sed per exceptionis beneficium, quod sic explicat: Quoties emancipatus frater præteritus contra tabulas bonorum possessionem accipit, suum hæredem pro ea parte Prætor ope exceptionis tueri, ex qua fuit institutus eo Iure, quo potuit commisso Edicto contra tab. bonorum possessionem agnoscat. l. I. qui in potestate. 15. St. Veri. De scripto de legat. præter. junct. Reti in adversarij. de leg. præter. cap. 9. n. 5. quia si extraneus emancipatus frater contra tabulas bonorum possessionem agnoscat, et universa paterna bona ad se pertinere contendat, sui hæredi hæres, ad quem Iure transmissionis portio paterna hereditatis spectat, ex defuncti persona poterit exceptionem opponere, et emancipatum fratrem submovere, quia licet extraneus ipse sit, sui hæredi, cui succedit, personam representat, nec æquitati consonum erit, ut ab emancipato post sui hæredi obitum accepta bonorum contra tabulas possessio transmissionis effectum impediat. Cum ergo in d. l. S. 8. sui hæredi hæredem non per contra tab. bonorum possessionem, sed per exceptionem Prætor tueretur, nihil ex eo textu poterit deduci, quod vel leviter Sententiam noveram offendat.

Quæ de parte hereditatis transmissione ex vi iurati dimanant hucusque tradidimus, ubi suus hæres pure à Patre fuerit institutus, aut ad incertam hereditatem vocatus citra omnem controversiam a se procedunt, at si fuerit sub conditione institutus, an interim pendente conditione decedens paternam hereditatem transmittat, difficultas, nec injucunda inspectionis est; Et quidem si filius suus hæres ex auctore fuerit sub potestativa conditione institutus, multum interest, an ea sit conditio, quæ personale factum expetcat, et moriente filio impleri non potest, veluti si Alexandriam tenuit, an Veri quæ personale factum non desiderat, et extremo etiam vita momento potest filij nomine per alium adimpleri, veluti si Titio centum dederit; nam si filius suus hæres sub ea potestativa conditione ex auctore fuerit scriptus, quæ eo moriente impleri non potest, si quidem ante ejus implementum decederit, extremo vita momento Patris ad incertam suam hereditatem pervenit, et ad hæredem paternam hereditatem transmittit dicitur in l. Ag. Iulianum. S. de hæredib. instit. et in l. Vlt. Veri. Qui si neminem. de Condict. instit. quia licet filius ante ultimum vita momentum nec ex testam. hæres existat ob non impletam potestativam conditionem, quæ hereditatis delationem ex iurati potestate suspendit, si que dum adimpleatur, suspendit. l. Conditionibus. S. de Cond. et Dem. Nec magis ab incertato propter testamentaria successionei spem, quæ quandiu perseverat, ab incertato hereditatem differri non patitur. l. Quandiu. 39. h. tit. cum similibus, extremo tamen vita momento, quo certum per rerum naturam esse incipit, potestativam conditionem nec adimpletam esse, nec adimpleri jam posse, ex ejus defectu, testamenti causa revertitur, incertati causa succedit, et filius sola legis potestate ab incertato hæres existit, et ad hæredem paternam hereditatem transmittit, sicuti (quo exemplo in d. l. Vlt.

N. 12.



Veri<sup>o</sup> Argumento que est aptissime Papinianus utitur, cum qui sub ea potestativa conditio-  
 ex parte fuit institutus: Si in Capitolium ascendit, et sub contraria scilicet Si non as-  
 cendit, legatum aliquid mecum, et antequam Capitolium ascendit, decessit, quo casu ul-  
 timo vita momento deficit institutionis conditio, et contraria legati conditio exiit, quod tunc  
 utiliter cedat, et ad legatarii heredem transmittitur. Argum. tot. in l. Vlt. Quando dies leg. cedit;  
 Si autem sub ea potestativa conditio, qua ultimo vita momento ponit per alterum adimpleri,  
 filius suus heres fuerit scriptus, et ante ejus implementum deceverit, ad heredem paternam  
 hereditatem non transfert. d. l. 5. de hered. inst. quia nec ex testamento heres exiit, nec  
 non impletam conditionem, nec magis ultimo vita instanti ab intestato potuit heres exiire;  
 Nec enim dum filius mortuus, defecta dici potest conditio, qua ultimo illo vita momento  
 potest adimpleri, sed solum post filij mortem certum per rerum naturam esse incipit, condi-  
 tionem nec adimpletam esse, nec adimpleri amplius posse, quo demum tempore testamentum desti-  
 tutum, et intestata successioni fit locus, ut Considerat Papin. in d. l. Vlt. Veri<sup>o</sup> qui substituitur de  
 Cond. inst. docent Cusac. lib. 13. quæst. Papin. in d. l. Vlt. Cora lib. 2. select. capt. Santolania  
 interpret. 8. n. 1. circa finem, et interpretat. 11. n. 1. Chenus lib. 2. interpret. cap. 3. n. 3. cum 5. seqq. et  
 n. 15. qui n. 34. juxta hujusmodi distinctionem conciliandi cum judicio animadvertit inter se alio-  
 quin pugnantes tot. in l. Si filius heres. 16. in fine. de Liber. et posth. qui de ea potestativa con-  
 ditione accipiendus est, qua adimpleri ultimo vita momento non potest (ad quam etiam  
 Spectare ex ultimo tom. in l. 9. in prin. Veri<sup>o</sup> Verum de hered. inst. juxta Marcelli ad Julia-  
 num notam in sequenti lege subjunctam) et in l. 5. Sciendum. 8. Veri<sup>o</sup> Idem erit dicendum de suis,  
 et legitim. heredib. qui ad eam potestativam conditionem, qua extremo etiam vita instanti  
 ponit adimpleri referendus veritas est =

N. 13.

Mare tamen distinctioni graviter obistere videtur  
 tot. in l. filius a patre. 28. in prin. de Liber. et Posth. ubi filius suus ex parte (coheredem filio  
 datum fuisse tum ex textu litera, tum ex necessaria Juris ratione eleganter cum alij sup-  
 ponit notat Valentia lib. 3. Illust. tract. 3. cap. 5. n. 14. et cap. Vlt. n. 1. circa finem, quamvis dubi-  
 tet Chenus d. lib. 2. cap. 3. n. 18.) sub casuali, vel mixta conditione institutus, et in ejus defectum  
 exheredatus si tam exheredationis quam institutionis adhuc pendente conditione deceverit  
 ultimo vita momento ab intestato heres exiit, et ad heredem paternam hereditatem  
 transmittit. Tunc sic: Casualis conditio eo etiam instanti, quo filius mortuus, potest exiire;  
 et tamen filius ea pendente decedens ab intestato heres exiit, et paternam hereditatem  
 transmittit: q. et sub ea potestativa conditio, qua ultimo vita momento ponit adimpleri,  
 institutus filius, si ante ejus implementum deceverit, ultimo vita instanti ab intestato debet  
 heres exiire, et paternam hereditatem transmittere. Varij solutionibus omni, quas præter  
 Antiquos excogitarunt Cusac. ad Pandect. in d. l. 28. Anton. Faber lib. 3. Conject. cap. 15. Pi-  
 Char. in prælu. ad l. Gallus. 29. de Liber. et Posth. cap. 3. ex n. 112. Vique ad num. 131. Valentia  
 d. lib. 3. tract. 3. cap. 5. n. 13. cum 3. seqq. Larrivarez lib. 7. Select. cap. 5. n. 3. Chenus d. lib. 2. cap. 3. ex  
 n. 18. Vique ad num. 26. et quarum nullam difficultatem dissolvunt, eximiam ab illi in  
 re difficile posse, quod etiam casualis conditio ultimo etiam vita momento ponit exiire, si  
 tamen dum pendeat, filius præteritus invenitur, nullum testamentum reddit, et ab intestato  
 heres exiit, nam hoc ipso quod ultimo vita instanti conditio adhuc pendeat, certum esse  
 incipit, filium nec viventem exheredatum fuisse, nec jam amplius utiliter exheredatum  
 intelligi posse, cum etiam postea exheredationis conditio exiit, non nisi inutiliter post mor-  
 tem suam exheredatus filius reperitur. l. Si ita scriptum. 13. 5. Vlt. de Liber. et Posth. eamque  
 Triphonini mentem fuisse in d. l. 28. patet, tum ex eo, quod ait, filium, dum vivit, nec ex  
 testamento heredem, nec exheredatum esse, quam aperte dicat, hoc ipso quod ultimo vita  
 instanti conditio adhuc pendeat, filium nec ex testam. heredem esse potuisse, et nec tum  
 exheredatum, nec jam amplius exheredatum posse censeri, et sic tanquam præteritum ab  
 intestato heredem exiire, tum ex eo, quod dum in fine textus quam oppositum eorum decidens  
 filio ex parte herede scripto coheredem post ejus mortem scribi recte posse concludit, innu-  
 it non obicere, quod in priori casu ideo conditioni, qua ultimo vita momento pendeat, exi-  
 tentia non expectatur, quia licet post mortem filij instituti coheres recte institueretur, filius  
 tamen



tamen post mortem suam etiam adjecto coherede n. n. frustra exheredatus. Alia sane po-  
 testativa illius conditioni est causa, quae extremo etiam vita momento potest adimpleri, sub  
 qua institutus filius intotum decedens ideo ab intestato haere non existit, quia nunquam pra-  
 teritus, sed institutus semper invenitur; potuit etenim dum vivit, potuit et in ipso ultimo vita  
 instanti per alium conditionem implere, perinde itaque fieri habetur ac si prae fuerit ins-  
 titutus. l. 1. §. qui sub conditione. §. Si quis omni. cau. terram. nec debet in non impleta conditio-  
 nis eventum exheredari. d. l. 1. §. N. l. §. Iam dubitari. 86. de haered. instit. Cum q. et cum mo-  
 ritua, institutus reprobatur, et implere conditionem omiserit, quam eo etiam instanti, si  
 voluisset, per alium adimplere potuisset, nec ex testamento haere existit, quia condi-  
 tionem non implevit, nec ab intestato, quia nullum testamentum non reddidit. Hinc  
 etiam fluit (quod observatum nunquam vidi) quod si negotio sub casuali conditione  
 institutus ea pendente decedat, nec ab intestato haere existit, nec avi hereditatem  
 transmittit. singulari t. in d. l. 1. §. 1. Ver. Idem erit dicendum de sui, et legitimi haered.  
 Cujus rei ratio (ut sic obiter hunc tom. cum d. l. 28. de liber. et posth. in concordantia  
 noviter redigam) in eo meo iudicio est, quod licet si ultimo vita momento conditio  
 adhuc pendeat, praeteritus negotio invenitur, non eo magis hoc Digestorum Iure avi te-  
 stamentum infirmat, sed ad certam portionem haeredibus instituti accrescit pro Instit.  
 Ver. Sed non ita de filiabus. de exheredat. liberor. Unde nec debuit in defectum conditionis  
 exheredari. d. l. 4. de haered. instit. cum similib. junct. Valentia d. lib. 3. tract. 3. cap. 3. ex n. 2.  
 et cap. 5. n. 4. Ergo nec ex testam. haere existit, quia non dum existit conditio, nec ab  
 intestato, quia testamentum non infirmat =

N. 14.

Ex quibus inferitur, quod si filius sui haere  
 praeterito posthumo institutus pendente adhuc posthumo natiuitate decedat, extremo  
 vita momento ab intestato haere existit, et ad haeredem paternam hereditatem trans-  
 mittit, quia eo demum instanti certum esse incipit, neminem ex eo testam. haeredem  
 fore, ut docet African. in d. l. 16. Ver. quod si nemo. de liber. et posth. Cujus sententia  
 Explicanda sic est: filius, qui pendente adhuc praeteriti posthumo natiuitate decedit,  
 nec ante potuit, nec cum mortuus, potest ex testam. haere existere; Nam ex testamento,  
 quod nunquam potest, sui non magis quam extranei haeredibus haereditas deferretur. l. Ven-  
 tie praeterito. 84. Ver. Ergo si Ventue. h. tit. juncto Pichard. in lecturam ad num. tit. cap. 10.  
 n. 10. cum duobus seqq. Et licet ultimo etiam filij vita momento post mulier, ex qua  
 posthumus speratur, abortum facere; si tamen tunc etiam posthumo natiuitate pendeat  
 per aerum naturam, Verum est, institutum filium ex eo testam. nec haeredem existit,  
 nec existere jam amplius posse, cum etiam maxime post ejus obitum a abortu fiat, non eo  
 magis testamentum consistat, quo deservito intestati causa succedit, ex qua filius eo  
 instanti ipso Iure haere existit. Argum. t. in d. l. 28. de liber. et posth. quod tamen ita  
 procedit, si instituto filio datus substitutus non sit; alioquin filius, qui substitutum  
 habuerit pendente praeteriti posthumo natiuitate decedens, nec ab intestato quidem haere  
 existit, nec paternam hereditatem transmittit. d. l. 16. in prin. de liber. et posth. q. cum  
 ultimo etiam, quo filius decedit, instanti, superint testamentariae successionis spes prop-  
 ter substitutionem, qui in casum abortus potest testamentum sustinere, intestata successio-  
 nis locum non est. ex regula t. in d. l. 39. h. tit. idemque ex rationi identitate dicen-  
 dum est, si institutus filius in terminis t. in d. l. 16. cohaeredem habuerit, qui int  
 casum non nati posthumo ad intas substituitur ex testam. potest haere existere =

N. 15.

In quibus terminis dati scilicet  
 substituti, vel cohaeredi, intelligendus est, qui alioquin cum d. l. 16. Ver. quod si nemo.  
 de liber. et posth. sine pace pugnaret difficillimus t. in d. l. 84. Ver. Ergo si Ventue hoc tit.  
 Cujus ut integram sententiam percipiam, incipit docet Papin. quod si Ventue praeteriti emanci-  
 parum filius, aut exiter sit institutus quando nunquam testamentum potest, ex eo haereditas non



defertur. Progreſſum, et ait, quod si Vacuo Ventre Vera sit mulier, qua tamen praegnans  
Epitimat, illud inter filium in familia retentum, et emancipatum, aut exterrum in  
tutum inereit, quod emancipatum, aut exterrum, non aliter possunt adire hereditatem, quam  
si mulierem non esse praegnantem sciunt, ex dictis praeced. cap. n. 30. filii vero in familia  
retentum institutum, siquidem mulier Vacuo Ventre vera sit, quamvis eam praegnantem  
Epitimet, etiam ignorans ipso Iure haere Epitetur, et ad heredem paternam hereditatem  
transmittit. l. Illud. 5. in prin. si par heredit. per. l. Cum quidam. 30. 5. suum heredem. 6.  
in prin. et Veri. Putaret. hoc est. l. 3. 5. Et autem tractatu. 10. de Sui, et legitim. hered.  
Postea in d. Veri. Ergo si Vacuo, quaerit, an in Ventre pleno vera sit mulier, institutus  
filii (Ventre praeteritum, et filium institutum in praesenti Veri. debere supponi pra  
ter praecedentem testis seriem, necessaria illa Iuris ratio demonstrat, quod aliquando  
si vel Ventre fuerit institutus, aut exheredatus, vel ab intestato Pater decederit, filius  
statim etiam pendente posthumi natiuitate, vel ex testam. vel ab intestato citra du  
bitum haere Epitetur. d. l. 30. 5. 6. Veri. quod si unum. hoc est. pro cuius quoad rem aliam  
conciliacione cum l. Sed et in 28. 5. Ut. de Iudic. l. 3. et 4. Si par heredit. per. l. Si pater.  
36. de Solutio. consulendus Richard. in lectura ad numerum tit. d. cap. 10. ex n. 30. siquid ad 36.)  
Interea decedens ad heredem paternam hereditatem transmittat. Et respondet, quod  
Iure civili nihil ad heredem transfert, quod iuxta Africanum in d. l. 16. de Liber. et  
Posth. suppositi terminus habilibus, dati scilicet substituti, vel coheredi accipiendum  
est; sed tamen quia iniquum est, ut qui superstiti fuerit, in omnem eventum, vel ex  
testam. vel ab intestato Patenti succederet, interea decedens nihil ad heredem trans  
mittat, a Praetore decreto filio succurrendum Papin. scribit, ita ut filius postea interea  
decretalem bonorum possessionem petere, et licet ante eam petitam decederit, eju her  
redi saluum adhuc sit bonorum possessionis beneficium, quod et in emancipato filio  
admittendum concludit, quia Patri in omnem casum successurus est, quam partem  
jam exponit anteriori cap. n. 32. Iuxta hanc autem Papin. inter praetorium, et ci  
vile Ius differentiam supplendus Africanus est in d. l. 16. in prin. de Liber. et posth.  
ubi quod scribit, filium omni posthumo institutum, cui substitutus datus est, nec  
ex testam. nec ab intestato heredem Epitetur, et interea decedentem nihil ad he  
redem transmittere secundum civilem Iuris rigidam severitatem procedit, quae per  
decretalem bonorum possessionis auxilium a praetoria dignitate temperatur. Hinc  
etiam intelligendus est tot. in l. Illud. 4. 5. Ut. de Bonor. posses. contra tab. ubi dicitur  
in eisdem terminis decretalem bonorum possessionis beneficium in emancipato filio  
herede scripto maxime necessarium esse, Paulus affirmat, ostendit emancipato  
magis quam suo heredi necessarium esse ejus bonorum possessionis beneficium, quia  
scilicet emancipatus siue solus sit institutus, siue substitutus, aut coheredem  
habeat, cum in ultimo vita instanti ipso Iure haere Epitetur non possit, semper  
decretali indiget bonorum possessionis auxilio; suus autem haere n. semper, sed tunc  
solum cum substitutus, vel coheredem habuerit, ejus bonorum possessionis indiget  
beneficio, alioquin si solus sit institutus, nullo adjecto coherede, vel substituto,  
Ultimo vita momento, quin praetorio auxilio opus habeat, ipso Iure ab intestato  
haere Epitetur, et paternam hereditatem transmittit. Sic plures alias solutiones  
impugnantes hoc omnes textus interpretantur Richard. d. cap. 10. n. 29. cum seq.  
et n. 10. cum 2. seqq. Cherius d. lib. 2. interpret. cap. 9. n. 12. cum 3. seqq. Reti in ad  
Verax. de Bonor. posses. contra tab. cap. 1. n. 1. Chabarius in 2. ma Didacal. p.  
cap. 6. n. 11. cum sequenti, quibus nec contradicit Saneolania d. interpret. 8. n. 11. qu  
amvis num. 11. cum seq. substituti. aliam divinatoriam tamen solutionem excogitant. Sed



Sed intractabilis: Quamvis institutus omnino posthumo filius substitutum, aut coheredem habuerit, pendente posthumi natiuitate decedens, quin indigeat decretali bonorum possessionis auxilio, ultimo viva instanti ab intestato debet ipso Iure haeres existeret, et ad haeredem paternam hereditatem transmittere, q. cum eo instanti ex testam. haeres existeret non potest, tunc praeteritus inuenitur, exemplo filij sub casuali conditione institutus, et in ejus defectum exheredatus, qui etiam coheredes habeat, si pendente conditione decedat, ultimo viva momento, quo, quia ex testam. haeres existeret non potest, praeteritus reperitur, ab intestato ipso Iure haeres existit, et ad haeredem paternam hereditatem transmittit, ut ex d. l. 28. de Lib. et Posthum. n. 13. dicebamus. Cuius difficultatis, quam ex Interpretibus nullus, quem viderim, attingit, Respondendum breuiter arbitror, quod filius omnino posthumo institutus nullo unquam tempore praeteritus, sed imo ultimo etiam, quo decedit, instanti, institutus inuenitur, et licet si nec substitutum, nec coheredem habuerit, ultimo illo momento ab intestato haeres existat, non quia institutus haeres non sit, sed quia tunc certum esse incipit, neminem ex eo testamento haeredem fore, si tamen substitutum habeat, vel coheredem, cum institutus, non praeteritus inueniatur, et ipse adhuc testamentaria successione superius, ab intestato haeres existeret non potest, et decretali indiget bonorum possessionis auxilio; sub casuali autem conditione filius institutus, et in ejus defectum exheredatus, si cum decedit, conditio adhuc pendeat, praeteritus inuenitur, et cum eo instanti verum esse incipiat, intrinseca testamenti solemnitate, filij videlicet institutioni, vel exheredationi satisfactum non esse, nullum testamentum reddit, et quamvis coheredem habeat, vel substitutum, ab intestato haeres existit, quod dicitur de filio, omnino posthumo, institutus non potest, qui prius semper institutus inuenitur, et cuius existentia non ex testam. sed extrinsecus propter rupturam periculum sola legi potestate suspenditur.

Secunda jam de transmissione Iuris accrescendi succedit nostri capituli pars, quam ut breui, nec obicuro tamon stylo complectar, sic Regulam generalem constituo: Hereditaria portio, quae ipso Iure sine nova additione haeredi tametn ignoranti, vel invito, qui suam portionem adierat, accrescit, quamvis si ante existentem Iuris accrescendi causam decederit, ad ejus haeredem transmittitur; Iam vero ut per singulas species separatim discurrem, si quis ex parte prius, et ex parte sub conditione sit institutus, et nec coheredem habeat, aut substitutum, et si pendente conditione decederit, ad haeredem utramque portionem transmittit, quia cum tam in deficiente, quam in existente conditionis causam conditionalem etiam partem sit habiturus, hoc ipso, quod partem adierit, statim etiam pendente conditione ex conditionali, et sic ex aue haeres efficitur. Expressi tui in l. Si quis ita scripserit. 33. de haer. inst. l. Cum haere. 52. de haer. l. In ratione. 11. §. quantum. 7. infra. ad leg. Falciat. Frustra etenim expectaretur. conditio, cuius eventus nihil operatur ex generali reg. tui in l. Aliquando. 13. §. Vlt. ad Vellejan. pendente itaque conditione non institutioni, sed accrescendi Iure conditionalem partem acquirit, et si quidem conditio postea defecerit, eadem acquisitionis causa perseverat; si vero stiterit, causa acquisitionis mutatur, nec accrescendi, sed institutioni Iure acquisita conditionali portio consistit, ut acute, et solide fundat Bellon. de Iure accresc. cap. 2. qua. 19. Ex n. 14. Vique ad num. 23. et in omnem eventum, quia ipso Iure sine nova additione acquiritur, ad haeredem transmittitur.

N. 17.

N. 18.



Nunc Observatione noviter illustrandus est. in l. Qui ex duabus. §. 3. in p. hoc tit. ubi si quis ex duabus partibus institutus, ex alia pure, et ex alia sub conditione, ex pura institutione adierit, et decesserit, docet Gajus, quod si postea conditio extiterit, conditio- nalis etiam portio ad ejus heredem pertinet: §. sentit, quod si conditio defecerit, ad heredem conditionalis portio non expectat. Omissio Valentia lib. 3. Illust. tract. 1. cap. 9. n. 16. Bellon. d. cap. 9. quæst. 30. postquam ex num. 7. omnes fisci ab Interpretibus exceptata soluti- one dextre, et subtiliter impugnavit, n. 24. cum §. leg. Respondet, quod t. in d. l. §. 3. ut ejus demonstrat inscriptio, qua sic se habet Gajus lib. 12. ad leg. Iul. et Pap. ad caduca- rias leges expectat, juxta quarum tenorem hæres ex duabus partibus institutus, ex alia pure, ex alia sub conditione, quamvis ex pura institutione adierit, conditionalem partem ante existentiam conditionis non acquirere, cuius eventus propter fisci com- pendium expectabatur, qui deficiente conditione eam partem tanquam caducam vindica- bat, et ex eadem ratione si sic institutus hæres postquam ex pura institutione adierit, pendente conditione decederet, ita demum ad ejus heredem conditionalis portio per- tinebat, si conditio postea extiterit, alidquin deficiente conditione tanquam caduca fisci Iuribus vindicabatur. Si dicat, quod eo Iure, quod obtinuit, quo tempore caduca- rias leges floruerunt, hoc ipso quod institutus pendente conditione decederet, heredi- tatis pars caduca statim fiebat. l. §. Vnic. §. Sin autem. 6. C. de Caduc. ac proinde quod si t. in d. l. §. 3. ad eas leges pertineret, in ejus serie conditionalis portio, quam- vis conditio postea extiterit, non ab heredem transmissioni Iure, sed a fisco potius tanquam caduca vindicaretur. Respondet Bellonus, quod cum in presenti pars condi- tionalis ad institutum, vel ejus heredem interdum Iure institutionis, veluti si condi- tio extiterit, interdum vero accrescendi Iure pertineat, veluti si conditio deficiat, ideo existente conditione fisci excluderetur, quia locum habebat institutio ex expresso- judicio testatoris dimanans, contra quod hereditatis, aut legati partem fisci vindi- care ausus nunquam est. d. l. §. Vnic. in p. V. Sed et ipsi. C. de Caducis; ac deficiente conditione fisci et institutum, et ejus heredem excluderat, quia locum habebat Ius accrescendi propter solam Iuris necessitatem contra testatoris voluntatem inductum, quod in plerisque casibus fuit per caducarias leges sublatum.

N. 19

Hæc Belloni solutio tamen subtili, falso tamen nititur fundamento; nam si primum Ius a caducarij legibus introductum attendamus, comperimus statim caducorum casus intra aperientiarum tabularum tempus locum dumtaxat habuisse; post aperta vero testamenti tabula, et fortiori ratione post additam, vel ab uno ex heredibus hereditatem extra Latini, Cœlibus aut Orbis casus, caducorum spem fisci amittit, ut ex l. Martus. §. 5. Vlt. de leg. 2. et alij pluribus Consultorum testimonijs. docet Illustriss. Ramos lib. 9. ad leg. Iul. et Pap. Reliq. §. 18. n. 18. Sed in d. l. §. 3. h. tit. hæres institutus non solum post aperta ta- bulas, verum et post additam hereditatem decessit, ut constat ex textu littera: §. Caducarij etiam legibus inspecti conditionalis portio nunquam ad fisci- tanquam caduca, sed semper ad heredem transmissioni Iure debuit pertinere. Rursum, quamvis in d. l. §. 3. institutus hæres ante aperta tabula, aut ante additam decesserit hereditatem, non eo magis hereditas fisci Iuribus vindicanda; Nam circa heredem ex ante scriptum Caducariarum legum dispositio locum non habuit, ut dixi §. cap. n. 3. Sed hæres ex parte pure, ex parte sub conditione institutus postea habetur ac si pure ex ante scriptus ex dicti n. 1. Ergo in terminis t. in d. l. §. 3. nunquam hereditatem, aut ejus partem fisci tanquam caducam potuit vindicare. Deinde cum Martus. I. C. qui eo etiam tempore floruit, quo caducarias leges in Viri- erant



erant, ut ex portea explicando totu in l. Si ex pluribus. I. de Suis, et legitim. hered. Redere  
 est, alicui in d. l. 52. S. t. h. tit. sic institutum heredem statim ac ex pura adiecit institutione,  
 non expectato conditionis eventu ex aue heredem efficit, sentit proculdubio conditionalem  
 portionem etiam caducarij legibus inspectu nullo unquam casu ad fiscum pertinere Voluisse.  
 Et denique cum Gajus ipse auctor d. l. 53. in eisdem terminis, quamvis sub diversa inscripte  
 Explicite doceat in d. l. 33. de hered. instit. quod sic institutus heres ex aue scriptus censetur,  
 et ex quo ex pura adiecit institutione; conditionis tanquam supervacua existentia non  
 expectata conferim conditionalem etiam partem acquirit, necio sane quo pacto a se  
 ipso dissentiens in d. l. 53. docere potuit, et conditionis eventum propter fisci compendium  
 expectandum = Belloni itaque solutione rejecta, dicendum existimabam, Gajum in d. l. 53.  
 ut satis ostendit inscriptio, de Caducarij, quidem legibus disputare, et quatinus, si heres  
 ex parte pure, ex parte sub conditione institutus post additam ex pura institutione  
 hereditatem, adhuc pendente conditione decederet, an existente portea conditione ad  
 heredem Iure transmissum, an vero ad fiscum tanquam caduca conditionali portio  
 pertineret? Et merito respondisse, conditionalem partem non ad fiscum, sed ad heredem  
 perventuram propter prefata Iuris rationes, quas contra Bellonum expendimus. Nec  
 tamen ideo sentit Consultus, quod deficiente conditione ad fiscum, non ad heredem  
 conditionali portio pertineret, imo tanquam indubitatum supponens deficiente con-  
 ditione hereditatis partem ad fiscum pertinere non posse, difficultatem, et in quo solum  
 Caducorum quationi locum esse poterat, existentis conditionis casum, quem disputaret,  
 assumpit; sciendum namque est, quod in illis etiam casibus, in quibus herede ex parte  
 instituto, aut legato pendente conditione deficiente Caducorum observationi locum erat,  
 non aliter quam si conditio portea existit, hereditatis partem, aut legatum fisci poterat  
 vindicare, ut tam fortissima Iuris ratio, quam expressis Consultorum decisionibus  
 in l. Si id quod. Et S. ult. de Libertat. leg. l. In facta 60. S. t. de Cond. et Dem. ductus, late  
 contra Interpretet, fundavi ad titul. Quando dicitur leg. ced. cap. 3. ex n. 14. Rique ad n. 21.  
 cum explorati Iuris esset deficiente conditione non ad fiscum, sed ad heredem condi-  
 tionalem portionem pertinere, in difficultatibus, et habitibus solum existentis conditionis  
 terminis quationem Gajus evaporavit, in quibus etiam propter jam expensa rationes  
 heredem, non fiscum admittendum respondit =

N. 20.

Quod si heres aliquis ex parte pure,  
 ex parte sub conditione dato cohæredes fuerit institutus, siquidem ex pura parte  
 adiecit, ex ea heres efficitur, et conditionali parti dimidiam partem accrescendi  
 Iure statim acquirit, ut portio quam in omnem eventum esse habiturus, et cuius respectu  
 non nisi fructa expectaretur conditionis eventus; si vero enim eo adhuc superstiti Con-  
 ditio existit, mutata causa acquisitioni integram conditionalem partem Iure institu-  
 tionis acquirit, si vero conditio defecerit, ex eadem Iuris accrescendi causa conditiona-  
 li parti dimidiam partem ab initio acquiritur dignoscitur, dimidiam autem alteri  
 parti conditionali partem, quam non in omnem casum esse habiturus, n. statim acqui-  
 rit, imo ejus respectu conditionis eventus exit propter cohæredem expectandus, cuius  
 rei exitus ille enim, ut siquidem eo adhuc vivente conditio existit, integram con-  
 ditionalem partem abique nova additione Iure institutionis acquirit, si vero conditio  
 defecerit, dimidia hæc, de qua loquimur, conditionali parti portio ad cohæredem  
 accrescendi Iure perveniat. Hinc si sic institutus, postquam ex pura institutione adi-  
 exit, pendente alterius parti conditione decederit, conditionali parti dimidiam  
 illam partem, quam, quia in omnem casum esse habiturus, ex additionis tempore  
 conferim acquirit, ad heredem transmittit; dimidiam autem alteram partem, quam  
 non in omnem eventum fuit habiturus, ad heredem n. transfert, qui et si portea conditio



Existerit, Nullo Iure eam potest vindicare, non Institutioni, qua per mortem instituti  
pendente conditione contingentem extincta penitus fuit, non accrescendi, quia cum defici-  
entis portio coheredibus pro hereditariis portionibus accrescat, et conditionali pars dimi-  
dia pars jam ad institutum, eoque heredem accrescendi Iure pervenerit, dimidia altera  
pars ad coheredem eodem accrescendi Iure debet pertinere, quia omnia expresse constant  
ex l. Liberi homo. §. §. Si ita scriptum. 6. de hered. instit. l. Qui fundum. §. §. Si tu ex  
parte. 3. ad legem Falcid. et colliguntur ex d. l. §. §. h. tit. quos textus sic explicant  
Bellon. d. cap. 3. quest. 19. ex n. 27. et quest. 30. n. 28. cum seq. et Valent. d. lib. 3. tract. 1.  
cap. 4. n. 17. Nec aliud sibi Cui voluit in d. l. §. §. Titius. §. de hered. instit. ubi quod  
scribit, quod si testator ita dixerit: Titius ex semine heres esto. Sejus ex quadrante  
heres esto. Titius si Capitolium accenderit, heres esto, Titius si ante impletam condi-  
tionem pro herede gerat, ex semine heres erit; post eum autem impletum ex alio  
etiam quadrante heres erit, non sic accipiendum est, ut Titius pendente condit.  
dimidiam conditionali quadrantis partem non acquirat, quam imo statim acquirat,  
cum eam in omnem casum sit habiturus, quamvis implere conditionem omiserit, et  
sic si ipsa quadrantem repudiaverit. argum. tpi. in d. l. §. §. Vlt. junct. pro eum expo-  
sitione Valentia d. lib. 3. tract. 1. cap. 4. n. 18. cum 2. seqq. sed sic potius intelligendum,  
ut Titius siquidem ante impletam conditionem pro herede gerat Iure institutionis  
ex semine dumtaxat heres fiat, ex quadrante vero post impletam demum conditio-  
nem, dimidiam tamen quadrantis partem etiam pendente conditione non institu-  
tionis, sed accrescendi Iure conferam acquirat, ut cum alij cum tentum Belloni ex-  
ponit d. quest. 19. num. 50. Sed nec magis obstat tpi. in l. Si solus. do. Et hoc tit. ubi quod  
docet Paulus, quod ex pluribus partibus institutus et si coheredes habeat, unam portio-  
nem ad eundem, omnes acquirat; si tamen delata sint, omnia Belloni interpretatione  
ubi nuper n. 51. quae ex precedenti num. dictis convinci facile potest, sic explen-  
dum est, ut conditionali portioni eam partem, quam in omnem casum est habi-  
turus, accrescendi Iure statim acquirat; alias vero partes, quae quia deficiente con-  
ditione debent alij coheredibus accrescere, interim nec institutioni, nec accrescendi  
Iure deferuntur, n. statim, sed post existentiam conditionis acquirat, quod idem tra-  
ditur in d. l. §. §. 6. de hered. instit.

N. 21

Exterum si fuerit aliquis ex parte pure, ex  
parte sub conditione institutus, datuque eius sit in conditionali parte substitutus, quam-  
vis ex pura adierit institutione, nullam interim conditionali parti portionem acqui-  
rat, quia cum non in omnem eventum eam sit habiturus, conditioni eius expectata,  
qua deficiente integra conditionali parti ad substitutum expectat; existente vero ad  
ipsum institutum institutionis Iure, sine nova tamen additione pertinebit. l. Si re solus.  
¶ In prio. de hered. instit. d. l. §. §. h. tit. Hinc si sic institutus, postquam puram  
partem adierit, pendente conditione deceverit, ad heredem conditionalem partem  
non transfert, quae non expectato conditionis eventu ideo substituto defertur, quia  
per mortem instituti pendente conditione contingentem, pro conditionali parte extinc-  
ta jam institutione, vulgari est substitutio casus; quod tamen ita verum est,  
si locum habeat substitutio cum effectu, alioquin si substitutus repudiaverit, vel ante-  
quam adierit, deceverit; aut si cum substitutio non in omnem casum, sed solum in  
defectum conditionis fuisset concepta, conditio postea institutioni existerit, et sic  
contraria substitutioni conditio defecerit, tum sane conditionali etiam portio ad  
institutum heredem pertinebit, siue conditio existerit, siue defecerit, quia tunc solo  
accrescendi Iure acquiratur, quod ad heredem transmissibile esse statim dicemus.  
Sic contra Cusacium, Anron. Gomez, et alios cum iudicio tenet Bellon. d. cap. 3. quest.  
30. num. 30. cum 2. seqq.

N. 22

Hic procedunt, ubi per nos, mea ipsi hereditas nobis acquiratur.  
UVA. BHSC  
Iam



Iam quid Iurū nō, videamus, si per alium, veluti filiumfam, vel servum hereditas  
 acquiratur. Et quidem si servus (quacunque de servo dixerimus, eadem et de filio fam.  
 erunt accipiendā) ex parte pure, ex parte sub conditione dato coheredi fuerit institutus,  
 quamvis iurū Domini ex pura adierit institutione, conditionalis partii nec dimidiam  
 quidem partem Domino acquirat, imo conditionis eventus expectatur, et si servus pen-  
 dente conditione fuerit alienatus, vel manumissus, existente postea conditione vel sibi,  
 vel novo Domino conditionalem partem acquirat d. l. do. S. Item si servus. 2. hoc tit. si vero  
 in eisdem Domini potestate permanerit, novo iurū interveniente ei poterit conditio-  
 nalem partem acquirere; Quod enim dicitur semel dumtaxat ad eundem esse, in eju-  
 dem persona locum habet, non cum per alium acquirenda est hereditas, ut ait Pau-  
 lus in d. l. do. S. Vlt. et probat epi. in l. Si ex sua. 36. hoc tit. pro cuius conciliat. cum l.  
 Si ego. 26. eod. tit. consulendus Valentinus d. lib. 3. tract. 4. cap. 5. n. 1. et 23. Et denique si servus  
 alienatus interim sit, aut manumissus, et existente postea conditione novus Dnū,  
 aut ipse aut nō sit, aut nō possit conditionalem partem acquirere, aut si vel ante, vel  
 post servi alienationem, aut manumissionem conditio defecerit, conditionalis por-  
 tio Domino, qui puram partem acquirat, aut ejus heredi, ad quem Ius accrescen-  
 di transmittitur, et dato coherede pro hereditariis portionibus accrescet. docet Bellon.  
 d. cap. 9. quart. Co. ex num. 19. Eadem fere servantur, si solus servus ex parte pure, ex parte  
 sub conditione sit institutus, nisi quod deficienti aliquo ex supra dictis modis condi-  
 tionalis portio tota ad Dominum, qui puram partem acquirat, aut ejus heredem  
 accrescendi Iure pertinet, ut colligitur jam ex efficaci Iurū Ratione, quae in eo est,  
 quod propter manumissionem, aut alienationem spes supervacua dicitur conditio non  
 potest, cuius ideo eventus debet expectari. jam en d. l. do. S. 2. hoc tit. sic subtiliter ex-  
 penna, si quoties servus solus ex parte pure, ex parte sub conditione institutus puram  
 partem addit, conditionalem etiam Dno statim acquireret, et in eisdem utique  
 terminis si coheredem haberet, dimidiam partem conditionalis portionem conferret  
 Domino acquireret. ex nuper dictis n. 19. cum seq. sed ubi coheredem habet, nullam  
 conditionalis partem portionem pendente Conditione Dno acquirat. d. l. do. S. 2. ergo  
 nec ubi solus est institutus, conditionalem partem Domino statim acquirat, ut  
 fundant Bellon. d. quart. Co. ex num. 33. et Santolaria interpret. 2. S. 1. n. 3. quamvis  
 contrarium crediderint Cussac. lib. 42. Obsev. cap. 14. et Valentinus d. cap. 5. n. 4. moti  
 ex illi Verbi tpi. in d. l. do. S. 2. ubi: Dato scilicet coherede, quae tamen omnia Pa-  
 tri emendatione lib. 45. Conject. cap. 20. sic faciliter explicantur, ut si servus ex parte  
 pure, ex parte sub conditione sit institutus, indivincenti conditionis eventus expecte-  
 tur, maxime tamen si coheredem habuerit, quia tunc praeter manumissionem, aut  
 alienationem spes coheredi veretur intervenire, licet idem servetur, si datus coheres  
 non sit propter solam manumissionem, aut alienationem spes. Ceterum si sic insti-  
 tutus servus substitutum habuerit, extra dubium conditionis eventum expectari  
 oportere, cuius rei certum ex huiusque dictis colligere quilibet poterit =

Iam vero ut ad transmissionem  
 Iurū accrescendi proprius deveniamus, si ex pluribus hereditibus, qui vel ex testamto,  
 vel ab intestato ad eandem hereditatem vocantur, aliqui postquam suam portio-  
 nem adierit, decenerit, deficientes postea coheredum portiones ad heredem transmi-  
 ttit. l. Hae scripturae. 26. St. de Cond. et Dem. l. Si portionum. 44. S. Vlt. de Boni. lib. 1.  
 l. Si ex pluribus. 2. in p. de Sui, et legit. hered. Paulus lib. 4. Sentent. tit. 8. de Intest.  
 Succen. S. Vlt. l. Vnic. S. Huius ita definiti. h. Veri. In huius itaque. C. de Caduc. S. Vlt. In rit.  
 de S. Cto Ophit. Tum quia portio portioni, non persona accrescit, et rem ipsam, non  
 personam sequitur. l. Si Titio. 33. St. de Vusu. l. Si totum. 83. hoc tit. Tum q. qui partem

N. 23



addit hereditariis in eum eorum quo cetera portiones postea deficient, adhuc integram  
hereditatem censetur; perinde etenim tunc habetur ac si solus fuisset ad eam hereditatem  
vocatus d. l. 59. §. ult. de hered. iur. et. Duplex haec ratio sic amplius explicatur: Accrescens por-  
tio ei, qui portionem suam addit, quamvis ignoranti, vel invito ipso Iure sine nova acqui-  
sitione additione. l. 1. §. 1. de heredi. §. 1. d. l. 53. §. 1. junct. d. l. 80. §. 1. ult. hoc tit. et eadem quoad  
omnes fere Iuris effectus cum principali portione esse intelligitur, ut late disputat Be-  
llon. cap. 8. quart. et d. cap. 9. quart. 43 cum sex question. seqq. Cum ergo principali por-  
tio tanquam iam addita fuerit ad heredem transmissa, accrescens postea portio non  
potest non ad eundem transmissioni Iure pertinere, ut docent cum pluribus Valentia  
lib. 1. illur. tract. 1. cap. 2. n. 1. et 2. et Bellon. cap. 7. quart. 62. usque ad num. 19. Hoc ipsum  
et in bonorum possessionibus servatur; si qui etenim post agnitionem suae partis bonorum  
possessionem decederit, deficientes postea aliorum, quibus eadem bonorum possessio com-  
petebat, portiones ad heredem transmittit, ut patet quae ipso Iure acquiruntur. l. 3. §. 1.  
ult. cum 2. legib. seqq. de Bonor. posses. quoniam nova bonorum possessionis agnitione sit  
opus, quae semel dumtaxat agnoscenda est. Expressi tamen in l. Sed cum patris. 6. in fine  
principij. eod. tit. l. 2. §. 1. Si duo. 8. de Bonor. posses. secund. tab. et qui semel partis bonorum  
possessionem agnovit, deficientibus postea ceterorum portionibus ex alicuius agnitione bonorum  
possessionem censetur. l. Si coheredi. 1. in prin. Quis ordo in bonor. posses. sex. Unde nec  
obstat, quod vulgo traditur, bonorum possessionem hominum factum exponere, et ipso Iure  
nemini acquiri, ut dicebam num. 10. Nam in presenti praesentis pro parte bonorum  
possessionis agnitionem supponitur, quae ad deficientes postea portiones necessaria Iuris  
ratione protrahitur. Nec magis refutatur tibi in l. Si ita scriptum. 8. in prin. de Bonor.  
posses. secund. tab. ubi loquitur expresse Iulianus de parte, quae ante partem bonorum  
possessionem accreverat, et merito docet, quod qui bonorum possessionem agnovit, sepa-  
rate portiones non potest, sed vel utramque agnoscere debet, vel neutram, sic cum Cija-  
cio, Antonio Goveano, et alijs tradit Bellon. d. cap. 8. quart. n. 2. cum quinque seqq.  
qui et videndus omnino est d. cap. 7. quart. 62. ex n. 25. ubi late fundat, quod si ex re-  
cetera institutus dato coherede, postquam rem sibi relictam agnovit, decederit, si por-  
tio Universali coheredi deficiat, ad heredem integram hereditatem transmittit-

N. 21.

Tertiam, et ultimam de transmissione substiti-  
tutionis cum accrescendi Iure conjunctae nostrae capituli partem attingimus, pro cuius  
expositione, ne in terminis offendatur, tum demum in communi sententia dicitur  
substitutio cum accrescendi Iure conjuncta, cum coheredi coheredi substitutus inveni-  
tur, qui deficientem coheredi portionem substitutionis propter expressam testato-  
rii voluntatem, et accrescendi simul Iure etiam ignorans sine nova additionis  
interventu acquirere dicitur in l. Si quis heredi. 35. in prin. hoc tit. in quibus termi-  
nis aserunt communiter Interpretes, quod substitutio Iuris accrescendi, cuius adju-  
vandi causa ad caducarias leges evitandas adjecta creditur. d. l. Vnic. in prin. Verum  
Sed et igni. C. de Caduc. naturam induit, et qualitates assumit, ut probare videtur  
tibi in l. penult. in prin. et §. 1. et 2. de Injur. Rupt. pro cuius Expositione, et cum l.  
Si post humus. 1. in prin. Verum Nam et cum duobus. de Liber. et Posth. conciliatione Vi-  
dendus Valentia d. lib. 1. tract. 1. cap. 2. n. 8. cum 2. seqq. Nam quod dicitur solet, potentius  
esse juri substitutionis, quam Iuri accrescendi, tum solum Verum est, cum non coheres,  
sed alter alicui ex herediibus substituitur, ut in d. l. 2. §. 8. de Bonor. posses. secund.  
tab. cum similib; at cum coheres, coheredi substituitur, Iuri accrescendi per substitutio-  
nem confirmatur potius quam extinguitur. Verum communis haec Interpretum opinio  
ex eo dupliciter Sanzolanis d. interpr. 2. §. 2. per totum, quod Iuri accrescendi propter  
solam Iuris necessitatem inductum negari non potest, sed nulla necessitate viget, ut  
in eo, qui Iure substitutus fuerit, Iuri accrescendi introducatur, quia quidquid afferret







cendi Iure conjuncta substitutio ad heredem transferri non potest, nihil omnino ab accrescendi Iure mutuetur: Ne ergo dicere cogamur inutilem prorsus esse substitutionem cum accrescendi Iure unionem, seu conjunctionem, fateri debemus, substitutionem ab accrescendi Iure, cum quo conjuncta invenitur, transmissioni effectum mutuari. Expendere tandem potuimus tom. ind. l. Mic. S. Mi. ita definit. to. Veri. In hi. itaque. C. de Caduci, ubi in nostris terminis substitutionem cum accrescendi Iure conjunctam ad heredem transmitti decidere Iustin. videtur =

N. 26.

Ex adverso Santolaria, cui libere subicribo d. Interpret. 2. 5. 2. n. 4. aserit, quod si coheres coheredi substitutus post aditam suam portionem ante existentem casum substitutionis decederit, deficientem portio coheredi portionem non ex substitutionis, sed ex Iuris accrescendi causa ad heredem transmittit, quod et agnoscit Valentia d. lib. 3. tract. 1. cap. 6. n. 6. et ea ratione demonstratur: Per mortem instituti heredi, qui fuerit coheredi substitutus ante existentem casum substitutionis contingentem statim Ius substitutionis extinguitur: g. substitutionis Iure cessante ex necessitate accrescendi Ius introducitur, cuius virtute deficientis portio coheredi portio ad aditam portionem recurrit. A num. 3. Ex eo (quod Interpretes non adverteunt) meo iudicio confirmatur, quod si heres ex parte pure, ex parte sub conditione dato coherede institutus, postquam puram partem adierit, pendente alterius partis conditione decederit, pro dimidia conditionalis portionis parte illius Ius institutionis extinguitur, et solum accrescendi Ius introducitur, ut ex eo dignoscitur, quod statim n. expectato conditionis, quae nihil operatur, evenit, dimidia illa conditionalis partis parti dato coherede accrescendi Iure defertur, et acquiritur. d. l. 59. 5. 6. de hered. instit. juncti quae dixi num. 20. at vero si extincum Ius institutionis n. fuerit, foret adhuc expectanda conditio, eaque existente dimidia etiam illa conditionalis portionis parti non ad coheredem, sed ad heredi heredem institutionis Iure pertineret, sed quia extincum illico Ius institutionis fuit, nec dimidia illa conditionalis partis parti Iure institutionis ei data dici potest, qui tempore dandi, id est existente conditionis in rerum natura non fuit, ut concludit Celus ind. l. 59. 5. 6. non expectata conditioe parti illa, quae solo accrescendi Iure defertur, ad solum heredem expectat. Tunc sic: Quoties coheres coheredi datus substitutus est, Ius accrescendi, siquidem ut acquisitionis modus consideretur in eadem persona quoad eandem hereditatem simul cum Iure substitutionis concurrat, sic et quoties aliqui dato coherede ex parte pure, ex parte sub conditione institutus, Ius accrescendi in eadem consideratione simul cum Iure institutionis concurrat, ut ex eo constat, quod si sic institutus puram semel partem adierit, siquidem eo adhuc superstiti conditio extiterit, ex institutione, ipso tamen Iure sine nova aditionis ministerio perinde ac si accrescendi Iure succederet, integram conditionalis partem acquirit. d. l. 59. 5. 5. et 6. junct. Reg. 201. ind. l. 80. S. Vlt. hoc tit. Sed quoties ei, qui ex parte pure, ex parte sub conditione fuit institutus, post puram aditam portionem adhuc pendente alterius partis conditione decederit, statim Ius institutionis extinguitur, et accrescendi Ius fit locus: similiter ergo quoties coheres coheredi substitutus post aditam ex institutione portionem ante existentem casum substitutionis decedit, statim Ius substitutionis finitur, solumque superest Ius accrescendi, cuius virtute ut deficientis portio coheredi portio ad aditam portio-



N. 27.

portionem recurrat, et sic ad heredem heredem pertineat necesse est =  
 Eandem præterea sententiam firmant inevitabile, tñ in l. Toties. Et hoc tit. et in d. l. 9. Veri. Alia causa est. de Suis, et legitim. hered. et Paulus d. lib. 4. Sentent. tit. 8. de Instet. Succen. §. 17. Ait Ulpianus in d. l. 8. quod toties videtur hæres institutus etiam ex causa substitutionis adijse, quoties acquirere sibi potuit, id est institutus hæres cohæredi substitutus, qui suam partem adijt ex institutione, toties deficientem postea cohæredi portionem ab initio ex causa substitutionis adijse, aut quod idem est, ex substitutione ipso Iure acquirisse sine nova additione censetur, quoties acquirere sibi potuit, id est, est quoties quo tempore substitutionis casus extiterit, superstes adhuc sit, Nam si mortuus esset (subjungit) ad heredem n. transferret substitutionem. Hoc ipsum scripsit Martianus in d. l. 9. ubi postquam dixerat, quod si ex pluribus legitimis hæredibus aliquis post suam additam portionem decederet, deficientes postea cohæredum portiones Iure accrescendi ad heredem transmittit, aliam esse causam subjicit instituti hæredi, et cohæredi suo substituti; huius enim vivo defertur ex substitutione hæreditas, non etiam si defecerit, ejus heredem sequitur, quod et Paulus d. lib. 4. tit. 8. §. 17. docet: ergo substitutio etiam cum accrescendi Iure conjuncta ad heredem transferri non potest. Nec ferendi sunt Cusac. lib. 12. Observ. cap. 11. eique consentientes Val. d. lib. 4. tract. 4. cap. 2. n. 11. cum seq. et d. lib. 3. tract. 4. cap. 6. n. 5. et Bellon. d. cap. 9. quar. 35. n. 14. dum asserunt, inter hæredes instituti sublatum omnino fuisse Iure accrescendi legibus caducarijs, ad quas expensis tñ sunt referendi, et in quibus cum tunc temporis dici non possent substitutio cum accrescendi Iure, quod nullum erat, conjuncta, si institutus hæres cohæredi substituti post additam ex institutione portionem ante existentem casum substitutionis decederet, deficientem postea cohæredi portionem ad heredem n. transmittit, quia Iure substitutionis per se solum, nec cum accrescendi Iure conjunctum ad heredem transferri non potest. Nam hæc evasio, præterquamq. falsa in se est, cum certum sit etiam caducarijs legibus stantibus pluribus in casibus Iure accrescendi locum fuisse, quos late, et erudite recensent Santol. d. interpr. 9. §. 3. per totum, et Illustrat. Ramos. lib. 4. ad leg. Jul. et Pap. Reliq. 33. per totam, ex eo manifeste convincitur, quod Ulpiani sæculo, qui et caducarias leges agnovit, et author est tñ in d. l. 8. hoc tit. quoties cohæres cohæredi substitutus erat, dicebatur substitutio cum accrescendi Iure conjuncta, ut idem Ulp. affirmat in d. l. 35. in præd. h. tit. et tamen ad heredem n. transferrebarus: q. substitutio etiam cum accrescendi Iure conjuncta ad heredem transmitti non potest =

N. 28.

Verum majori adhuc explicat. indiget tñ in d. l. 9. de Suis, et legit. hered. ubi dum Martianus respondit, quod si institutus hæres cohæredi suo substitutus post suam additam portionem decederet, deficienti postea cohæredi portio ejus heredem non sequitur, sententia sane videtur, quod nec substitutionis, neque accrescendi Iure deficientem postea cohæredis portionem ad heredem transmittit, cuius contrarium asserimus n. 26. et Justinian. decidit in d. l. 9. Veri. In his itaque. C. de Caduc. Dicendum tamen pro solut. est, Martianum in d. l. 9. id solum docuisse, quod scilicet quamvis inter hæredes ab intestato includuntur accrescendi Iure, ejusque transmissioni sit locus, quia et includuntur in legitimis hæreditatibus caducui locus non est, alia tamen est causa hæredi instituti, et cohæredi suo substituti; huius enim, si suam portionem adierit, et superstes adhuc sit, deficienti cohæredi portio ex causa substitutionis



defertur, ipsoque Iure acquiritur, quamvis ex eo defecerit, quod Cohæres, Cœlebs, fortan, Vel Latinus intra centum dierum creationis diem legibus non obtemperaverint; Ius etenim substitutionis tanquam ex expresso iudicio testatoris decedens fisco excludit, et Caducis omnino præfertur. l. Titius 29. cum l. Seq. de hæred. insti. d. l. Unica in prin. Veri. Sed et igni. C. de Caduc. at si institutus hæres cohæredi suo substitutus post suam additam portionem ante existentem eorum substitutionis decederit, deficiens postea cohæredi portio ejus hæredem n. sequitur, si Ius substitutionis inspicimus, quod per mortem extinctum invenitur, sed ad eum accrescendi Iure pertinere debet, siquidem ex eo defecerit, quod cohæres repudiaverit, Vel ante additionem decederit, quibus in casibus fisco locus esse non potuit ex jam dicto num. 19. Si Verò ex eo defecerit, quod Cœlebs fortan, Vel Latinus cohæres intra dies centum creationis legibus non paruerit, ad fisco expectabit, non ad hæredem hæredem, cui nec Ius substitutionis per mortem jam extinctum, nec accrescendi Ius per caducitatem excluditur suffragantur; Et in summa docet Martianus, Ius quidem substitutionis ad hæredem transmitti n. posse, nec negat transmissionem Iuris accrescendi, nisi fuerit per caducitatem excluditur, quod et nos asserimus, et tradunt Paul. d. lib. 4. Sentent. tit. 85. Vel et Ulpian. lib. 13. ad leg. Iul. et Pap. in d. l. 81. hoc tit. docet Illustris. Ramos d. lib. 4. Reliq. 32. n. 4.

N. 29.

Nec tunc pro contraria opinione num. 25 adducta fundamenta refragantur, quorum V. respondes, quod generalis illa Regula, quæ habet, quod hæreditaria portio, quæ hæredi, qui suam aditam portionem ipso Iure sine nova additione quamvis ignorantia acquireretur, ad ejus hæredem transmittitur, intelligenda sic est, si scilicet adhuc post mortem Ius illud periret, ex cuius causa superstiti deficiens portio acquireretur, ut videre est in Iure accrescendi, quod quia per mortem non extinguitur, nisi fuerit per caducitatem excluditur, ad hæredem transmittitur; at si Ius illud, ex cuius causa institutus hæredi, si superstiti esset, deficiens cohæredi portio acquireretur, per ejus mortem exprimitur, transmissioni locus esse non potest, prout in præsentis contingit; quoties enim institutus hæres cohæredi suo substitutus, postquam suam portionem aditam, ante existentem substitutionis eorum decedit, statim Ius substitutionis extinguitur, de cuius transmissione nec disputari quidem jam poterit, solumque superest accrescendi Ius, quod nisi caducarij fuerit legibus impeditum, ad hæredem transferitur. Minus sane negotium sequentia duo exhibent fundamenta, quæ imò sic in ipsi Adversarios retorquero: Potest institutio non minus quam substitutio in una, eademque persona quoad eandem hæreditatem simul cum accrescendi Iure conjungi, ut in eo videmus, qui ex parte pure, ex parte sub conditione fuerit hæres scriptus, cui institutus hæres cohæredi suo substitutus similis esse dicitur in d. l. 45. ad leg. Falci. sed institutio cum accrescendi Iure conjuncta si institutus hæres post puram additam portionem adhuc pendente alterius partis conditione decederit, ad hæredem n. transit. Expressum est in d. l. 52. d. 6. de hæred. insti. junctis quæ dicitur n. 26. quibus nec veretur in d. l. 35. in prin. h. tit. ubi transmissio non institutionis per mortem jam extinctæ, sed accrescendi Iuris accepto ferenda est: q. similiter substitutio etiam cum accrescendi Iure conjuncta, si institutus hæres cohæredi suo substitutus post suam additam portionem ante existentem substitutionis eorum decederit, transmitti ad ejus hæredem n. potest. Quæ insuper fundamentum n. obstat; Nam et si cum accrescendi Iure conjuncta substitutio ad hæredem n. transferatur, n. ideo



n. idēo inutili, aut supervacua est substitutionis cum accrescendi Iure conjunctio, 68  
quæ illum effectum operatur, ut quandiu substitutio perseveret, deficienti coheredi  
portio hæredi, qui suam adiit portionem, quamvis ignorantibusque nova additioni  
ministerio ipso Iure quæramus. d. l. 35. h. tit. cum alij Iuribus adductis d. num. 25.  
qui acquirendi modus n. substitutionis, ex cuius causa additionem intervenire te-  
quiritur, sed accrescendi Iuris est proprius. Nec contraria tandem opinio fa-  
ret Justin. in d. l. Vic. Sto. Ver. In huiusmodi. C. de Caduc. ubi docet quidem quod  
hæres institutus coheredi suo substitutus si post additionem ex institutione portionis  
deceverit, deficientem portio coheredi partem ad hæredem transmittit, n. tamen  
substitutionis tanquam per mortem extincta, sed solo accrescendi Iure, cuius post  
caducarias leges ea constitutio abrogata quoad fideicommissum excludendum, eademque  
substitutionis potestas est =

Ex quibus omnibus, quæ tradunt Bellon. d. cap. 9. q. 31.  
n. 14. cum 3. seqq. et Valentia d. lib. 3. tract. 4. cap. 6. n. 2. explicandi sunt etiam, qui  
nostram sententiam confirmant in l. Qui plures. 23. et in l. Lucius Titius. 45. §. 1. de Vul-  
gari, et Pupill. in quibus scriptum est, quod si plures hæreses instituti invicem fuerint  
substituti, et ex eis aliquis post suam additionem ante existentem casum sub-  
stitutionis deceverit, moxque ex eis alter repudiaverit, repudiata portio ex causa substitu-  
tionis ad eos dumtaxat pertinet, qui tum temporis superviventes adhuc sunt, nec aliqua ejus  
pars ad ejus hæredem expectat, qui ante existentem substitutionis casum decevit. Tunc  
sic Reciproca inter hæreses concepta substitutio in ratione modi acquisitionis simul cum  
accrescendi Iure conjungitur. d. l. 6. C. de Impuber. et alij substit. Et tamen ad hæredem  
transmitti non potest: q. nec cum accrescendi Iure conjuncta substitutio ad hæredem trans-  
fertur. Cum itaque reciproca substitutio quoad eum, qui post suam additionem portionem  
ante coheredi repudiationem decevit, peritus extinguitur, solum accrescendi Ius quoad  
ejus personam poterat supervire; quod tamen per reciprocam substitutionem excluditur,  
quæ in supervivente coheredi personam locum habet; exploratum namque est, Ius substit-  
utionis testatoris voluntate, legumque dispositione substitutum potentius, efficaciusque esse,  
quam Ius accrescendi, quod sola Iuris necessitas introduxit. l. 11. in prin. de Vulgari.  
d. l. 258. de Bonor. possen. secund. tab. ut ad rem ex Cusacio, et alij disputat D. Ramos  
in Manuscript. ad tit. de Vulg. cap. 2. n. 14. cum seq. Hinc perspicue inferitur, quod si quo  
tempore coheres repudiaverit, nullus ex substitutis in rerum natura sit, extincta jam  
in Omnium personis reciproca substitutio, accrescendi Iure quod solum tunc supervit ad  
Omnes defunctorum hæredum, qui suas portiones adierint, hæreses, necessario repudi-  
ata portio pertinebit, ut speciosa brevitate animadvertit Anton. Gobeanus in d. l. 45.  
§. 1. de Vulgari =

Ad eandem etiam hanc partem substitutionis cum accrescendi Iure  
conjuncta pertinet difficillimus etiam in d. l. 35. in prin. Ver. Idem dico. h. tit. ubi post-  
quam dixerat Ulpianus, quod ex parte instituti hæres, coheredique suo substitutus,  
si ante existentem casum substitutionis pro hærede generis, repudians postea cohæ-  
rede ipso Iure sine nova additione hæres ex causa substitutionis existit, perinde  
ac si accrescendi Iure succederet. Idem dicendum adjicit, si filiusfam. vel servus  
hæreses institutus, et sui coheredibus substituti Patris, vel Domini jure ex institutione  
adierint hæreditatem, et mox emancipatus, vel manumissus ex causa substitutionis  
adeant: Exunt namque hæreses (concludit) sunt enim appendices precedentis  
institutionis; quibus Verbi id sibi Ulpianum voluisse confirmavit Cusac. lib. 12. Obsev.  
cap. 14. Anton. Faber lib. 15. Conject. cap. 20. et Valentia d. lib. 3. tract. 4. cap. 5. num. 2. cum seq.  
ut scilicet Pater, vel Dominus, qui per filij, vel servi additionem hæreditatis partem ex  
institutionis causa acquirunt, ipso Iure existente casu substitutionis ex ejus causa

N. 30.

N. 31.



1832  
sine nova additione deficientem coheredi portionem acquirant, et si filiusfam. Vel servus  
jam ante emancipatus, aut manumissus ex causa substitutionis adierint, et in coheredem  
constituunt, quod deficienti coheredi portio, quae ex causa substitutionis cum accrescendi Iure  
conjuncta defertur, et ipso Iure acquiritur, ad jam additam, et Patri, Vel Dño acquiruntam  
portionem recurrit; Est enim coheredi facta substitutio precedenti institutioni appendix,  
nec deficienti coheredi portio potest alij ex causa substitutionis acquiri, quam ei, qui par-  
tem aliam hereditatis ex institutione acquirunt. Verum haec interpretatio non placet;  
Nam quod saepe diximus, quod institutus haeres coheredi suo substitutus, qui suam partem  
adiit, deficientem portea coheredi portionem ex causa substitutionis cum accrescendi Iure  
conjuncta sine nova additione adhuc ignorans acquirat, tum solum procedit, cum per se-  
metipsum hereditatem acquirat, in quibus terminis loquuntur tñi. ex quibus hoc princi-  
pium desumitur in d. l. 35. in prin. d. l. 16. Ver. Idem respondit. hoc tit. d. l. 4. in princip.  
Quis ordo in bonor. possen. serv. d. l. 6. C. de Impuber. et alij substit. d. l. 1. in 5. Cod. de  
Caduc. at si per alium hereditas acquiratur, contrarium omnino servari efficax Iuris  
Ratio persuadet; Nam licet institutio dicatur cum accrescendi Iure conjuncta quoties  
aliquis ex parte pure, ex parte sub conditione instituitur; si tamen servus ex parte pure  
ex parte sub conditione, Vel solus, Vel cum alij simul haeres institutus sit, quamvis  
viventi Domino partem acquirunt, si existentis conditioni tempore manu-  
missus, Vel alienatus inveniatur, Vel sibi, Vel novo Dño conditionalem partem acqui-  
rit, quinimo quamvis in prioris Dni. potestate permanserit, non ideo ei ipso Iure port  
conditionis existentiam conditionalem partem ex causa institutionis acquirat, sed  
novo jure, novaque additione opus est, quia quoties per alium est hereditas acquirenda,  
dici non potest institutio cum accrescendi Iure conjuncta d. l. 80. §. 2. et Vlt. h. tit. juncti  
qua dixi nam. U. §. nec dici poterit substitutio cum accrescendi Iure conjuncta, quo-  
ties de acquirenda per alium hereditate tractatur, ac per consequens filius, Vel servus  
haeres instituti, sui que coheredibus substituti, quamvis Patri, Vel Dño jure ex insti-  
tutione adierint hereditatem, si ante existentem eorum substitutionis emancipatus,  
aut manumissus fuerint, deficientem coheredi portionem sibi, non Patri, Vel Dño ac-  
quirunt, imò et in Patri, Vel Dño potestate permanserint, novo jure, novaque additione  
opus est. argum. tñi. in d. l. 80. §. 2. et Vlt. junct. d. l. 4. §. 13. ad leg. Falciã.

N. 32

1832  
Sed tum summe difficultè redditur Ulpianus,  
qui contrarium diversis Verbis docere videtur in d. l. 35. in prin. Ver. Idem dico. hoc tit.  
quem ut explicet Santolaria d. interpr. 254. n. 3. cum seq. id ipsum, quod nunc diximus,  
agnoscens exprimat in eo textu deficientem port. filij, Vel servi emancipationem, Vel manu-  
missionem coheredi portionem solo accrescendi Iure Patri, Vel Dño acquirunt, q. Exincta  
fuit substitutio, quod sic probat. Ea est natura substitutionis inter coheredes facta, ut is  
demum ex ejus causa potest ad deficientem portionem admitti, qui ex institutione haeres  
exiterit; Voluit etenim testator censere, ut ea substitutio esset precedenti institutioni  
appendix, et cum filius, Vel servus ex institutione haeres non exiterit, emancipatione,  
Vel manumissione secuta, extinguitur substitutio, quae nec in filio, Vel servo consistit,  
qui haeres non exiterunt, nec magis in Patri, Vel Dño, qui nec haeres fuerunt scripti,  
nec ex testatoris judicio, sed sola legi potestate hereditarij partem acquirunt, ad quaz  
accrescendi Iure, quod solum tunc superest, extincta substitutione, deficienti portea  
coheredi portio necessario recurrit. Quae solutio ex eo etiam displicet, quod et si da-  
remus eam esse inter coheredes facta substitutionis naturam, ut si demum potest ex  
ejus causa ad deficientem coheredi portionem admitti, qui ex institutione haeres exi-  
terit, ut ab argum. probare videtur tñi. in d. l. 23. in fine. de Vult. quod nunc disputare ad



Vem noſtram non ſpectat, adhuc tamen in d. l. 35. Veri. Idem dico filius, Vel ſervus, quamvis Patris, Vel Dño ex inſtitutione hæreditariæ partem acquirunt, hoc ipſo quod ante exiſtentem earum ſubſtitutionis Emancipatus, Vel manumittus fuerint, deficientem portæ cohæredi portionem poſſent ſibi ex cauſa ſubſtitutionis, quæ adhuc duraret, acquirere; nec enim per Emancipationem, aut manumittionem in eorum perſonis ſubſtitutionis conditio defecit, cum filius, Vel ſervus, qui Patris, Vel Dño hæreditate acquirunt, hæredi exiſtente dicantur ex hiis, quæ doctè tradit Richard' in lecturæ ad tit. ff. de leg. 1. cap. 2. cum ſeq. Unde licet pupillari ſubſtitutio generalibus Verbis ita concepta: Quiſquis mihi hæres erit, idem filio meo intra pubertatem mortuo hæres erit, ejuſ ſit natura, ut ex ejuſ cauſa in ſolum pupillo poſſit ſuccedere, qui Patri hæres exiſterit. §. Subſtitutus. 7. Inſtit. de Pupill. Subſtit. Si tamen filius, Vel ſervus Patris, Vel Dño paternæ hæreditatis partem ex inſtitutione quaerunt, Emancipatus portæ, Vel manumittus ex cauſa generaliter concepta pupillari ſubſtitutionis ſibi pupillarem hæreditatem acquirunt. juxta ex. in l. 3. et in l. 3. Qui liberi. §. 5. Ne de Vulgari, quos sic exponit in Academic. de Pupill. Subſtit. cap. 1. n. 2. et sic intelligit Illuſtr. Ramos in Manuſcript. ad tom. in l. Re conjuncta 89 de leg. 3. cap. 1. n. 2. quidquid immerito reclamet Santolaria d. num. 4. exo in d. l. 35. quamvis filius, Vel ſervus hæreditatis partem ex inſtitutione Patris, Vel Dño acquirunt, portæ Emancipatus, Vel manumittus deficientem cohæredi portionem omnino ex cauſa ſubſtitutionis ſibi debuerunt acquirere =

N. 33.

Dicendum itaque potius est cum Accursio, Bartholus, Alberico, Goffredo, et alijs, quibus ſubſcribunt Richard' in lecturæ ad num. tit. cap. 28. n. 9. et Bellon. d. cap. 2. quaest. 33. num. 11. Verba illa tit. in d. l. 35. in prin. Veri. Idem dico. hoc tit. i. bi: Erunt namque hæres non ad Patrem, Vel Dñum, sed ad emancipatum filium, Vel manumittum ſervum referri oporteret, ut ſensu ſic, quod licet filius, aut ſervus hæredi inſtitutus, et ſuis cohæredibus ſubſtitutus, Patris, Vel Dño ex inſtitutione hæreditatis partem acquirunt, Emancipatus portæ, Vel manumittus deficientem cohæredi portionem ſibi ex cauſa ſubſtitutionis acquirunt. Sed huic interpretationi et textus litera, et decurſiva ratio repugnare ſimul videtur; nam poſtquam dixit Vlpian' quod inſtitutus hæres cohæredi ſuo ſubſtitutus ſi ex inſtitutione adierit deficientem portæ cohæredi portionem ipſo Jure acquirat ex cauſa ſubſtitutionis cum accreſcendi Jure conjuncta, ſtatim ſubiicit: Idem dico etiam filius fam. §. quibus Verbis cum idem in Verba que ſpecie dicendum reſpondeat, ſententia manifeſte videtur, quod Pater, Vel Dominus, qui per filium, aut ſervum partem hæreditatis ex inſtitutione quaerunt, indiſtinctè in omnem deficientis cohæredi eventum ipſo Jure ex cauſa ſubſtitutionis cum accreſcendi Jure conjuncta hæres exiſtunt, quod et decurſiva illa ratio demonſtrat, quod ſcilicet est hujusmodi ſubſtitutio præcedenti inſtitutioni appendicæ ex ſubſtitutione delata portæ tanquam appendicæ ad additam ex inſtitutione principalem portionem reſpondet. Verum omnia non improbabili ſolutione Richardi d. cap. 28. n. 9. Bellono conſentio, qui d. quaest. 33. n. 11. circa fin. acute reſpondet, Vlpianum in d. l. 35. in illi Verbis: Idem dico non paritatem, aut inter utramque ſpeciem ſimilitudinem denotare voluisse, sed quamdam conſequentiam, quæ locum habet in oppoſito; dixerat, quod hæres inſtitutus cohæredi ſuo ſubſtitutus, qui ex inſtitutione adierat, delatam ſibi ex ſubſtitutione cum accreſcendi Jure conjuncta cohæredi portionem ipſo Jure ſine nova additionis acquirat manifeſto. Subſiicit idem dicendum, ſcilicet e contraſario, quod ubi ſubſtitutio per ſe ſola conſiſtit, nec cum accreſcendi Jure concurrat, qui ex inſtitutione hæres exiſtit, ipſo Jure hæres ex ſubſtitutione non fit, ſed nova additione opus habet, et cum ſubſtitutio tum demum cum accreſcendi Jure concurrat, cum qui per ſemetipſum hæreditatem acquirat, docet, quod ubi filius, Vel ſervus hæredi fuerint ſcripti,



et coheredibus substitui (quo casu dici non potest substitutio cum accrescendi Iure  
 conjuncta ex dictis n. 34.) quamvis Patris, vel Domino hereditatis partem acquirere  
 emancipatus, vel manumissus deficientem coheredi portionem sibi ex causa substitutio-  
 nis acquirunt; sunt enim appendices precedenti institutioni, id est (ut haece Verba Omi-  
 no Bellono melius explicari posse existimo) hujusmodi coheredi facta substitutio est  
 precedentis institutioni appendix, ita ut deficiente coherede si solum pars haeres  
 ex causa substitutionis existat, qui haeres fuerit institutus; quod tunc solum contingit,  
 cum quis per semetipsum hereditatem acquirat, n. cum per alium acquirenda est ha-  
 ereditas, nisi quo tempore casus substitutionis extiterit, filius aut servus in eadem  
 causa permanserint, et deinde deficientem portionem ex causa substitutionis adierint.  
 Unde cum in d. Verri. Idem dico per se solum Ius substitutionis consistat, nec cum accre-  
 scendi Iure concurrat, ad Domini, vel Patris heredem transmitti in omnium Interpre-  
 tum Sententia non poterit =

N. 34.

Quod de Vulgari substitutione diximus, hoc ipsum et in  
 pupillari substitutione procedere tandem animadvertimus; Nam pupillari substitui-  
 onis Ius, si per se solum consistat, ad heredem citra dubium non transfertur. d. l. 8. 5.  
 Vlt. l. Qui habebat. 17. de Vulg. nisi forsan frater fuerit impuberi fratri substitutus,  
 qui cum ipso Iure necessarius haeres ex causa substitutionis existat, ad iustitiam sui  
 heredi etiam ignorans ad heredem fraternam hereditatem transmittit. Arg. in-  
 gularis, et elegans ad rem tot. in l. Sed et in illo. 18. de Ver. dub. Si vero pupillaris  
 substitutionis Ius fuerit cum accrescendi Iure conjunctum, prout contingit, qua-  
 ties ex parte instituto impuberi ejus coheredi datus substitutus est. l. Sed si plu-  
 res. to. 5. Idemque est. 3. de Vulg. l. Quidam. Co. C. de Iure deliberandi junctis quae  
 dixi in Academic. de Pupill. substit. cap. 1. n. 18. ad heredem transmitti Communis  
 Interpretum tenet sententia qualem amplexi fuimus d. cap. 1. n. 19. Nunc vero ingenue  
 fatiam agnoscimus ex supra dictis num. 26. Dicimus itaque breviter cum Santo-  
 laria d. interpret. 9. 5. 2. n. 8. Ex cujus doctrina potest satisfieri huic, quae in con-  
 trarium acriter disputat Bellon. d. cap. 9. quae. 37. per totam, et praecipue ex n. 15.  
 quod si ex parte scriptus haeres impuberi coheredi substitutus post additam  
 paternam hereditatem supervit adhuc pupillo decesserit, quamvis statim  
 Ius substitutionis finiatum Iure accrescendi, quod solum tunc superest deceden-  
 tis postea impuberis hereditatem ad heredem transmittit. juxta difficillimum  
 tom. sic intellig. in l. Qui patri. 59. h. tit. Cui non oppositum noviter denique  
 Explicandus tom. in d. l. to. in prin. de Vulgari, ubi cum plures fuerint instituti,  
 et impuberi coheredi substituti, et ex eis aliqui post additam paternam heredi-  
 tatem decesserint, soli supervitantes ex substitutione haeres existunt, tum quia  
 substitutio generaliter fuit concepta ex Regula tot. in d. l. 8. 5. Vlt. eod. tit. Tum  
 quia etiam specificiter fuerit concepta in defunctum personam extinguere  
 solumque quoad eorum haeres Ius accrescendi superest, quod per pupilla-  
 rem substitutionem, quae in supervitum personam locum habet, necessario debet

- Excludi. argum. eorum, quae diximus num. 30. Quibus jam
- Notum intermiserimus Commentarium, duobus
- postea Capitulis, qui superant exponuntur
- Noti anuat intermiserunt Dei genit
- trix, Cui Nos, scriptaque nra
- et scribenda omnia feliciter
- servituti Iure sacramus



70

# Caput tertium.

## De hæreditatum transmissionibus ex novis constitutionibus

Quidam circa nondum addita hæreditariæ transmissionem cautum Iure Paternæ fuerit, late jam vidimus, nunc de novis Principum constitutionibus disputamus, inter quas primum locum obtinet Theodoriana, quæ extat ex l. *Nica* C. de hæ. qui ante apert. tabul. hæredit. transmitt. et à Iustin. illibata relinquitur in l. *Nic. 5.* In nominis. *5. Veri. Excepti. C. de Caduc. toll. et cuius summa hæc est. Cum antiquitus ex liberi sui hæredes dumtaxat etiam ignorantes, et ante immortem decedentes paternam hæreditatem sui iuris potestate ad quemcunque successorem transmittent, strictissimum sanguinis, et charitatis vinculum, quod inter Patentes, et Liberos etiam patris potestatis, et sui iuris Iuribus seclusi Veritatis, attendens Theodorus statuit, ut filij, seu filia, nepotes, aut nepti, pronepotes, aut pronepti in sacris paternis non existentibus à Patre, vel matre, avo, vel avia, proavo, vel proavia, sive soli, sive cum extraneis simul hæredes scripti siquidem ante apertas testamenti tabulas decederint, sive se noverint scripti hæredes, sive ignoraverint ad Liberos suos, cuiuscunque sint sexus, vel gradus delectam sibi hæreditariam portionem transmittente, quæ nova transmissionis species ex potentia sanguinis Oris tam à Pragmaticis, quam à Theoricis Interpretibus, quorum nonnulli sui loci referendum communiter, et rectè dici solet, cum non sui iuris, sed solo sanguinis Iure nitatur, et in eorum dumtaxat Liberos gratiam fuerit introducta, quæ patris potestatis, aut sui iuris Iure non gaudent, quales sunt ex materna linea descendentes. l. *Nulla femina. 13. de Sui, et legitim. hæred. junct. 5. Vlt. Instit. de Patris potest. aut à Parentibus emancipati. l. 3. Veri. Quod si. C. de Iure delib. non suorum hæredum, quibus non modo utilis, verum et notia esset huiusmodi constitutio, ut potè qui communis Iure non modo ad Liberos, sed et ad quemcunque successorem, quamvis penitus extraneum paternam hæreditatem transmittunt, ut præced. cap. disputavi, et si fuerint Theodoriana lege comprehensi, ad solo Liberos, non ad extraneos hæredes paternam hæreditatem transmitterent, quod magna ex parte sui iuris, et transmissionis Iura minueret, ut cum Duar. Oruald. Anton. Fabio, et alijs ad rem considerat D. Ioseph. Vela dixerat. *Hispal. 4. n. 87.* Si dicas, quod neque emancipati Liberi Theodoriano indigent beneficio, quia dum à Patre ad paterna vocantur bona, rescissa emancipatione ad suorum hæredum conceptum rediguntur. l. *Sed cum patris. 6. 5. 4. de Bonor. possession. l. 3. 5. Si emancipatus. 5. de Bonor. posses. contra tab. test. sic intel. l. 2. in l. 4. in prin. Qui ordo in bonor. posses. serv. 5. Emancipati. 9. Instit. de hæred. quæ ab inter. def. prin. Instit. de legit. agnat. succes. juncti, quæ dicitur in academic. ad tit. C. de Collat. cap. 5. n. 5. ac proinde communis Iure paterna bona debent ad quemcunque successorem etiam omnino extraneum transmittere; Respond. quod emancipationis rescissio à Patre inducta non est totalis, sed partialis, id est viam solum excludit, ut emancipati Liberi ad bonorum possessionem admittantur, non autem efficit, ut quoad reliquos Iuris effectus in potestate fuisse credantur, aut***

Num. 1.



N. 2

Suūtatū Iuribus gaudere intelligantur, ut ad rem aliam docuit Anton. Faber de Exer. Pragmat. decade. 2. error. 7. n. 2. Suūtatū autem Iure cenantē solum reperit Ius sanguinis, quod Theodosiana Constitūtiōne suffultum ad liberos transmissionem inducit =

Hujus autem Theodorij constitutiōnis decisiua ratio non statim occurrit, quam investigare necessum est, ut facilius occurrentes quæstiones expediantur. Et quidem subtili Goffredus in l. Ventu paterito. 84. hoc tit. num. 14. cum 2. seqq. exprimitur, quod cum ante Iustinianum in d. l. Inic. 5. C. de Caduc. et sic Theodorij etiam temporibus, qui multo ante Iustinianum imperavit, propter Caducarias leges ex parte instituti hæres ad ejuū discrimen, qui ex alicuius instituti esset ante apertas testamenti tabulas adire hæreditatem non poterat. l. 1. §. 1. de Iur. et facti ignor. l. Multum. Et. de Cond. et Dem. juncti quæ dixi ad titul. Quando dicit leg. ced. cap. 1. n. 8. cum 4. seqq. eveniebat, ut liberi in paterni sacri non existerent ab ascendentiū ex parte hæredis scripti, siquidem ante apertas testamenti tabulas, et sic antequam adire hæreditatem potuissent, diem suum obierent, nondum aditam paternam, aut maternam hæreditatem nec ad liberos possent transferre; Cui incommodo, ut provideret Theodorius, indignum esse existimari fortuita ob causas, vel casus humani liberi paternam, vel maternam successione fraudari, alioquin adveniri paternum, aut maternum desiderium, vel institutum, inperato commodo hæreditatis gaudere, constituit, ut hujusmodi liberi ab ascendentiū ex parte hæredis scripti ante apertas testamenti tabulas, et sic eo tempore quo propter factum, et ex legibus ortum impedimentum hæreditatem adire nondum potuerant decedente ad liberos Ius adeundi transmittant, si sciverint, si ignoraverint se hæredes scriptos, cum etiam maxime sciverint, ante apertas tabulas hæreditatem adire non potuissent. Hinc infert Goffredus, quod liberi ex alicuius ab ascendentiū instituti Theodorianum non competit beneficium, ut pote qui etiam ante apertas testamenti tabulas hæreditatem adire non impediebantur, et quamvis se ex alicuius instituti ignoraverint, non eo magis si ante additionem decederint, ad liberos hæreditatem transmittunt; nec enim adeunda hæreditati impedimentum ex instituti hæredis ignorantia proveniens potest æquitatem transmissionis inducere, ut ex l. 1. §. Nonnunquam. 8. cum 5. seqq. Si mulier Veneti nom. in ponneu. calum. cau. esse dicitur. l. 35. de ad Syllan. d. l. 84. h. tit. dicebam. 1. cap. n. 30. cum pluribus seqq. et adjiçit ea ratione Theodorium in d. l. Inic. C. de hi qui ante apert. tab. hæredit. transmitt. non decedenti ex alicuius instituto loqui, sed de descendentiū si soli, si cum extranei simul, et sic ex hæreditariis partibus hæredibus instituti, nec hæreditatem, sed hæreditariam portionem ad liberos transmitti jubere, ut scilicet significet eis dumtaxat liberi, qui ex parte fuerint instituti, ea constitutiōne prospectum esse; Nam hæreditaria portioni nomine comprehendere integra hæreditas non potest. l. Nomen. 164. §. 1. de Verb. Signif. Verum advenit Goffredum illud confectum se offert, quod liberi intra tertium gradum constituti, de quibus Theodoriana loquitur Constitutiō etiam ex parte à Parentibus hæredes scripti adhuc stantibus legibus Caducariis ante apertas testamenti tabulas adire hæreditatem potuerunt; nam liberi, et Parentibus vique ad tertium gradum leges Iuliam, et Papiam jugum suum imponere exubuit Iustinianus testatur in d. l. Inic. in prin. Veri. Et cum lex Papia C. de Caduc. §. decisiua Theodoriana Constitutiōnis ratio ex Caducariarum legum præscripto non recte deducatur. Rursus: Si Theodorius propter adeunda hæreditati impedimentum ex caducariis legibus descendens novam hanc transmissionis speciem inducit



N. 3

induxerit, post ea lege Justiniani constitutione sublata, jam adeunda hereditaria impedimento cessante, fuerit simul huiusmodi transmissioni speciei adrogata; sed Justinianus ipse, qui ab Orbe Romano caducarias lege reclusit, hanc a Theodoro inductam transmissioni speciem intactam se reliquere fatebitur in d. l. Nic. S. S. Cod. de Caduc. ergo Theodorij constitutio ex caducorum Observatione ortum habuisse dici non potest.

Goffredi itaque opinione relicta, omni etiam, qua tradit Vela d. d. iust. tit. n. 89. cum 3. segg. qui in eo maxime fallitur, q. d. Exstitit, si ex alicuius institutus haeres ante apertas tabulas testamenti, et ante additam hereditatem decederet, ex legibus Julia, et Papia hereditatem tanquam caducam ad fiscum pertinere, cuius contrarium verius esse fundari ad tit. de Legat. d. cap. 1. n. 12. ex mente Antonij Fabri de error. Pragm. decad. 34. error. 9. qui genuinam Theodoriana constitutionis rationem potius tetigit, quam fundamentaliter explicavit, dicendum arbitror, quod et si liberi in patris sacri non existerent a Parentibus sive ex alicuius, sive ex parte haeredi instituti conquirente caducariarum legum praescripto, etiam ante apertas testamenti tabulas possent hereditatem adire, attamen ita procedebat, si se haeres institutus scy-ssent, alioquin si ignorarent, non nisi inutiliter hereditatem adirent. ex Vulgari reg. tit. in l. 32. in prin. et S. l. h. tit. Et licet clausi adhuc testamenti tabulis scire qui possit, an in eo haeres institutus sit, veluti qui conscribendo testamento interfuerit, aut ab eo, qui testamentum scripserit, ejus rei certior factus sit, ut probat tit. in l. 25. S. 2. ad Treb Regulariter tamen ante apertas tabulas quidnam in testamento scriptum, et quis haeres sit institutus ignoratur, ut evincunt tit. in l. 8. quemadm. testam. aper. l. 1. ad Trebell. S. Sin autem 3. Instit. de Pupill. subtit. e. Cajus lib. 2. Instit. tit. 4. S. Pupilla-ri. 2. Veri. Sed pupillari, ignorant, et elegantior tit. in l. Cum haeres. 24. de Liber. leg. ubi si haeres debitorem suum liberare a testatore jurus sit, de eo solum quod in obliga-tione manserit cogitatum Videri Papin. respondit, inde deducens id, quod ante apertas tabulas fuerit solutum, ad causam fideicommissi non pertinere, id vero, quod post apertas tabulas ante additam hereditatem ab eo, qui defuncti voluntatem non agnovit, fuerit exhaustum, dolo proximum esse, et ex causa fideicommissi regeri posse: q. haeres dum ante apertas tabulas a debitore suo, cui per fideicommissum liberationem testator reliquit, summa partem exigit, ideo nec dolum committit, nec oneri restitutionis ad-tungitur, quia nondum apertis tabulis testatoris voluntatem ignoravit, qua ut in-plurimum non nisi post tabularum aperturam innoverit, ut Papin. decidit, et in eo tit. lib. 8. Responsi. ejusdem Cujac. agnovit. Hinc quia Regulariter liberi sive ex alicuius, sive ex parte a Parentibus haeres scripti ante apertas testamenti tabulas se haeres institutos ignorant, et adire hereditatem non possunt, ne ea ratione paterna, vel materna successione fraudentur, ex Theodoriana constitutionis benignitate ante aperturam tabularum, et hereditatis additionem decedentes ad liberos Ius adeundi transmittunt, ut clarius docuit Anton. Faber d. decad. 34. error. 10. num. 7. quod tan-quam a benigno Veteri Iure exorbitans, supra quod adeunda hereditatis impedi-mentum ex instituti haeredi ignorantia dimanans inducere transmissioni aequita-tem non potuit, ut antea num. d. pi. et propter strictissimum sanguinis vinculum introductum liberis dumtaxat intra tertium gradum consuetibus fuit indulgentum, quibus ante apertas tabulas, et additionem hereditatis decedentibus non absolute, ne ad omnes haeres, quamvis extraneos, sed limitate, ut ad liberos solum Ius adeundi transmittant, ea constitutione permittitur, quam in d. l. Nic. S. S. C. de Caduc. illiba-tam merito Justinianus reliquit, cum et hodie non minus, quam olim, qui se haeredem institutum ignorat, adire hereditatem non possit =



Sed tum sequens, et gravis quidem innuit difficul-  
 tas: Si institutionis ignorantia, quae plerumque ante apertas tabulas venatur, aniam  
 Theodoriana constitutioni praebuerit, profecti liberi, de quibus ea loquitur constitu-  
 tio, si quidem se heredes institutos sciunt, quamvis ante apertas tabulas, et addi-  
 tionem hereditatis decederent, nec ad liberos quidem possent Ius adveniendi transferre;  
 tunc enim cessante constitutionis ratione, et ipsa cessaret constitutio ex reg. tpi. in l.  
 Adigere. b. S. quamvis. l. 2. de Iure patroni. Sed liberi ante tabularum aperturam, et  
 hereditatis additionem decedentibus nulla scientia, vel ignorantia adhibita dicitur  
 absolute quoad causam transmissionis ea constitutione consultitur, ut ostendunt Verba  
 illa tpi. in d. l. Vnic. C. de hi qui ante apert. tab. ibi: Sive se noverint scripti heredes,  
sive ignoraverint: g. institutionis ignorantia, quae ante apertas tabulas plerumque ven-  
 satur, aniam Theodoriana constitutioni praebuerit dicenda non est. Haec difficultas,  
 quam vel non praesentit, vel dimittunt d. Anton. Faber d. deced. 34. ex l. 9. et 10. Res-  
 pondendum cenico, quod cum Iura soleant in hi, quae frequentes, non quae raro contin-  
 gunt, constitui. l. 3. cum 3. segg. de Leg. et frequentes, sive ut in plerimum ante apertas  
 tab., quinam heres sit institutus, ignoretur, frequens haec, et regulari institutionis  
 ignorantia, quae ante apertas tab. datur, causam Theodoriana praesentit constitutioni;  
 quae tamen in eum etiam casum raro contingentem, quo ante apertas tabulas datur  
 institutionis scientia liberi ante tabularum aperturam, et hereditatis additionem  
 decedentibus, ideo quoad causam transmissionis meo quidem iudicio prosperit, g.  
 altera Iure posita, si scilicet scientia, vel ignorantia foret adhibenda distinctio, saepe  
 etiam data ignorantia transmissionis exiret periclitaretur, et innare nonnunquam  
 ejus constitutionis beneficium redderetur; Vbiunque enim ex liberi aliqui quam-  
 vis revera se institutum ignorans ante apertas tab., additamque hereditatem dece-  
 derent, cohæredes aduersus ejus liberos, qui in transmissionis gratiam defuncti Paren-  
 tis ignorantia praesumptionem haberent, nec essent oneri probationis obnoxii, pro-  
 bare intenderent, defunctum se heredem institutum scire, ut sic transmissionis  
 effectum impedirent; qua controversia suborta, evenire facile poterit, ut defuncti li-  
 beri, qui vincere deberent propter falsas Adversariorum probationes, vel propter  
 Iudicis injuriam, vel imprudentiam in iudicio succumberent. l. 6. S. de Inoffic.  
 testam. l. Quod debetur. S. de Peculio: ne ergo si scientibus liberis (quod raro contin-  
 git) transmissionis beneficium denegaretur etiam ignorantibus (quod frequentius,  
 et plerumque accidere notum est) poterit transmissionis diripiendum irrogari nullius  
 scientia, vel ignorantia discrimen habendum Theodorius statuit, qui hoc ipsum  
 sententia mihi videtur in d. l. Vnic. C. de hi qui ante apert. tab. in illis Verbis: Nulla  
hujusmodi praescriptione (id est exceptione, quae saepe praescriptionis nomine denota-  
 tur. l. Nichil interest. R. in prin. de Inoffic. test. l. Saepe. 63. Veri. Illam ratio. de re  
 judic. l. Creditor. R. de Diversi. et tempor. praescrip. cum alijs Iuribus, quae in ele-  
 gantissima nota congruit Osiwald! lib. 22. Comm. Donell. cap. 1. lit. n.) sibi obstante  
 quibus id se jubere significat, ut scilicet si liberi sive institutionem scientes, sive  
 ignorantem, de quibus locutus proximè fuerat ante apertas tabulas, et additam  
 hereditatem decederent eorum liberi, in quos Ius adveniendi transferretur, nulla hu-  
 jusmodi exceptione, id est aut nondum addita a defuncti hereditates, aut eorum  
 circa institutionem scientia possent submoveri; Nam si secunda huiusmodi exceptione  
 locus esset etiam in terminis ignorantia anceps transmissionis exiret, utpote  
 qui ex iudicij alea penderet =

Ex qua sic expressa dicitur Theodoriana constitutio-  
 nis ratione infero primo, quod liberi etiam ex ante a Parentibus instituti ante aper-  
 turam



72  
tuzam tabularum, et hereditarij additionem decedenti Theodoriano fungentia  
beneficio, seu ad liberos Ius adeunda transmittunt; nam Vera, vel presumpta ignorantia  
tatio, quae plerumque ante apertas tabulas vertitur, tam ex aie, quam ex parte institu-  
tus liberos comprehendit, ut docent Anton. Faber d. deced. 34. error. 9. et Vela d. dicitur. ff.  
n. 92. Nec tum duo, quae in contrarium ex Goffredo n. 2. expendimus, fundamenta refra-  
gantur, quorum primo facile responderetur ex eo, quod Theodorus in d. l. vnic. de liberis  
sive solis, sive cum extraneis simul heredibus institutus loquatur, non recte derum ad  
liberos solum ex parte heredes scriptos constitutionem expectare, cum generalis ejus  
tatio hanc limitationem excludat; Sed nec magis C. vigez fundamentum; Nam  
hereditaria portio appellatio potest, imo et aliquando solet integra etiam ha-  
reditas denotare. Argum. tpi. in l. Qui non militabant. 78. §. vlt. cum duab. legib. regg.  
de hered. instit. l. Cum optio. 47. de optioe leg. l. 4. §. Sege Julia. 3. ad leg. Jul. pecul.  
l. Potest. 95. l. Ceterorum. 160. de Verb. Signif. Licet ergo Theodorus in d. l. vnic. de  
hereditaria portio transmissione loquatur, poterit ejus nomine integra etiam ha-  
reditas comprehendi, ita ut ejus constitutio ad liberos tam ex aie, quam ex parte  
instituto referatur. Infero 2. quod post tabularum aperturam Theodoriana locus  
non est constitutioni, id est quod si liberi, de quibus loquitur constitutio post aper-  
tas testamenti tabulas ante additam hereditatem decederint, quamvis se hae-  
des instituto ignoraverint, nec ad liberos quidem Ius adeunda hereditarij trans-  
mittunt; tum quia Theodorus liberi dumtaxat ante tabularum aperturam deceden-  
tibus hujusmodi beneficium indulget, ut ostendit littera tpi. in d. l. vnic. Nec Ius  
hoc tanquam singulare ad consequentiam est protrahendum ex reg. tpi. in l. Quod vero. 4.  
de Legib. Tum quia institutioni ignorantia, quae post apertas tabulas datur, quae  
nec proxime, nec remote ex Iuri dispositione, sed ex solo instituto heredi facto pro-  
ficiatur, non eandem benignitatem quoad transmissionem inducendam promereri,  
quam ea, quae ante apertas tabulas vertitur, et quae quodam modo ex Iuri dispositio-  
ne ortum ducit, juxta quam ante certum tempus elapsum, de quo Paulus lib. 4. Sent.  
tit. 6. de Viceima. §. vlt. quem exponit ad tit. Quand. dies leg. ced. cap. 1. n. 18. et anteq.  
major signatorum pars fuerit inventa, apertae tabulae testamenti non possunt. juxta  
modum praescriptum in l. Sed si major. 6. cum l. seq. quemadm. testam. apert. ut tenent,  
quamvis non sic fundent Anton. Faber d. deced. 34. error. 10. n. 10. et Philipp. Macri.  
in l. Emancipata. 4. C. Qui admitti ad bonor. posses. n. 115. cum §. regg. quod communi  
Romano Iure procedit; Regio autem nostro Iure, quod Theodorianam constitutio-  
nem firmavit in l. 2. tit. 6. part. 6. cautum est, ut non modo post apertas tab. Verum  
et post transactum terminum de liberatione praescriptum absque ulla scientia, vel igno-  
rantia distinctione huius transmissioni sit locus, ut latius explicat Gregor. Lopez  
in d. l. 2. glossa. 10.

Tertio infero, quod liberi, de quibus in praesenti a Parentibus in  
nuncupativo testamento sive ex aie, sive ex parte heredes instituti ante additam  
hereditatem decedenti, quamvis se heredes instituto ignoraverint, nec ad liberos  
Ius adeunda hereditarij transmittunt, quia cum ea omnia, quae in nuncupativo tes-  
tamento continentur, manifesta sint, et omnibus patere sui natura possunt. l. Hae-  
des. Et in prio. Qui testam. facer. poss. §. vlt. Instit. de Testam. Ordin. institutioni igno-  
rantia ex instituto heredi persona transmissionis aequitatem non inducit, ut ad-  
vertit, quamvis falsa ratione ductus, Goffred. in d. l. 81. h. tit. n. 18. Quarto infero, qd  
ex eadem ratione circa legitimam hereditatem, id est quae ab intestato deferuntur, locum  
non habet Theodorij constitutio, ut docent Goffred. ubi nuper n. 19. Anton. Fab. d. deced. 34.

N. 6.



Error. to. per totum. Philipp. Macin' in d. l. 4. C. Qui admitti ep n. 103. Nique ad  
 num. 114. Richard in lectur. ad titul. de Vulg. cap. 11. ep n. 45. quamvis contrarium in nu-  
 meri penes Pragmatici, et nonnulli Theorici immerito existimaverint, quos Refert, et  
 sequitur Vela d. d. i. et. 11. ep n. 88 et quorum fundamenti ex dictis satisfacere quilibet  
 poterit = Quinto ex ipsa tpi littera in d. l. Vnic. C. de hu qui ante apert. tab. manifeste  
 deducitur, liberos, de quibus in presenti nec ad extraneos heredes, nec ad transverales,  
 imo nec ad ascendentes, sed ad liberos solum Ius adeunda paternae, vel maternae her-  
 editatis transmittere, quinimo nec ad omnes liberos, sed ad eos dumtaxat, qui ipsi vel  
 ex testamento, vel ab intestato heredes existunt, alioquin si fuerint ex hereditati-  
 nec ex proprio, nec ex defunctorum Parentum portioni possunt commodo transmissio-  
 ni gaudere, ut in d. l. Vnic. cum iudicio Accusati animadvertit; nec tamen opus  
 est, ut liberi, ad quos Ius adeunda hereditatis ex Theodoriana constitutione trans-  
 mittitur, eo adhuc superiute ascendente fuerint concepti, de cuius hereditatis trans-  
 missione tractatur, imo et post ejus obitum concepti, et in lucem editi ejus consti-  
 tutionis fruuntur beneficio, non quia hereditas ad eos tanquam jam addita, et  
 acquisita, non tanquam adeunda, et acquirenda transferatur, prout falsis opi-  
 nabatur Anton. Faber ubi supra, sed quia non proprio, sed hereditario, seu trans-  
 missionis Iure succedunt, quo casu cenot Reg. tpi. in l. 1. §. Sciendum. d. in fine. l. 1. §. Pe-  
 rui. 6. cum duab. legib. regg. de Sui, et legit. hered. §. Et licet. 8. Veri. Planè. Instit. de  
 heredit. qua ab intest. defez. ut melius docuit Anton. Gom. tom. 1. Pax. ep. 9. n. 44.

N. 7.

Septo denique infero, quod adoptivis  
 liberis Theodoriana constitutione consultum non est, qui si in potestate paternae  
 mortis tempore fuerint perinde ac si fuissent ex iusti nuptijs progeneri, sui her-  
 edes existunt. l. 1. §. 2. de Sui, et legit. hered. §. Adoptivi. 4. Instit. de exhered.  
 liberor. §. Sui autem. 2. Veri. Nec interest. Instit. de hered. qua ab intest. defez. Et  
 communi iurari Iure etiam ignorante, quin Theodoriano beneficio opus habeant,  
 ad quemcunque successorem quamvis extraneam paternam hereditatem trans-  
 mittunt, ad quos alia praeter ratione Theodoriana non pertinet constitutio, q.  
 scilicet sanguinis Iure nati, quod afferre adoptionis commentum n. potest.  
 l. Qui in adoptionem. 23. de Adoption. si in emancipati paternae mortis tempore  
 inveniuntur, quamvis fuerint insituri, tanquam penitus extranei. §. At hi.  
 qui. 10. Veri. Et convenienter. cum §. seq. Instit. de heredit. qua ab intest. defez.  
 juncta generali Reg. tpi. in l. In omni. 13. de Adoption. nullo aut iurari, aut san-  
 guinis Iure possunt ante aperta tabula, et additionem decedentes ad liberos, aut  
 hereditatem, aut Ius adeundi transmittere. Vnde nec ad adoptivos liberos Ius ade-  
 undi in terminis Theodoriana constitutionis transmittitur, ut rectè admonuit  
 Gregori. Lopez in d. l. 2. tit. 6. part. 6. gloss. 9. Verum huic illationi opponi videretur  
 ad rem adhuc non animadvertimus tpi. in l. Cum ratio. 7. §. Ex boni. 2. de Boni dam-  
 nat. ubi portiones, quae ut constat ex hac l. 7. in prin. naturalis & equitatis ratione  
 ex damnatorum bonis liberis ex iusti nuptijs progeneris conceduntur, adoptivis  
 etiam liberis concedi & quom esse Paulus respondet. §. et Theodoriana nostra con-  
 stitutio etiam maxime sanguinis Iure nati, ad adoptivos liberos non minus, quaz  
 ad eos, qui fuerint ex iusti nuptijs procreati, debet pertinere. Respondendum tamen  
 existimo, constitutionem, quae ex damnatorum bonis liberis portiones concedit,  
 non omnino in sanguinis Iure fundari, ut ex es dignoscitur, quod ex damnata  
 matris boni nihil filij debet. Imperatores recubunt in l. De boni. 6. C. de



Boni Proscripti. Pro cuius explicat. vidend. D. Nicolau Anton. lib. 2. de Exilio  
 cap. 22. num. 9. Sed in Iure iuratum vel ante acta, vel quae possibilis saltem fuerit,  
 ut innuuntur in l. 1. §. 1. de Boni damnat. l. Si de portatu. & C. de Boni Proscripti. Et  
 id citò ad adoptivos etiam liberos pertinere, nisi forsan fraudis causa facta fuerit  
 adoptio, veluti si quis rerum desperatione per conscientiam imminenti accusatio-  
 nis metu in id aliquem adoptaverit, ut ex boni, quae se cogitat amicum, portio  
 detrahatur, ut dicitur in l. 7. §. 2. ricuti et generaliter in fraudem facta adoptio,  
 qualis censetur, quae in conspectu, seu in propinqua spe alicuius praemij fit, in Iure  
 negligitur ex Teroniano S. C. de quo Tacitus lib. 15. Annal. cap. 19. ad quod  
 referendos est. hoc ipsum confirmantes in l. Si ita qui. §. 1. de leg. 2. et in l. fideicom-  
 mium. 16. de Cond. et Dem. eleganter docuit Illustr. Ramos lib. 2. ad leg. Iul. et Pap.  
 Reliq. §. n. 2. Unde ex constitutione, quae ex damnatorum boni liberis portiones con-  
 cedit, ad Theodosianam nostram constitutionem argumentum desumi non debet,  
 quae cum solo sanguinis Iure nitatur, ut vel ex eo constet, quod et liberi a matri-  
 bus, vel materni alij ascendentes instituti, ante tabularum aperturam, et  
 hereditatis additionem decedentibus, transiuntionis indulget beneficium, ad  
 adoptivos liberos pertinere non potest.

Quibus expositis illationibus pro perfecta  
 intelligentia est. in d. l. Nic. C. de his qui ante apert. tab. duo solum breviter in-  
 stiganda superant, quorum sum est, Verum Theodosij constitutio non modo in hered.  
 sed et in bonorum possessionibus locum habeat, quod generaliter DD. dixerunt,  
 praemonendum dupi, quaestionem hanc nec ad bonorum possessionem ab intestato  
 competenti pertinere, cum in hereditatibus, quae ab intestato deferuntur, locum  
 Theodosiana constitutioni non sit, ut dixi n. 6. nec magis ad contra tab. bonorum  
 possessionem, quae emancipatis praeteriti filij competit, licet ex testam. sit. l. 4.  
 C. de Collat. §. Sunt autem. 3. Instit. de Bonor. possen. junct. D. Retes in advenat.  
 de Bonor. possen. contra tab. cap. 7. n. 2. cum Theodosiana constitutio instituti dum-  
 taxat, non etiam praeteriti, aut exhereditati liberi praeserit. Quaestio itaque  
 in terminis solum secundum tab. bonorum possessioni procedit, et licet si pa-  
 ternum, aut maternum testamentum civile etiam Iure constet, parum utili-  
 tatis habeat, cum in eo testamento instituti liberi ante tabularum aperturam,  
 et additionem decedentis civile ad eunda hereditatis Ius ad liberos possint  
 transferre, qui Praetori auxilio non egent; si tamen Praetorio dumtaxat Iu-  
 re substat, ita ut ex eo non hereditas adiri, sed solum possit bonorum posse-  
 sio agnosci, ut in l. 1. §. 1. de Bonor. possen. secund. tab. §. Non tamen per-  
 omnia. 6. Instit. Quid. mod. testam. infam. utilissima, imò et necessaria est: In  
 his ergo terminis cum communio Interpretum sententia quam tueretur Anton.  
 Gomez tom. 1. Variar. cap. 9. n. 45. et pluribus relatis Vela d. d. est. §. 1. num. 102.  
 dicendum est etiam in secundum tab. bonorum possessione Theodosiana consti-  
 tutioni locum esse; nam est in d. l. Nic. de paterna, vel materna loquitur suc-  
 cessione, quo nomine Praetoria non minus, quam civili successio significatur,  
 et decisiva insuper ejus ratio, quam ex frequenti institutionis ignorantia,  
 quae ante apertas tab. veritatis, in superioribus deduximus, in secundum tabul.  
 bonorum possessione aequè militat, quam et in liberi quamvis ex parte instituti  
 possent Theodosij adhuc temporibus, vigentibus legibus caducarij ante tabularum  
 aperturam agnosce. d. l. Nic. in prin. Veri. Et cum lex Papia C. de Caduci; id  
 tamen ita procedebat, si tabulas ex parte, et ex eis sibi competere bonorum possen-  
 scirent, quod omnino ad agnoscendam bonorum possen. exigitur. l. 1. §. Scientia. 4.

N. 8.



De Bonor. posses. secund. tab. exo liberi in eo testamento, quod Praetoria  
 solum Iure consistit, sive ex alic, sive ex parte haeredi scripti, sive se haeredi tra-  
 titutos sciverint, sive ignoraverint, ante apertas tabulas, et additionem deceden-  
 tes agnoscenda bonorum possessionis secundum tab. Ius, ad liberos ex Theodor.  
 constitutione transmittunt. Accedit, quod et in alijs Iuris partibus heredita-  
 ti appellatione et bonorum possessio continetur. l. si quis mihi. 255. Sed quid n  
 mandavit. 7. hoc tit. l. 1. §. Bonorum. ad Trebell. l. Praedictarii. 138. de Verb. Sign.  
 potiori igitur Iure quae de hereditariis, et transmissione possessionis promiscue  
 loquitur Theodorij constitutio, erit etiam in secundum tabulas bonorum posse-  
 sionis terminis exaudienda. Ex quibus occurrit facile poterit huius, quae in  
 contrarium acriter disputat Philipp. Marcin. in d. l. 1. C. Qui admittit ex n. 126.  
 Vique ad num. 135. nec majorem nunc operam desiderant =

N. 9

Secundo (ut nihil intactum relinquam)  
 inquirendum est, quid novi circa legata, et fideicommissa in tempore quoad hanc  
 partem noviter nunc intelligendo in d. l. Vnic. Veri. quod scilicet. C. de huius qui  
 ante apert. tab. Theodorius constituit. Verba haec sunt: Quae scilicet etiam super  
legatis, aut fideicommissis a Patre, Vel matre, avo, Vel avia, pro avo, Vel pro avia  
derelictis locum habet. Quibus id noviter Theodorium indubie vulgo creditur, ut  
 scilicet liberi vique ad tertium gradum relicta legata, aut fideicommissa, quae  
 ex S. C. ad caducarias leges factis ante apertas tab. nec cedebant, nec ad haeredes  
 transferabantur. Vlt. in fragm. tit. 29. de Legat. S. Legatorum. 30. d. l. Vnic. S. 1. Cod. de  
 Caduc. junctis qua laze, et noviter d. i. ad tit. l. Quand. dies leg. ced. cap. 1. n. 13.  
 cum pluribus seqq. propter strictum sanguinis vinculum ad eorum ante apertas  
 tab. decedentium liberos transmittantur. Sed statim obicit, quod caducariae  
 leges ad liberos, et Parentes vique ad tertium gradum non spectant, ut ex d.  
 l. Vnic. in prin. Veri. Et cum lex Papia. C. de Caduc. n. 2. d. i. g. liberi vique ad  
 tertium gradum, quem a Parentibus meruissent, legata, vel fideicommissa etiam  
 ante apertas tab. decedentes, cessantibus legibus caducarijs non modo ad liberos,  
 verum et ad extraneum quemlibet successorem communi Iure transmittere  
 Theodorij adhuc temporibus potuerunt, nec ad id speciali ejus constitutione  
 opus habuerunt. Difficultatem praevideat Anton. Faber d. decad. 34. cap. 9. ex  
 n. 19. et Respondet n. 23. quod dicitur Caducariae leges suum imponere  
 ex utroque liberi, et Parentibus usque ad tertium gradum, ita verum fuisse, si  
 ipsi haeredes essent scripti, ut tradunt Vlt. in fragm. tit. 18. qui habeant Ius  
 antiquum in Caducis. Et Justin. in d. l. Vnic. in prin. Veri. Et cum lex Papia.  
 C. de Caduc. tit. n. intellig. in l. Patres. 295. Vlt. de leg. 2. junct. Illmo Ramos  
 lib. 4. ad leg. Jul. et Pap. reliq. 36. n. 2. non vero si quid ex relicto esset legatis,  
 vel fideicommissi titulo extraneis haeredibus institutis, sive quod favorabilior  
 causa esse debuit liberorum, quos institutione dignos Parentes judicarent, quae  
 eorum, quibus exheredatis, vel praeteritis legata, aut fideicommissa reliquerent,  
 sive quod nec prius fuisse legatorum, aut fideicommissarum dies potuerit, quae  
 ad huc hereditas poneret, et id circa Theodoriana constitutione opus fuisse ad hoc,  
 ut si huiusmodi liberi legatarij, aut fideicommissarij ante apertas tabulas  
 decederent, ad liberos legata, aut fideicommissa transmitterent. Verum ex eo  
 Faber refellitur, quod cum propter strictissimum sanguinis vinculum caducariae  
 leges liberi, et Parentibus vique ad tertium gradum antiquum Ius intactum  
 conservarent, eorum dispositio, quae modo ad institutos liberos n. perti-  
 nuit, sic nec ad legata, vel fideicommissa ipsi relicta debuit expectare, praeci-  
 pue cum nec favorem liberi demeruerant, quibus exheredatis, vel praeteritis relicta  
 legata







Ejus nomine hereditatem adire, vel bonorum possessionem agnoscere. Pro cuius rei in-  
tellig. Videndum Giffan. in d. l. 18. in cuius St. subiungit Theodorus, q. si Pater Infantis  
filij nomine hereditatem adire, vel agnoscere bonorum posses. <sup>em</sup> neglexerit, et Infans in ea a-  
tate deceuerit, super rei Patris omnia ex quacunque successione ad eundem Infan-  
tem devo-  
luta Iure Patrio, quasi Infanti jam quærita potest capere, et in fine S. Sin vero. 3. quæ  
de Infante in potestate Parentum constituto statuerat, locum habere; Et quacunque  
ratione sui Iuris idem Infans inveniatur tandem concludit, huius autem benignita-  
tis ratio non ex eo provenit, quod Pater peculij Iure Infanti filio succedat. l. 2. de  
Castren. pecul. cum ea hereditas Infanti acquiritur non fuerit, nec ejus peculium aliq-  
cine capere, nec quod Theodorus Patrem eam hereditatem tanquam Infanti jam quæ-  
sitam capere scribat, quidquam facit; Nam non ideo tenet hereditatem Veri, et pro-  
prie Infanti acquiritam fuisse, sed perinde haberi ac si Infanti fuisse acquiritam, ut  
sic ad Patrem pertineat, et præterea cum constitutioni sit locus, quamvis Infans sui  
Iuris fuerit, ea hereditas ad Patrem expectare peculij Iure non potest, cum Patrio  
familias peculium nullum sit. l. Pater fam. 182. de Verb. Sign. deumonda igitur est ex  
Iure Patrio, seu Patria potestate presentis, vel præterita, ut colligitur ex d. l. 18. S. ubi  
Iure Patrio, quasi jam Infanti quærita capere, cui singulariter hoc Ius tribuendum  
Theodorus constituit, quod si proprie loquendum sit, nullam continet transmissionis  
speciem, ut recte advertit Richard. in lectura ad num. tit. cap. 3. n. 11. neque enim Pa-  
rens hereditario abquo Iure, sed propria, Patrio videlicet Infanti filio delatam ha-  
reditatem post ejus obitum acquirit, ut vel ex eo constat, quod alioquin si Pater heredi-  
tario transmissionis Iure eam hereditatem caperet, et mater utique, quæ Infanti  
filio succederet, Ius idem tribueretur, cum tamen certum sit, Theodorianum hujusmodi  
beneficium matribus indultum non esse, ut ostendunt Verba eod. in d. l. 18. et late tra-  
dunt Schiffoed. lib. 2. ad Anton. Fabri tract. to. quæ. 2. per totam, et cum alijs pluribus  
Vela d. d. in d. n. 105. cum seq. Et similiter per Novelam 118. cap. 2. ex qua denique  
est eod. in Auth. Defuncto. C. ad S. C. cum Tert. ubi Iustinianus statuit, ut intestato  
filio abique liberi defuncto superire Parentes cujuscunque lineæ, dummodo pari  
sint gradu, simul succedant, et si cum Parentibus fratres, vel sorores utrinque defunc-  
to conjungi superint, ad successionem simul admittantur, hereditas Infanti filio  
delata, post ejus obitum non ad Patrem omnino pertinet, imò et matri, et fratribus,  
aut sororibus utrinque conjunctis esse communis, quod tamen non ita est, imò et  
post Iustinianeam illam sanctionem, quamvis mater circa intestati filij successi-  
onem a paterno præferatur, et cum Patre, et cum germanis, fratribus, aut sorori-  
bus simul concurrat, Infanti, qui deceuit, filio delatam hereditatem non mater,  
non etiam fratres germani, aut sorores, sed Pater, vel paterni alij ascendentes ca-  
piunt, quia hujusmodi hereditas non hereditario, sed patrio dumtaxat, seu patria  
potestate presentis, vel præterita Iure percipitur, quod matri, aut fratribus, vel so-  
roribus adhuc germanis competere impossibile est. l. Illud 4. S. Ad testam. 2. de Bon.  
posse. contra tab. S. Vnic. Veri. quoniam filius. In d. de fiduc. tut. tenent Donell. in d.  
l. 18. n. 2. et relati nuper Schiffoed. quæ. 2. Vela n. 107.

N. 12

Progrederetur Theodorus, et in d. l. 18.  
S. Parente. 2. C. de Iure delibez. constituit, ut Parente non subsistente possit tutor In-  
fanti pupillo, vel vivo, vel mortuo Patre delatam hereditatem ejus nomine adire,  
vel bonorum possessionem petere, et eo modo Infanti hereditatem acquirere. Quæ qui-  
dem constitutio, quatenus ad hereditatis additionem spectat, Ius novum in se conti-  
net; Nam antiquitus Infanti pupilli nomine tutor adire hereditatem n. potuit,  
ut colligitur ex l. Pupillus. 2. hoc tit. et ex l. C. ad S. C. cum Tert. quatenus Verò ad  
agnitionem bonorum possessionis pertinet, Ius vetus confirmat, quod tutori permittit, ut  
Infanti pupilli nomine bonorum possessionem agnoscere. l. Servus. 7. St. de Bonor.  
posse.



ponen. l. 2. C. de Bonor. poven. contra tab' que a tutore semel agnita ad Infantu' hære-  
dem transmittitur. Expressem' tñ. in l. 2. §. Sed in Infantu' 13. ad Tertullian. l. Infantu' 3. Cod.  
Qui admitti ad bon. poven. pou. quod d' rbi Volu'ne Theodorum ex'rimo, d'umind. §. 2. dixit  
licere tutori Infantu' nomine bonorum povenionem petere, et eo modo Infantu' hære-  
ditatem acquirere, id est ita irrevocabilitèr quærere, ut Infans eam possit ad quemlibet  
hæredem transmittere, in quo hæc bonorum povenio, quam tutor Infantu' pupilli nomine  
agnoscit ab ea bonorum povenione, quam furiosi nomine Curator petit, plurimum di-  
tate dignoscitur, cum a Curatore furiosi nomine petita bonorum povenio, si quidem  
furiosus vel in eodem furiosi statu, vel postquam sanam mentem receperit, ante agni-  
tam hæreditatem, aut petitam edictalem bonorum povenionem deceverit, extingua-  
tur, nec ad ejus hæredem transmittatur, ut ex l. Hære. §. in p'io. de Pet. hæred. l. 4.  
infine. de Bonor. poven. furiosi. Infantu' §. d. l. 2. §. Si quis ex liberis. ff. de Test. Igitur ad  
Dert. l. 4. §. Si autem. §. C. de Curat. furiosu. d'isi. 4. cap. n. 34. cum seq. Cujus inter  
Infantem, et furiosum d'icrimini ratiõ, omniõ, quæ late d'ispurat Philipp. Macin.  
in d. l. 3. C. Qui admitti. ex num. 32. Nique ad num. 54. in eo est, quod furiosu' nullum  
judiciu' est, nec speratur, quod supplere Curatoru' auctoritat' dici possit, et commi-  
serationi dumtaxat Ratione receptum est, ut Curator ejus decretalem, et quæ tem-  
porariu' solum Jus tribuit, bonorum povenionem agnoscat; at Infans judiciu', cujus  
Expressem', aliquando haberi speratur, quod per tutori auctoritatem suppletur, qui  
idcirco eo nomine potest edictalem, perpetuam, et transmissibilem bonorum poveni-  
onem agnoscere, sicuti ex eadem Ratione, quamvis furiosu', ne Curatore quidem auctore  
possit povenionem acquirere, Infans tamen utilitatis causa tutore auctore potest  
incipere possidere, ut probant sic intelligi. tñ. in l. 4. §. furiosu' 3. l. 4. Quamvis. §. 2. §.  
Infans. 2. de acquir. poven. l. 3. C. eod. tit. quos sic cum alijs explicant Valentiã lib. 4. Il-  
lustr. tract. 2. cap. 6. n. 10. et n. 15. cum seq. et Oros lib. 4. de apicib. Jus civil. cap. 11. num. 1.  
cum 2. 1097.

H. 52

N. 13.

Hinc illud non ineleganter quæritur, Vtrum scilicet si idem et Infans  
sit, et furiosus a tutore ejus nomine petita bonorum povenio ad ejus hæredem trans-  
feratur? Et quidem si furiosus simul et Infans, tantum si in Infantili ætate dece-  
sserit, dubio procul a tutore ejus nomine agnita bonorum povenio ad ejus hæredem  
transmittitur; ætatis etenim defectus tanquam Naturali potius quam accidentali  
furiosi qualitas debet attendi. Argum. tñ. in l. 3. in p'io. et §. 1. de Tutel. d. l. 2. §. Quid  
si furiosus. §. 1. ad Tert. ubi subtilitèr docet Macin. in d. l. 3. C. Qui admitti. ex n. 90.  
atq' postquam infantiam exceverit, in furiosi adhuc statu deceverit, a tutore  
agnitam bonorum povenionem transferri ad ejus hæredem non potest, quia cessante  
Infantili ætatis defectu solum superest furiosi impedimentum, quod supplere  
tutori auctoritat' non potuit, timide magis tentavit, quam aseruit Macin. ubi  
nuper n. 96. Si dicat: Infans, ejusdemque furiosi simul nomine a tutore agnita bo-  
norum povenio edictali est, et perpetuum, non temporale Jus tribuit: in Omni  
igitur eventu debet ad hæredem transmitti, cum certi Juri s'c, eas bonorum po-  
ssessiones, quæ perpetuum Jus tribuunt, quamvis decretales sine, ad hæredem  
transmitti, ut diximus. l. cap. n. 34. Huius difficultati, quæ ancipitem Macinuz  
reddidit, si ejus sententia subiciberemus, Respondere possemus, quod bonorum po-  
ssessio, quam Infans pupilli, ejusdemque furiosi nomine tutor agnoscat, ab initio  
nec perpetuum, nec temporale, sed ambiguum solum Jus tribuit, quod interim dum  
Ancipitem causam continet, tanquam perpetuum judicatur, et si Infans in Infan-  
tili ætate deceverit, perpetuum semper fuisse intelligitur, et transmissioni effectum  
operatur; atq' post infantiam in furiosi statu deceverit, temporale solum fuisse dig-  
noscitur, nec transmissionem inducit, in quam non expendi ab argum. potest elegans

1771. 39350



Papinianus tōi. in l. Sufficit. 56. de Condit. indeb. pro cuius explicat. consulendi Cusac.  
lib. 8. quæst. ejusdem in eo tōi. Duaren. in paragh. ad titul. de Condit. indeb. cap. 5. Salpad.  
in labe. Creditor. 2. p. cap. Et. n. 103. cum segg. Verum quamvis id tentari non in subtilitate po-  
neret, Verum censeo, quod Infantis pupilli, ejusdemque fusioni nomine à tutore agnita bonorum  
pouens statim ab initio non temporale, aut ambiguum, sed perpetuum omnino Ius  
tribuit, et in omni eventu ad hæredem transfertur, quamvis Infans postquam infan-  
tiam exierit, quinimo et postquam ad pubertatem pervenerit, in fusionis statu dece-  
sserit. Moveor ex eo, quod tutor non modo Infantis, Verum et cuiuslibet pupilli, qu-  
amvis Infante majori nomine poterit bonorum possessionem agnoscere. l. Tutor. 8.  
de Bonor. possen. l. Bonorum. 7. C. Qui admittit, nec ut pupillus puber postea factus, ratur  
habeat bonorum possessioni agnitionem exigent, ut eam possit ad hæredem transmi-  
tere; sed pupilli, ejusdemque fusioni nomine à tutore agnita bonorum possessio non  
fusioni, sed pupilli nomine petita censetur. argum. tōi. in d. l. 3. in p. et St. de Tu-  
tel. ergo ad hoc ut ad hæredem possit transmitti, opus non est, ut pupillus puber pos-  
tea factus ratam petitionem habeat, ac per consequens quamvis pupillus sive intra, sive  
post pubertatem in fusioni statu deceaserit, à tutore agnitam semel suo nomine bo-  
norum possessionem poterit ad hæredem transmittere.

N. 14.

Celebrior sane, et frequentior  
ca transmissionis speciei est, quam Iustinianus introduxit in l. Cum in antiquiori-  
bus. 19. C. de Iure deliber. firmamque manere iussit in d. l. Vnic. 5. In novissimo. 5. Veri.  
Huius nihilominus. C. de Caduc. Ait Imperator in d. l. 19. quod cum Veteri Iure filij  
fam. deliberantes possent paternam hereditatem in suam potentatem transmittere,  
hoc etiam ad omnes successores sive cognatos, sive extraneos porrigendum ipse dicit, ita  
ut qui libet ad testamentariam, vel legitimam hereditatem vocatus, sive deliberandi  
tempus perierit, sive eo non petito successioni non renuntiaverit, quamvis ante ad-  
ditam hereditatem deceaserit, Ius deliberandi et intra residuum tempus heredita-  
tem adeundi ad quemcunque successorem transmittat, ita tamen ut annali spatio  
hujusmodi transmissio concludatur. Verum statim duplicem Tribonianum lapsum  
in ejus tōi littera contineri contendunt Anton. Faber de error. Pragmat. d. decal. 31.  
Error 6. et eum secutus noiter Pichard. in lectur. ad nrūm titul. d. cap. 31. n. 8. Primum  
dum filij fam. appellat eos, qui Parentis morte sui Iuris effecti sunt. contra regul.  
tōi. in l. Pronunciatio. 195. §. fam. l. 2. Veri. Pater autem. de Verb. Signif. Secundum,  
quatenus Ius deliberandi sui heredibus competere scribit; quod tamen Extranei  
solum heredibus conceditur, non sui, quibus excepto casu tōi. in l. Si quis suus. 8. de  
Iure deliber. non deliberationis, sed abrensiōis beneficium indulgetum est, de quo  
expresse loquitur Iulius Paulus in l. Si quis filium. 7. §. 4. h. tit. quem de Iure delibe-  
randi falso Tribonianus accepit. Quibus calumnijs potius, quam difficultatibus  
ex eo satisfiat, quod et hi, qui Parentis morte sui Iuris effecti sunt, quamvis  
revera Patris fam. sint, ex proterito denominatione deducta, id est inspecto  
paterna mortis tempore, non abinde filij fam. appellantur ex dicti anteriori  
cap. num. 3. Et præterea Iulius Paulus dum in d. l. 7. §. 4. de abrensiōis beneficio  
sui heredibus indulget, ejusque transmissione pertractat, si ipsa disputat de Iure  
deliberandi, quod plexumque immixtionem, aut abrensiōem præcedit, et licet  
Iure civili sui heredibus, ut potè necessarijs n. competere, post indulgetum à Prætere  
abrensiōis beneficium, ipsi etiam non minus, quam Extranei competere ceperit, ut  
ex d. l. 8. cum l. seg. de Iure deliber. communiter, et recte docent Interpp. in §. Extrane-  
i. 5. In tit. de hæred. qual. et differ. merito itaque Iustinianus superius Iulij Pauli  
fragmentum ad Iurū deliberandi transmissionem adduxit. Nec magis audiendus  
Vela, qui d. dixerit. l. n. 103. ex i. n. r. quod et si sui heredes antiquo etiam Iure  
Siquidem



Si quidem deliberandi tempus non petierint, ad quemcunque successorem quamvis extraneum paternam hereditatem transmitterent; si tamen deliberandi tempus imperassent, et ante immixtionem decederent, non ad extraneos heredes, sed ad liberos dumtaxat, seu ad suam posteritatem (prout loquitur Iustin.) poterant eam hereditatem transmittere; quia hoc ipso quod ad deliberandum tempus peterent, iurataz, seu paternam hereditatem acquisitionem suspendere censentur, qua suspensa soluz restabat Ius deliberandi, quod non ad extraneos, sed ad liberos transmittebatur, donec Iustinianus tam extraneos heredes, quam suos transmittere Ius deliberandi ad quemcunque successorem quamvis extraneum constituit in d. l. 19. Nam hac opinio ex eo subtrahenda non est, quod sui heredes non, ex eo, quod ad deliberandum tempus petant, iurataz suspendere velle intelliguntur, sed immixtionem, cum id agant, ut patrimonij vires explorent, se inveniant, et apud se constituant, an se immisceant, an abstinant; interim itaque dum deliberant, sui adhuc, et necessarij heredes Iure civili sunt, necnisi post abstentionem hereditarij oneribus liberantur, ut nullus ignorat: g. interim decedentes veteri etiam Iure poterant paternam hereditatem, et deliberandi, abstinentique simul Iura ad quemcunque etiam extraneum successorem transmittere. Nec contrarium sanxit Iustin. in d. l. 19. qui posteritati nomine extraneos etiam heredes comprehendit, ut vidimus preced. cap. num. 1. et in d. Iulij Pauli sent. utitur, ut ostendat, quod quemadmodum antiquo etiam Iure attento, sui heredes ante immixtionem decedentes ad quemcunque successorem Ius deliberandi transmitterent, sic et post suam constitutionem extranei ante additionem decedentes, eo tamen servato discrimine, quod sui heredes tanquam jam ipso Iure questam paternam hereditatem, et simul Ius deliberandi, extranei vero solum Ius deliberandi, et ad eundem hereditatem transmittunt =

Haec autem Iustiniani constitutio, quamvis ad bonorum possessores non minus quam ad testamentarios, vel legitimos heredes pertinet, cum generaliter de successoribus, et successione loquatur, ut late resolvit Macin. in d. l. 1. C. qui admittit ep. n. 136. ita locum habet, si quis hereditatem, aut bonorum possessionem sibi delatam sciens ante additionem, vel agnitionem deciderit, alioquin si ignoraverit deliberandi Ius ad heredem non transfert, ut indicant illa Verba etiam in d. l. 19. C. de Iure deliber. ibi: Et si quidem is, qui sciens hereditatem &c. q. deliberatio quaedam sit animi meditatio arbitrij libertatem requirens in ignorantem non cadit, qui cum deliberare dicit non possit, nullum deliberandi Ius potest ad heredem transmittere, ut fundant Anron. Gomez d. tom. 1. Variar. cap. 9. n. 52. et alij plures, quos ibi ejus additionator Pylton Layner congruit num. 19. Cui verissima, communisque sententia graviter adversatur ad rem adhuc ejusdem Iustiniani ignorans etiam in Novela. 118. cap. Veri. Sed obrineto, ubi quod Theodorus aseruit in d. l. 18. S. Si vero. 3. in prin. C. de Iure deliber. quod si Infans, cui fuerit hereditas, aut bonorum possessio delata, cum vel tutorem non haberet, vel tutor ejus nomine hereditatem adire, aut agnoscere bonorum posses. negligisset, in ea Infanti etate ante additionem, vel agnitionem deciderit, ad eos hereditas perveniat, ad quos et ab initio pertinuerit, si delata Infanti non fuerit, ita procedere Iustinianus declarat, si Infans post deliberationis annum elapsum deciderit; at si infra deliberandi tempus, seu terminum diem suum obierit, ut ad heredem Ius deliberandi transmittat, statuit, tum sic. Infans ignorans omnino est; et tamen infra annum decedens ad heredem Ius deliberandi transmittit: ergo si etiam, qui hereditatem, vel bonorum possessionem sibi delatam ignorat, ad heredem Ius deliberandi transmittit. Respondendum tamen oportet, quod licet

N. 15.



Inspecta. Constitutione tamen in d. l. 19. C. de Iure deliber. Infanti ita demum poterit ad heredem Ius deliberandi transferri, si Tutor ipsi delatam hereditatem, vel bonorum possessionem sciuerit, quia sciens Tutor pupilli nomine deliberare intelligitur, et ejus scientia debuit Infanti quoad transmissionis causam prodere. argum. tamen in d. l. 19. Ut. de Bonor. posses. Noviter tamen in d. Novela. 158. idem Iustinianus induxit, ut impuberes sive tutoribus careant, sive eorum tutores ipsi delatam hereditatem, vel bonorum possessionem ignorent, si quidem intra annum decedant, deliberandi Ius ad heredem transmittant, ut sic plenius pupillari aetate prospiciatur, nec in perendis tutoribus negligentia, aut tutorum diuidia, vel ignorantia transmissioni commodo pupillo fraudarent, quam intra annum terminandam constituit, ut sic eadem impuberum, quae ceterorum hereditum quoad huiusmodi transmissionem sit causa =

N. 16.

Ex quibus inferitur, quod et post inductam a Iustiniano Ius deliberandi transmissionem, altera adhuc illa, quam in superius oribus exposuimus, transmissionis species perseverat, quae exoritur in d. l. 19. C. de huiusmodi ante apert. tab. Nam et hodie liberi vique ad tertium gradum in patris sacri n. Existentes sive ex ave, sive ex parte heredes instituti, si quidem ante tabularum aperturam decedant, regulariter Ius deliberandi ad heredem transferre non possunt, quia ante apertas tabulas, ut in plurimum, quoniam haeres sit institutus, ignoratur, ut ex d. l. Cum haeres. 24. de liber. leg. et alij Iuribus diximus num. 3. qui vero se heredes institutos, ignorant, deliberandi Ius transmittere ad heredes non possunt ex nuper dictis; Theodoriano itaque adhuc indigent beneficio, ut ante apertas tabulas decedentes ad liberos Ius ad eundem patris, vel matris hereditarij transmittant, in quo sane plenior est transmissio, quae nascitur ex potentia sanguinis, et nullo scientia, vel ignorantia discrimine habito locum habet, quam transmissio Ius deliberandi, quae scientibus dumtaxat competit, non ignorantibus, quamvis in plerisque alij plenior, uberiorque Ius deliberandi, quam Theodoriana transmissio esse dignoscatur, et liberi etiam illi, de quibus loquitur Theodorius, nonnunquam sit necessaria, ut ecce post apertas testamenti tabulas loci Theodoriana constitutio non est, et similiter heredibus in nuncupativo testamento instituti, aut ij, qui ab intestato ad legitimam hereditatem vocantur, Theodoriana non faveat constitutio, ut dixi num. 5. cum seq. Cum tamen Ius deliberandi transmissio post apertas praecipue mystici testamenti tabulas procedat, et tam in nuncupativo testamento instituti, quam legitimi heredibus competat, inde liberi etiam intra tertium gradum consistentes, sive in mystico testamento heredes scripti post apertas tabulas decedant, sive in nuncupativo instituti, aut ab intestato vocati ante additam decedant hereditatem Theodoriano auxilio destituti Iustiniana indigent sanctione, juxta quam Ius deliberandi ad heredes transmittunt; Et rursus cum Theodoriana constitutio liberi dumtaxat vique ad tertium gradum prospexerit, quos non ad extraneos heredes, sed ad liberos solum transmittere Ius ad eundem patris, vel matris hereditarij, decrevit Iustinianus, non modo liberi etiam ultra tertium gradum, Verum et extranei quibuscunque heredibus illud beneficium indulgit, ut ante additam hereditatem decedentes Ius deliberandi sive ad liberos, sive ad extraneum quemcunque successorem transmittant =

N. 17.

Heredes itaque vel testamentarij, vel legitimi, qui sibi delatam hereditatem sciunt, si quidem intra deliberationis tempus decederint, ad heredes Ius deliberandi transmittunt. Verum quia ex quo deliberandi tempus sit computandum, potest dubitari, sciendum est, quod si haeres nec a Principe, nec a Iudice deliberationem



nem petierit, annale deliberandi spatium obtinebit, quod ex tunc currere inci-  
 piat, Ex quo ipse hereditatem sibi delatam sciverit, quam dum successioni non renunti-  
 at, hoc ipso deliberare videatur, qui si intra annum nec hereditatem adiecit, nec pro  
 herede genuit, eo elapso ad heredes Iuri deliberandi non transfert; at si intra annum  
 quamvis nondum adiecit, aut pro herede genuit, diem suum obierit, Ius intra resi-  
 duum tempus deliberandi ad heredes transmittit, ut expresse Iustinian. decidit  
 in d. l. 19. C. de Iure deliber. Si autem heres a Principe, vel a Iudice deliberationis  
 impetravit, concessum deliberandi tempus ex die conceptionis currere incipit, et  
 intra ipsius metas Iuris deliberandi transmissio terminatur. Unde evenire facile  
 poterit, ut huiusmodi transmissio annali aliquando spatium, aliquando vero mayo-  
 ri, vel minori termino concludatur, ut ecce si heres, qui sibi delatam heredita-  
 tem scivit, vel deliberationem non petierit, vel statim ac delationis certior fac-  
 tus fuerit, a Principe annale spatium (quod indulgere Principi et potest et  
 solet. l. 5. vlt. S. Et haec quidem. 13. C. de Iure deliber.) ad deliberandum impetrave-  
 rit, annali dumtaxat intervallo Iuris deliberandi transmissio terminari oport-  
 ere explorati Iuris est; et si heres confestim ac hereditatem sibi delatam scivit,  
 a Principe, vel a Iudice minus quam annale spatium impetraverit (hodie namque  
 veteri illo Iure abrogato, quod exeat in l. 5. vlt. cum 3. legib. seqq. de Iure deliber.  
 nec Principi plusquam annum, nec Iudici plusquam novem mensium spatium po-  
 ssumt ad deliberandum concedere, quamvis minus praefigere non prohibeantur.  
 d. l. 5. vlt. S. 13. C. eod. tit.) intra concessum dumtaxat tempus Iuris deliberandi  
 transmissio locum esse debere manifestum est; Nec tunc obstat, quod Iustinian.  
 in d. l. 19. intra annale spatium locum habere huiusmodi transmissioem conscri-  
 ptus; Nec enim sic loquitur, quam per annale spatium praesens Iuris deliberandi  
 transmissio perseveret, sed quam possit ultra eius spatij metas non debeat, quod longe  
 diversum est: potest itaque minori, quam unius anni intervallo transmissio  
 terminari, non tamen potest ultra annale spatium protrahi. Quod si heres  
 cum per sex mensium spatium (exempli causa) sibi delatam hereditatem sciv-  
 iset, eo elapso a Principe annum, vel a Iudice novem mensium tempus ad de-  
 liberandum meruerit, siquidem illud etiam tempus computemus, quo sciens  
 heres deliberationem non petijt, ampliori sane, quam annali spatia Iuris  
 deliberandi transmissio terminabitur; at si eo subducto concessum dumtaxat a  
 Principe, vel a Iudice tempus computetur, annali, vel minori spatio transmissio  
 concludetur. Quod itaque in d. l. 19. Iustin. statuit, Iuris deliberandi transmi-  
 sionem intra unius anni spatium debere concludi, accipiendum sic est, ut  
 si heres deliberationem non petierit, ex quo hereditatem sibi delatam  
 sciverit, si deliberationem impetravit, quamvis multo ante delationem sci-  
 verit, ex impetrationis die deliberandi tempus computetur, qua facta com-  
 putatione ultra annale spatium transmissio nunquam protrahatur, docet,  
 quamvis non hac percipiuntate Goffred. in d. l. 89. h. tit. n. 29. cum seq.

N. 18.

Si igitur heres intra deli-  
 berationis terminum ante additionem diem suum obierit, Ius intra residuum  
 tempus deliberandi ad heredem transmittit; Residuum autem hoc deliberan-  
 di tempus non ante currere incipit, quam transmissio heres adiecit heredi-  
 tatem, et defuncto, cui successerit, delatam esse priorem hereditatem sciverit,  
 ut suadent ab argum. tñ. in l. Si in diem. 16. de Cond. et Dem. et in l. 3. S. Si quis  
 heredem. ff. de Statu lib. in quibus quorundam legatariorum, vel statuliber intra certum



terminum conditioni adimplenda causa pecuniam heredi dare iussu est, pra-  
fixus à testatore terminus ante aditam non currit hereditatem, et in l. vlt. C.  
Theod. de Temporum curru, et reparacion. demerit. ubi si ex litigantibus aliquis  
ab hac luce discesserit, ejus heredi non à mortis, sed ab aditionis hereditatis  
die ad prosequendam litem tempora renovantur. Et praeterea si ante aditam  
hereditatem residuum deliberandi tempus curruerit, eveniret, ut transmissari-  
us heres siquidem vellet, defuncto delatam hereditatem amplecti, si ipsa  
non integrum deliberandi tempus, sed residuum illud dumtaxat spatium  
circa ipsius etiam defuncti hereditatem obtineret, ita enim Iure posito in-  
tra residuum illud temporis spatium à die mortis computatum solum ponet  
defuncto delatam hereditatem adire, quae aditionis actum, cum circa Ius,  
et nomen heredi exerceat non ponet, ut notum est, hoc ipso pro herede gene-  
re, et ipsius etiam defuncti hereditatem acquirere necessario censendus  
esset ex regula t. in l. Pro herede. Co. in p. et S. Papin. d. l. Pannonius. 86. S.  
vlt. hoc tit. l. 6. C. de Iure deliber. Ut ergo transmissarius heres integrum circa  
defuncti hereditatem deliberandi tempus obtineat, dicendum necessario est,  
residuum illud deliberandi tempus quoad hereditatem defuncto delatam  
non ante curruere, quam ipse hereditatem adierit, et defuncto delatam her-  
editatem scierit. Hoc ipsum illustrari potest ex t. in l. vlt. C. Si pendente  
appellat. mori interven. quae est lex vlt. ejusd. tit. in Cod. Theod. Si prius  
animadvertamus, quod licet ejus, qui intra deliberationis terminum dece-  
sint, heredi quoad defuncto delatam hereditatem n. integrum, sed resi-  
duum dumtaxat deliberandi tempus concedatur; ejus tamen, qui penden-  
te appellatione decedit, heredi non residuum dumtaxat tempus tribuitur, sed  
et quatuor alij menses ad prosequendam appellationem prorogantur, ut  
constat ex d. l. vlt. Cujus differentiae ratio in eo est, quod litis incertior,  
quam hereditaria est causa, et facilior hereditatis aditus, ut potest quae  
nuda voluntate peragitur, quam appellationis est prosecutio, quae prolixas  
judiciorum moras experitur, et idcirco laxiora ubique litibus agendi quam  
hereditariis adeundi tempora praestituerunt, ut docent Goffred. in d. l. 89.  
h. tit. n. 34. et Cusac. lib. singulari de Praescript. et term. cap. 16. et ad tit. Cod.  
Si pend. appell. mori interven. Quo discrimine animadverto in d. l. vlt. a. sent.  
Constantinus, quod quatuor illi menses, qui heredi ad prosequendam appella-  
tionem prorogantur, non à litigatori mortis, sed ab hereditatis aditione  
numerantur, nè aliquis heres negotium ignorans, vel etiam super adeun-  
da hereditate dubitans, priusquam aliquod commotum sentiat, damnis  
affici compellatur. Quae decisiva ratio omnino Goffredo ubi nuper, meo judi-  
cio explicanda sic est: Si quatuor illi menses à litigatori mortis numera-  
rentur, heres siquidem appellationem prosequi vellet, si ipsa eorum solum  
spatium ad deliberandum super hereditate obtineret; eo enim ipso quod  
appellationem prosequeretur, quod facere circa Ius, et nomen heredi non  
ponet, pro herede genere intelligeretur, et sic vel negotium ignorans, vel ad-  
huc super adeunda hereditate deliberans, priusquam certum aliquod lucrum  
hereditatis sentiret, litis damnis, et hereditariis oneribus implicaretur: ut g.  
heres integrum super hereditate deliberandi tempus obtineat, quatuor illi  
menses



N. 19.

menses ad prosequendam appellacionem praestari ante additam n. currunt here-  
ditatem: pariter g. ex eadem Iuris ratione Teriduum illud deliberandi tempus, quod  
Iustiniana constitutionis potestate ad heredem transferua, ante additam here-  
ditatem non currit. Illud denique quari potest, an n. haeres, ad quem fuerit  
Teriduum deliberandi tempus transmissum, intra illud post additam secundam he-  
reditatem, et antequam primam adierit hereditatem decederit, quod adhuc su-  
persuerit circa primam hereditatem deliberandi tempus ad heredem transmi-  
nat. Quam quaestionem affirmativè resolvit Anton. Gom. tom. 1. Var. cap. 9. n. 59. quia  
Ius deliberandi semel ad primum heredem transmissum hereditarium efficitur:  
ergo et ad ultteriores debet heredes transmitti, praecipue cum heredi appellatio  
non modo ad proximum heredem, sed et ad ultteriores referatur. Videamus. V.  
Quod metu caa. l. Marcellus. 65. de Verb. Sign. et heredi haeres primi etiam tertio-  
ri haeres esse dicatur in l. Vlt. C. de hered. inst. cum similibus; Ex opposito  
Goffredus, cuius Veriore sententiam eximio ind. l. 84. h. tit. n. 33. negativè res-  
pondet, quippe cum Iuris deliberandi transmissio fuerit adversus Iuris commu-  
ni Regulas introducta, et Iustiniana constitutio de primo dumtaxat herede  
loquatur, tanquam exorbitans extendi ad ultteriores successores n. debet. ex vulg.  
Reg. 101. ind. l. 14. de Leg. Quod enim dicitur, heredi appellacionem non modo ad  
proximum heredem, sed et ad ultteriores referri, et heredi heredem primi etiam  
tertiori heredem esse ceniebit, in hui locum obtinet, quia a communi Iure profi-  
ciscuntur, non quae stricti Iuris reguli relaxari primo heredi ex benignitate  
conceduntur, qualis profectio est Iuris deliberandi transmissio, nec deliberandi  
Ius, cum in meta, et simplici facultate consistat, quamvis favorabiliter ad pri-  
mum heredem transmissum in eius boni esse dici potest ex dicitur. l. cap. num. 6.  
cum seq. ut sic debeat ad ultteriores similiter heredes transmitti. Nec plures  
jam novi constitutionibus introducta transmissio speciei superare; quod  
enim Antiquiores nonnulli censuerunt, quod hodie emancipatus filius, qui  
post novam Iustiniani sanctionem in l. Vlt. S. C. de legit. hered. et in Novela.  
118. cap. 4. ad sui heredi similitudinem Parenti civili Iure succedit ipso Iure  
quamvis ignorans paternam hereditatem ad quemcunque Successorem transmi-  
sit, nec si Verum esset, novam ideo transmissio speciem constitueret; nam  
posito quod Iustinianus emancipatus liberi iuratus Iura tribuisset, communi  
non speciali Iure emancipati tanquam iuratus praerogativa suffulsi, quantum-  
vis ignorantes ad quemlibet Successorem paternam hereditatem transmitterent,  
et falsum praeterea omnino est; nam et hodie emancipati liberi, quamvis civili  
Iure ad intestatam Parentum successionem Vocentur, in quo dumtaxat suis  
heredibus in prefata constitutione a Iustiniano aequiparantur,  
Sui iuris Iure destituuntur, nec nisi aderundo, vel pro  
herede gerendo paternam hereditatem acquirunt,  
quam ideo ante additionem decedentes, ad here-  
dem n. transferunt, ut latius disputant Viglius  
in S. Sed et quidem. 6. Inst. de exher. liber.  
et Vela d. de her. 11. ex n. 65. licet ejus ade-  
undae Ius vel ad liberos, vel etiam ad eos  
transcos heredes possint aliquando a  
transmittere, in hui videlicet casu  
bu, in quibus per integrum hoc  
caput explicata transmissio  
Species locum habet.

A. P. H. S. C.



# Caput 4.

## In quo Vtrum vulgaris substitutio ~ hereditatis transmissionem ~ ~ Excludat, disceptatur. ~ ~

Num. 1.

Iam postquam omnes transmissionis species tam novis constitutionibus, quam Veteri Iure introductas sigillatim exposuimus, posteriorem nostrae tractationis partem attingimus, et exponendam celebrem illam questionem assumimus, Vtrum scilicet vulgaris substitutio hereditatis transmissionem excludat? Quam ut perspicue resolvam, primum de sui hereditate, de exheredatione deinde separatim disserere statui. Et ut statim incipiam, tenendum firmiter est, quod sui heredes et si vulgaris substitutum acceperit etiam ignorans, et ante immersionem decedens excluso substituto ad heredes paternam hereditatem transmittit, ut docent Ouald. ad Donell. lib. 6. Comm. cap. 24. lit. h. Anton. Faber de exhered. Pragm. decad. 32. art. 6. cum seq. Petr. Barb. in l. t. de Vulg. ex n. 286. Anton. Gomez d. tom. 4. Var. cap. 3. n. 15. Richard. ad princip. Iur. de Vulg. ex n. 28. et in 5. Ita demum. Iur. de hered. quæ ab intest. defer. ex n. 19. et in lectur. ad num. tit. cap. 12. ex n. 13. et ad tit. de Vulg. cap. 11. ex n. 15. Castillo lib. 3. Contror. cap. 11. n. 2. et cap. 13. ex n. 28. Vela d. dissertat. 11. ex n. 39. D. Rezer in advenar. de Inoffic. testam. cap. 11. n. 4. In cuius sententia confirmationem non quidem utar totum, quem facile eludunt Adversarij in l. Si quis filium. 7. §. t. juncto ejusdem l. principio. h. tit. Nam cum diversa sint species, respondebunt, et merito ex eo quod Paulus in eju legi institutio substituto heredi vulgaris substitutum datum esse proponat, non recte deducit, quod et in §. t. cuius longe alia species est, suo heredi vulgaris substitutus datus ponendus præcipue sit, præcipue cum non de suo herede ex testam. sed de suo herede generaliter Paulus pertraheret, et ad suum heredem tam ab intestato quam ex testam. ejus decursio pertineat, nec possit ab intestato de Vulg. substit. tractari. l. Potest. 36. de Vulg. S. Instit. ubi communiter repetentur eod. tit. Expendam ergo inevitabile duntaxat totum, et quos eludere non possunt Adversarij, Ex quibus evincitur suavitati Ius per vulgaris substitutionem nec adiri, nec suspendi, quod si præterea, assumptum profecto habeo; quippe cum præcipui suavitati effectus non in paternæ hereditatis transmissione consistat, si vulgaris substitutio suavitatem nec adimit, nec suspendit, nec hereditatis vique transmissionem adimere, aut suspendere potens est. Et primo quidem expressius in hanc rem est totum in l. Papin. 8. §. quarta. 9. Ver. Nisi forte. de Inoffic. testam. dixerat Ulpianus, quod quarta, quæ filio relicta inofficium querelam excludit, per libertatem minuitur, et idcirco Pater, qui totam patrimonij substantiam in servi habet, potest inofficium querellam excludere, si filium heredem instituat, et servi omnibus libertatem relinquat. Pro creditur, et in d. Ver. Nisi forte cautelam subjungit, quia si utatur filio, poterit à Parente irrogatam fraudem submovere; Potest, inquit, si quidem in potestate non fuerit ex testam. hereditatem omittere, eamque ad substitutum transmittens, seu quod idem est vulgaris substituto locum faciens adversus eum inofficium querellam exercere, et rescisso testamento citra edicti poenam ab intestato paternam hereditatem obtinere. Nunc sic: Ideo hujusmodi cautelam emancipato duntaxat filio, non etiam ei, qui fuerit in potestate Ulpianus suppeditat, quod scilicet ubi emancipatus est



institutus, non prius libertate tamen directe competunt, quam addita ex testamento hereditas fuerit. l. Testam. 23. de manum. testam. Et quamvis post emancipati repudiationem substitutus ex causa substitutionis hereditatem adierit, testamento per inofficiam querellam reuocari Tertio non competere creduntur. d. l. 85. pen. de Inoffici. nec ab intestato substituentur ex Edicto siquis Omnia causa testam. quod et si libertate non minus quam legata descendat. l. 65. Vlt. l. De libertatibus 12. l. Si seruum 285. l. l. pen. Siq. Omnia caus. testam. in presenti tamen conquirent, quia filius dum Patris fraudem excludit, fraudem non facit. In quibus terminis Edicto loci non est. Ex Reg. t. in d. l. 65. non simpliciter. 3. et 5. Si patronus. 8. Si q. Omnia causa test. l. Cum pater. D. S. Titio. 34. de leg. 2. at si suus haeres fuerit institutus, statim a paterna mortis tempore per nudam sui haereditas existentiam directe competunt libertate, nec per abintentionem infirmantur. l. Sciendum. 32. de manum. testam. l. 3. C. de Testam. manum. Et idcirco frustra filius ex testam. se abintenter, nec eo magis inutilem libertate constitueret, ut explicat D. Reser. ubi nuper d. cap. 11. n. 4. Ex qua Vlpiani sententia evidenter depromitur veritate Ius per Vulgarem substitutionem nec adimere, nec suspendi, alioquin ubi suus haeres Vulgarem substitutionem accepisset, nec statim ex testam. haeres existeret, nec a paterna mortis tempore directe libertate conuiterent. Cum q. iuxta Vlpianum filius, qui fuit in potestate haeres scriptus, quamvis Vulgarem habeat substitutum statim ex testam. ipso Iure haeres existat, et per eius existentiam directe libertate confirmantur, Vulgari substitutio iustitiam nec adimit, nec suspendit, ac per consequens nec paterna hereditaria transmissionem excludit =

N. 2.

Diminulare tamen nefas erit, quod praefata Vlpiani sententia in d. l. 85. de Inoffici. ex eo difficili redditur, quod et si filius suus haeres sit institutus, et Vulgarem substitutum accepisset, poterit ex testam. se abintente, et substituto locum facere, qui tunc Praetori beneficio ad secundum tab. bonorum possidet. Vocatur, ut postea dicemus, aduersus eum inofficiam querellam exercere, et post reuocatum testam. ab intestato hereditatem obtinere, simulque paternam fraudem submovere; q. licet directe libertate fuerint per nudam sui haereditas existentiam confirmata, nec per abintentionem infirmata, ut praeced. num. dixi, reuocatio postea testam. per querellam non tam reuocandatur, quam tertio non competere creduntur, ut ex eo constat, quod per nudam sui haereditas existentiam non efficacius, quam per extranei haereditas additionem directe libertate confirmantur, ut nullus ignorat, et cum per extranei haereditas additionem confirmata reuocatio postea testam. per querellam tertio non competere credantur d. l. 85. penult. idem erit prospecto dicendum de libertatibus, quae fuerint per nudam sui haereditas existentiam confirmata: falsis igitur Vlp. in d. 85. emancipato duntaxat filio, non etiam ei, qui paterna mortis tempore fuit in potestate, cautelam ad excludendam paternam fraudem suppeditat, quando suus haeres non minus, quam emancipatus poterit omnia causa testamenti, et substituto locum faciens per inofficiam querellam Patris fraudem submovere. Cui difficultati ab Interpretibus omnia respondendum primum in specie, quam vocat Vlp. superiorem cautelam suo haereditas praedone non posse, et libertate per nudam sui haereditas existentiam semel confirmata etiam abintentione secuta, et testamento per inofficiam querellam aduersus substitutum motam reuocatio ideo non infirmari, quia per inofficiam querellam secundus duntaxat gradus reuocandatur, non etiam primus, contra quem suus haeres querellam nec intendit, nec intendere potuit, ne alioquin secum ipse contenderet contra Vulgarem Regulam t. in l. Ne cum filio. 16. de furtis, et cum primus gradus ab initio per sui haereditas existentiam confirmatus etiam post abintentionem illius inspecto Iure civili periterit, nec postea fuerit per inofficiam querellam reuocatus, libertate, quae non ex secundo, sed ex primo gradu competere, nulla ratione debent infirmari; Quid enim Vulgo iacet,



quæ semel competuerunt libertates, testamento per inofficiam querellam reuocari non  
competitue videri ita Verum est, si gradus, ex quo competuerunt, fuerit per querellam reuocatus.  
Nec absurdum alicui videatur, quod inofficiam querella secundum non etiam primum gradum  
in presenti reuocanda; Nam cum possit unum, eundemque gradum aduersus quem exercetur  
pro parte sola reuocare. l. 8. §. 5. l. Circa. 29. de Inoffic. test. l. Cum filius. 16. in princ. de leg. 2.  
Melius utique poterit secundum gradum reuocare, et illam primum relinquere, et diu-  
milis est causa portuum, qui in primo gradu prateritus, et in secundo ex hereditate ubi in lucem  
editur, ideo utrumque gradum et in totum testamentum rumpit. l. 5. Veri. Sed n. a primo gra-  
du de Injur. Supr. l. 1. §. Per contrarium. 7. de Vent. in poss. mitt. quia alioquin ruptura n.  
ipsum, sed substituto producit, ut latius docent Anton. Tab. lib. 8. Conject. cap. 20. et cum alij  
Valentia lib. 3. Illust. tract. 3. cap. 17. n. 9. cum seq. maneat itaque emancipato dumtaxat  
filio Vlpiani consilium prodente, qui per repudiationem primum gradum in totum dereliquit,  
et eo effectu aduersus substitutum querellam instituit, ut directæ libertates, quæ non ex  
primo, sed ex secundo gradu competuerunt reuocari postea testam. Tertio n. competitue cre-  
duntur, ut ex Vlp. decisione peripicui derum, quod per sui heredis existentiam, cui datus  
Vulgaris substitutus datus est, etiam abtensione secuta directæ libertates irresolubiter  
confirmantur, et quod in necessarium antecedens Vulgaris substitutio iustitiam Iura nec  
adimit, nec suspendit, nec magis potestate hereditatis transmissionem submouet =

N. 3

Notam præterea sententiam fultit dixerunt  
t. quem ad rem aliam exposuimus cap. 2. n. 12. in l. 17. Veri. Nam superior. et Veri. al-  
tera Veri. species. de Cond. instit. ubi si filius existens in potestate hærei sub potestati-  
ua conditione instituitur, et nepotes ex eo sint substituti, siquidem filius ante impletam  
conditionem decederit, et quærat, an vivo, vel mortuo filio nepotes ex causa substiti-  
tutionis succedant, multum interesse Papin. scribit, an ea fuerit conditio, quæ mori-  
ente filio impleri non potuit, an vero quæ extremo etiam vita momento per alium  
adimpleri potuerit; Nam prior species conditionis admittit filio vivo nepotes ad  
hereditatem, quippe cum ultimo quo filius decedit instanti, quod vita, n. morti  
tribuitur. l. Qui duos. 18. §. 1. de manum. test. Verum per rerum naturam sit, potesta-  
tivam conditionem nec adimpletam esse, nec adimpleri jam posse, et sic filium nec ex  
testam. hæredem existit, nec existere jam amplius posse eo ipso momento causi substiti-  
tutionis existit, ex cuius causa nepotes ad hereditatem vocantur, quam n. sibi acqui-  
runt, sed morienti Patri, qui ex sua persona exclusus per eos ultimo vita instanti  
ex secundo gradu Patri necessarius hærei existit. Argum. ex l. in l. 6. §. Interdum. 5.  
hoc tit. l. filius. 13. de Bon. libert. et paternam hereditatem, quam per filios  
acquisiuit, si eos foritan exheredauerit, ad extraneos successores transmittit, proia  
Papin. subtilissimus accepit Costa lib. 2. select. cap. 1. n. 2. et idcirco nepotes, et filio  
substituto signanter Papin. proponit, qui alioquin si extraneus fuisset substitutus,  
quamvis filius ante impletam potestativam huiusmodi conditionem decederet, non  
quidem vivo, sed mortuo filio hereditatem acquireret, quæ et in ultimo instan-  
ti a lege ex causa substitutionis deferatur, ab extraneo substituto acquiri ante  
additionem, aut pro hærede gestionem non poterit, quæ cum filio vivo sibi delatam  
hereditatem ignoret, cum extraneum vita momentum, quod per rerum naturam  
certum est, incertum omnino penes nostram estimationem sit, n. nisi post mor-  
tem filij adire, aut pro hærede gerere ex causa substitutionis poterit, ut a nimad-  
vertit Saneol. interpret. 11. n. 8. posteriori vero conditionis species non vivo, sed mortuo  
filio nepotes ad hereditatem admittit; Nam quandiu institutus potest hærei existi-  
tere, tandiu substituto locus non est. l. 3. l. Quandiu. 69. h. tit. sed sub ea potestativa  
conditione, quæ ultimo vita momento potest per alterum adimpleri, institutus  
filius ultimo etiam quo decedit instanti ex primo gradu potest hærei existere, si  
foritan







Sent. Authoribus adducta (ut verum fatear) nullius fere ponderis est; Pupillari ete-  
nim substitutio non nisi hæredibus præciis, sed hæ libere potest fieri, qui post substitue-  
ntis obitum recasuri in alterius potestate non sunt, quod solum probat *l. in d. l. g. in*  
*pr. Ver. Neposibus de Vulg. ut videtur in ex hæredat. quibus vulgariter potest substitui*  
*l. g. to. s. Ad substitutos. s. eod. tit. s. non solum. q. Inst. de Pupill. substit. Cum tamen*  
post exheredationem per additionem hæreditatis confirmatam Iura suiæ amittat,  
ut docui in *academic. de Pupill. substit. cap. 2. n. 12.* ex eo igitur quod pupillari ex-  
pressa substitutio tacitam vulgarem, et expressa vulgaris tacitam pupillarem con-  
tineat, non recte denumitur, quod vulgaris substitutio Iura suiæ non adimat.  
Melius sanè ex eo nra sent. prob. quod si vulgaris substitutio suiæ adime-  
ret, aut suspenderet, filius hoc igitur quod vulgarem substitutum accepisset, voluntari-  
us hæres esset, et ubi paternam hæreditatem omitteret, non abstinere, sed repu-  
diare diceretur, eoque repudiante civili Iure ætato, casus vulgaris substitutio-  
nis existeret, nec substituto Prætori auxilio opus esset; atqui filius, cui datus  
vulgaris substitutus est, ubi paternam omittit hæreditatem, non repudiare, sed  
abstinere dicitur, quod proprium suorum hæredum est, eoque abstinente civili  
Iure locus vulgaris substitutioni non est, sed à Prætoribus substitutus ad secundum  
tab. bonorum possen. <sup>em.</sup> Vocatur. *g. vulgaris substitutio suiæ nec adimit, nec suspen-*  
*dit. Minorem probat elegans *l. in l. g. Ex contractu 44. de Re judic. ubi proponit**  
*Scævola, pupillam, quæ vulgarem substitutum accepisset, et tutore auctore pa-*  
*ternæ hæreditatis se immiscuerat, mox tutore auctoritate paterni boni se*  
*abstinuit ex Prætoris videlicet edicto citra in integrum restitutionis auxi-*  
*lium. iuxta *reg. to. in l. Impuberibus. 11. l. 5. in pr. Ver. Sed impuberibus. h. tit.**  
et ex ea causa defuncti bona ad substitutum pervenissent, ubi observanda *Scæv.*  
elegantia est, qui non dixit substituto hæreditatem defexi, quia cum civili  
Iure pupilla ex primo gradu sua hæres existeret, nec adhuc post abrenuntiationem  
hæres esse desinet. *l. 30. s. to. de fidei comm. libert. juncta *reg. to. in l. 7. s. Sed g.**  
*Papin. to. de minorib. l. g. Et qui solvendo. 88. de hæred. inst. vulgaris substitutus*  
ex secundo gradu hæres esse non potest, ne alioquin unus duo in solidum hæredes  
existant contra *reg. to. in l. g. Quod contra Rationem. 11. s. de Reg. Iur. et substitutus*  
simul cum instituto ad eandem hæreditatem concurrat. contra *to. in d. l. 3. et in*  
*d. l. 69. h. tit. s. sed bona ad substitutum pervenire scripsit, quod longe diversum*  
est, et indicat substitutum ad secundum tab. bonorum possen. <sup>m.</sup> à Prætoribus Vocari,  
et bona, non hæreditatem obtineret; quia scilicet pupilla postquam paterna se  
abstinuit hæreditate, Iure prætoris hæredi conceptum n. retinere intelligitur,  
quatenus nudum hæredis nomen retinet, hæredi in effectu non est. *l. 2. s. Sed*  
*si sint sui hæredes. 8. ad Dert. l. 6. s. Si filius. 2. de Boni libert. et substitutus dum*  
secundum tab. bonorum possen. <sup>em.</sup> agnovit, bona cum effectu acquirit, nec in Præ-  
torij Iuris existimatione cum instituto pupilla concurrat, quod et testantis  
Parentis voluntas suggerit, qui ubi vulgariter suo hæredi substituit, in eum ca-  
sum, quo suus hæres se ab hæreditate abstinuit, vocasse substitutum censetur. ar-  
gum. *to. in l. In conditionibus. 12. s. Si patronus. 2. de Cond. et Dem. ut docent An-*  
*ton. Fabri de errorib. Pragmat. decad. 32. Pet. Barb. in l. g. de Vulg. n. 521.*  
cum *reg. Pichard ad tit. de Vulgari in lectur. cap. 6. ex n. 39. g. sui hæres et in*  
vulgarem substitutionem accepisset, Iura suiæ retinet, et ante immixtionem  
decedens exclusio substituto ad quemcumque successorum paternam hæreditatem  
transmittit. Nec tunc obstat, quod suo hæredi se abstinuit vulgarem substitutu-  
rum nec civili, nec Prætoris Iura ad successionem admitti contendat *Cherius lib. 2.*



Interpr. cap. Et per totum, ad id expendem. *exm.* in l. 1. §. 1. de Minorib. l. Si pupi-  
 llus. 39. ad Trebell. l. Vlt. de Successor. Edict. l. 6. in p̄io. de Rebus auctoz. Iud. p̄m̄ia. Tum  
 quia hæc opinio ex dictis sari refellitur, nec prædicti Iuris innotuit, quæ re et  
 interpretantur Goffred. in d. l. Vlt. Bar. in d. l. de Vult. n. 514. et n. 518. Pichard. ad  
 n̄m̄ tit. d. cap. 12. ex n. 33. Reter. lib. 1. opus. cap. 10. ex n. 4. et sub lib. 3. ad lib. sing. quart.  
 Scax. publici tractat. in d. l. 89. per integrum Comment. et præcipue n. 9. Tum q̄ si vera  
 esset, longè magis sent. <sup>am</sup> noitiam firmaret; Nam si nuda sui hæredi exiſtentia etiam  
 ab intensione secuta omni Iure civili scilicet et Prætorio Vulgarem substitutionem exclu-  
 deret, peripicuum sanè esset per Vulgarem substitutionem iurati Iura nec adim̄i, nec  
 suspendi, quamvis ex eo non minus idem assumptum probetur, quod suo hærede se  
 ab intente non civili, sed Prætorio dumeapat Iure Vulgari substitutioni, sic loquitur

Hæc licet ita securè procedant, n̄.

N. 6.

denunt qui iuratum per Vulgarem substitutionem suspendi, et paternam heredita-  
 ti transmissionem ante immixtionem impediri censerint, inter quos Pachineus  
 lib. Controvers. cap. 14. Gutierrez in Repet. ad *exm.* in d. Sui. Innot. de hæred. qualit.  
 et differ. ex n. 55. et cum alijs Iur. de Substitut. quæ it. 12. eam opinionem sic fun-  
 dant: Filius, cui Vulgariter Patens substituit, perinde habetur ac si sub condit. Si  
 voluerit hæredi fuerit institutus; quicquid enim Vulgarem accipit substitutum ex  
 iudicio testatoris potest institutionis causam omittere. l. 4. §. Si proponatur. 5. l. Iu-  
 lianus. 26. §. 1. Sig. omni. caus. testam.; sed sui hæredi institutioni apponita conditio  
 Si voluerit iuratum suspendit, et interim dum pendet, paternam hereditati tran-  
 smissionem excludit. l. 4. in p̄io. cum l. seq. l. Cornelius. 69. l. Iam dubitari. 86. in p̄.  
 et d. 1. de hæred. inst. l. Verba hæc. 12. d. l. Vlt. de Cond. inst. l. Conditionibus. 5. de  
 Cond. et Dem. et faciunt ab argum. *td.* in l. Si ita legatum. 65. §. 1. de leg. 1. l. Si  
 ita expremum. 69. de Cond. et Dem. junctis quæ d̄m̄ ad tit. Quand. dies leg. ced. cp. 5.  
 n. 11. §. Vulgari substitutio non minus quam conditio Si voluerit iuratum suspen-  
 dit, et paternam hereditati transmissionem excludit. Secundo sic arguunt: Si  
 instituto filio extraneus cohæredi datus sit, cohæredi adjectio, quæ veluti qua-  
 dam tacita substitutio est. l. Si Titio. 61. §. 1. de leg. 2. iuratum suspendit. l. Apud Iu-  
 lianum. 11. §. 1. ad Trebell. potiori iuris Iure Vulgari exprema substitutio, quæ potentior,  
 quam cohæredi adjectio est. l. 2. §. Si duo. 8. de Bonor. p̄m̄. secund. tab. debet iuratum,  
 et paternam hereditati transmissionem remoueri. 3. n̄. Quemadmodum si sui hæres  
 ipso Iure paternam hereditatem acquirat, et adhuc ignorans ad quemcunque succe-  
 sionem transmittit, sic et legatarius relicto sibi legato, ubi semel ejus dies cene-  
 rit, quamvis ignorans ad hæredem transmittit. l. Vlt. C. Quand. dies leg. ced. cum  
 Vulg. sed Vulgari substitutio in legato facta, ut in l. Vlt. hæredibus. 50. de leg. 2. n̄  
 ante agnationem legatarii decenerit, transmissionem excludit. l. Si legata. 6. Cod.  
 de Legat. ergo et suo hæredi facta Vulgari substitutio, siquidem ante immixtionem  
 sui hæredi decenerit, debet paternam hereditati transmissionem excludere. 4.  
 denique expendem *exm.* in l. Si filius hæredi. 16. de Liber. et Post. ubi n̄ filius omi-  
 nio posthumo hæredi instituitur, et substitutus nepos ex eo sit, siquidem filius inter  
 decedat, nepotem tam Patri, quam avo suum hæredem existere Africanus respondet.  
 Tunc sic: Si iuratum Vulgari non suspenderet substitutio, filius etiam ante im-  
 mixtionem decedens, sui hæredi existeret, et paternam transmitteret hære-  
 ditatem, nec avo, sed Patri solum nepos suus, et necessarius hæredi existeret; sed  
 filius ante immixtionem decedens paternam non transmittit hereditatem, eo-  
 que decedente nepos tam Patri, quam avo sui hæredi existit. §. et iuratum, et  
 paternam hereditati transmissionem Vulgari substitutio remouetur.



Nec tamen hæc fundamenta contrariam quam tuemus  
 Sententiam offendunt, quorum primo nonnulli sent. nostra Auctores respondent, quod  
 Vulgaris substitutio quatenus ex testatoris iudicio arbitrium omittenda institutionis  
 importat suo hæredi facta necessitatem quidem in Parentis favorem inductam relaxat.  
 Surtatem vero, quæ tota in gratiam liberorum fuit introducta, non admittit beneficium  
 abtensionis exemplo. juxta dicta cap. 2. n. 5. et sic paterna hæreditatis transmissionem,  
 quæ non necessitati, sed surtatis effectus est, non excludit. Verum communis hæc so-  
 lutio merito dupliciter Anton. Sabio, qui de error. Pragm. d. decad. 32. art. 6. ep. 8. cum  
 iudicio tenet non Vulgarem substitutionem surtatem suspendere, nec magis necessi-  
 tatem adimere, quia illa Vulgaris substitutionis clausula Si hæres non erit, aut si  
hæres esse noluerit, non institutioni adscribitur, sed substitutioni, nec pure conceptæ  
 institutionem reddit conditionalem: ergo si hæres non ex eo quod Vulgarem substitui-  
 tum acceperit, perinde debet haberi ac si sub conditione Si voluerit fuisset in-  
 stitutus, ac proinde sius simul, et necessarius hæres existit. Nec ex eo quod Pater  
 Vulgariter substituerit, omittenda hæreditatis arbitrium suo hæredi præstatine  
 cernendus est, qui cum filium pure, et imperativi verbis hæredem scripserit  
 necessarium eum esse voluit, prævidens tamen, institutum filium posse ex edicto  
 Pratoris se abstinere, et in effectu sibi intestati periculum imminere partim  
 Pratoris timore, partim suo periculo admonitus in eum casum, quo filius se absti-  
 nuerit, secundum hæredem facit, et adversus filij quam metuit injuriam, sibi  
 prospicit, sicuti et generaliter quiquis Vulgariter substituit, non id agit, ut in-  
 stituto repudiandi facultatem largiatur, sed ut imminenti intestati periculo  
 occurrat. l. Potest. 36. de Vulgari, nisi idem institutus, et sibi ipse substitutus  
 (mutata scilicet causa substitutionis, alioquin inutilis omnino substitu-  
 tio erit. l. Si te solum. 27. de hæred. inst. l. 1. §. 1. l. 1. §. 1. de Vulg. junct.  
 Reter. sub d. lib. 3. opuscul. ad libr. singul. quærit. Scæv. in d. l. 1. §. 1.) proponat,  
 qui cum non aliter possit adire ex substitutione, quam si prius institutionem  
 omiserit ex testatoris iudicio potest institutionem omittere, et ex substitui-  
 to adire, quin metuat Edictum Sig. omni. caus. testam. d. l. 1. §. 5. Sig. omni. caa. test.  
 ut latius persequitur Benedict. Pinell. lib. 1. select. cap. 1. n. 8. qui et consulendus  
 erit pro explicit. tit. in d. l. 26. in prin. et §. 1. junct. l. præced. eod. titulo. Nec  
 Refragatur quod communiter dici solet, servum proprium cum libertate hære-  
 dem institutum, cui Vulgaris substitutus datus sit, non necessarium, sed vo-  
 luntarium hæredem existere; Tum quia Verius est, per Vulgarem substitui-  
 onem sic conceptam Si hæres non erit, servo hæredi instituto necessitate  
 non remittit, sed in impotentia dumtaxat casum conceptam substitutionem  
 intelligit; Tum quia licet sic concepta substitutio Si hæres esse noluerit,  
 instituto servo necessitatem remittat, quia scilicet Dominus, qui Vereri  
 servi abtensionem non potuit, cui solum separationis conceditur benefi-  
 cium. l. 1. §. 1. de Separation. §. 1. Inst. de hæred. qual. et differ. in id  
 solum substitutionem sic conceptam censeatur, ut servus non necessarius, sed  
 voluntarius hæres existat, ut tenent Anton. Sab. d. error. 6. num. 17. et Pi-  
 chard. ad princip. Inst. de Vulg. n. 17. qui tamen fallitur, dum id probare  
 nititur ex textu, cuius longe alia species est in l. 3. C. de hæred. inst. non  
 ideo inferitur, quod eadem formula suo hæredi facta substitutio necessitatem  
 remittat, cum Patris qui filij abtensionem Verebatur, non necessitatem remitteret,  
 sed sibi in abtensionis casum per Vulgarem substitutionem prospicere intendere = Eandem



ter ex eo probari existimo, quod si suo hæredi facta Vulgaris substitutio necessitatez  
admitteret, Iure civili ponet suus hæres se paterna hæreditate abstinere, et ubi se semel  
abstinuerit, nè nudum quidem hæredi nomen retinere Vulgariter substituto post  
abstentionem civili Iure hæreditas deferretur; sed suus hæres, cui Vulgariter Patris  
substituit post abstentionem nudum hæredi nomen retinet, adeo ut non civili, sed  
Prætorio solum Iure Vulgaris substituto sit locus. d. l. 44. de Re judic. ergo suo hæredi  
facta Vulgaris substitutio nec necessitatem quidem remittit. Ut Majorem, in qua  
est difficultas, ostendam, animadverto, de illo me sæpius dubitare, cur scilicet cum  
hæres, qui in sacro patris existente, primum in familia gradum occupante, ad  
acquirendam paternam hæreditatem suavitatis qualitates Ius civile tribuerit,  
necessitatis præterea qualitates ad hæreditatis retentionem adixerit. posita  
enim suavitatis Otiosa omnino et superflua necessitatis qualitas videtur, nam quia  
suius hæres ipso Iure existit, et paternam hæreditatem acquirit; sed qui semel  
hæres existit, non potest hæres esse desinere. d. l. 88. de hæred. inst. Ergo ad hoc  
ut suus hæres paternam, quam ipso Iure quærit hæreditatem, Retinere cogatur,  
suavitatis sufficiat, nec necessitatis præterea qualitate opus est, alioquin et ad  
hoc quod extraneus hæres quam semel adierit hæreditatem retinere cogatur,  
necessitatis qualitas epigeretur, quod nemo dederit. Huius difficultati res-  
pondere soleo, quod etiam posita suavitatis Otiosa, superflua, ideo necessitatis qua-  
litas non est, quia suus suavitatis rationem hæres proprio, et rigore n. existit,  
cum in suis nulla hæreditas detur, sed liberam bonorum administrationem  
nanciscitur, quatenus scilicet et vivo Patre paternorum bonorum Dominus exi-  
statur. l. 1. In suis. ff. de Liber. et Posth. Valentia lib. 3. Illuz. tract. 3. cap. 2. ep. 2.  
Illuz. in. Ramos lib. 1. ad leg. Jul. et Pap. cap. 23. n. 2. cum seq. et si necessarius simul  
non esset, etiam inspecto Iure civili paterna bona amittendi liberum arbi-  
trium obtineret, cum Domino liceat rei propriæ dominium amittere ad ejus  
arbitrium, qui verè, et propriè hæres existit, qui quam semel per additionem  
defuncti personæ induit, exire postea non potest, quod de suo si nece-  
sarius simul non esset, non rectè diceretur; nam identitatis fictio, qua  
tota ex patris potestate Iure derivatur, per Patris Obiitum extinguitur.  
Ut ergo suus paterna bona, quorum suavitatis potestate liberam administra-  
tionem aequabat, amittere non ponet, et Retinere cogetur, necessita-  
tis qualitates suavitatis adjicere Ius civile opus habuit, et conjuncta du-  
plex hæc qualitas efficit, ut suus n. minus quam si verè, et propriè hæres  
existere, civili Iure paterna bona retinere cogatur. Qua non injucunda  
Animadversione facta, Majorem sic probo: Si suo hæredi facta Vulgaris  
Substitutio necessitatem remitteret, suus cui Vulgariter Patris substitui-  
ret, civili Iure ponet paterna bona relinquere, et ubi reliquerit, nè nudum  
quidem hæredi, aut Dni nomen retineret ad ejus instar, qui dominium  
amittit, ac proinde civili Iure casu Vulgaris substitutioni existere; sed nu-  
dum adhuc hæredi nomen retinet post abstentionem, et substituto prætorio  
dumtaxat Iure fit locus. d. l. 44. de Re judic. 5. Vulgaris substitutio nec suavitatis  
suspendit, nec necessitatem remittit, nec magis paterne hæreditatis trans-  
missionem excludit. Si dicat, Prætorium Ius per abstentionis beneficium



Necessitatem remittere; Et tamen suum heredem postquam se abstinuerit,  
nudum heredi nomen retinetur, illico respondeo, Praetori propositum illud  
fuisse, non ut necessitatem potestate legi inducram admitteret, sed ut per eventus  
adhuc necessitatis effectus quoad commoda, et incommoda hereditaria suppri-  
meret. l. Si filius. 12. de Vulgar. quo videlicet sensu erunt exaudienda, qua sup.  
dixi cap. 2. num. 5.

N. 9

Minus sane secundum fundamentum refrajatur; Nam certum  
Iuris est, quod extranei cohæredi adjectio suo heredi instituto iuratum nec  
admittit, nec suspendit. Expressius tamen in l. 3. C. de Iure delibet. Cui nec tenetur  
tamen in d. l. 11. §. ad Trebell. cuius genuinam forsitan sententiam noviter aperui  
in Academiæ de Pupill. subtit. cap. 3. n. 24. = Pro tertij, et difficultatis fundamenti  
solutione dicendum est, quod in legato facta vulgaris substitutio nec cessionem,  
nec transmissionem legari remoueret, imò si legatarius, cui vulgariter fuerit  
substitutum post diem legari cedentem, quamvis ante agnitionem deceverit, le-  
gatum ad heredem transmittit, quod non idcirco conditionale censetur, sed pu-  
rum, ut suadet ex dictis num. 6. et cum alij docet Petr. Barb. in d. l. 4. de  
Vulgar. n. 289. cum seq. qui tamen inconspicte ad rem Papiniani decisionem  
adduxit in l. Miles. 75. §. de leg. 2. Proponitur ibi pro parte heredem insti-  
tutum, cui substituti cohæredes fuerunt, et cui prælegatum erat relictum  
post diem legari cedentem ante aditam hereditatem decedente, et cum de hæ-  
reditatis, et prælegati transmissione quæritio emer, Papin. respondit n. addi-  
ta hereditatis partem non ad heredem transferri, sed ad substitutos cohæ-  
redes pertinere; prælegati autem portiones, quæ pro cohæredum parte conser-  
uunt, ad heredem transmitti, indicari non obicere alteram prælegati partem,  
quam prælegatarius hæres si hereditatem adiuret, hereditario Iure capiet  
non ad ejus heredem transmissionis Iure, sed ad substitutos cohæredes expectare,  
quia licet si substituti cohæredes non fuerint, prælegatarius hæres post diem  
legari cedentem ante aditam hereditatem decedens integrum prælegatum  
ad heredem transmitteret, ut probant ab argum. tamen in l. Qui filius. 11. §. 1.  
cum l. seq. l. filio. 8. l. Nam nec eman. 82. cum l. seq. de leg. 1. l. Cum  
Respons. 12. C. de Legatis. cum similib. in quibus cohæredes solum dati non sub-  
stituti proponuntur; Cum tamen in d. l. 75. §. 1. prælegatarius heredi substituti  
cohæredes fuerint, qui ad id omne ratione substitutionis vocantur, quod hæ-  
reditario Iure, quo hæres perceperit, si hereditatem adiuret. l. Cohæredi.  
11. §. 1. de Vulgar. prælegatarius cohærede post diem legari cedentem ante  
aditam hereditatem decedente, prælegati portiones, quæ pro cohæredum parte  
conseruunt, et quæ ad ipsum et si hereditatem adiuret, n. hereditario,  
sed legari Iure perueniunt, ad ejus heredem transferuntur; altera vero  
prælegati portio, quam ipse siquidem hereditatem adiuret, hereditario Iure  
capiet, ad cohæredes Iure substitutionis expectat, prout omnino, quæ tradunt  
Cusac. lib. 18. qua. 17. Papin. in d. l. 8. de leg. 1. et lib. 6. Respons. ejusd. in d. l. 75. §. 1.  
Donell. lib. 8. Comm. cap. 7. Bellon. de Iure accens. cap. 7. qua. 29. n. 30. Oriz lib. 2.  
de apicib. Iur. civil. cap. 11. n. 5. Papin. in d. l. 75. §. 1. melius interpretantur fo-  
ffred. in eo tamen n. 1. Chumacero disp. 5. n. 20. Chenus lib. 2. Interp. cap. 3. num. 36.  
cum 2. seqq. Cum ergo iuxta Papin. prælegati portiones, quæ pro cohæredum par-  
te conseruunt, non ad substitutos, sed ad heredem Iure transmissionis trans-  
ferri, inferit ex ea decisione Barb. quod vulgaris substitutio nec cessionem, nec  
transmissionem legari remoueret. Pallitur tamen Vir doctissimus, nam Papin. in eo



in eo tñ, ut jam vidimus, non in prælegato, sed in hæreditate factam vulgaris substitutionem proponit; profecto Veri ex eo quod in hæreditate facta substitutio prælegati transmissionem non impediât, quomodo inferatur in legato factam substitutionem nec ejus cessionem, nec transmissionem remorari non video =

N. 10.

Sed licet tñ. in d. l. 75. S. 1. de leg. 2. non tñam non oneret inspectionem, Verumum adhuc est in legato factam vulgarem substitutionem nec ejus cessionem suspendere, nec transmissionem impedire. Argum. eorum, quæ diximus n. 7. Nec contrarium probat tñ. in d. l. 6. C. de Legatis, quæ solum aserit, quod per agnitionem à primo legatario factam vulgaris evanescit substitutio; Nec tamen docet, quod si prior legatarius ante agnitionem legatum deceverit, ejus hæredi vulgaris substitutus præferatur. Rursum et subtilius fornicari respondere posse arbitror, ex eo quod per agnitionem à primo legatario factam vulgaris expiatur substitutio, id solum denuciat, scilicet, quod donec agnitionem legatum sit, spes vulgaris substitutionis perseverat, nec ideo non dum agnitionem legati transmissionem per substitutionem impeditur; nec enim nondum agnitionem legati transmissio spem vulgaris substitutionis extinguit, quæ et locum adhuc habere poterit, si à primi legatarij hærede repudiatum legatum fuerit; nam quævis ante agnitionem legatarius decedat, non ut agnitionem, sed ut agnoscendum legatum ad hæredem transmittitur, cui libera agnoscendi, vel repudiandi facultas est. l. Si mihi. 12. in prio. l. Legatarius. 38. l. Si fundum. 81. S. Si Pater. 6. de leg. 1. l. Si Pater. 55. de leg. 2. junct. vulgaris regula tñ. in l. Hæredem. 60. de Reg. Jur. et si primi legatarij hæres ad se transmissum legatum repudiaverit, ad secundum legatarium ex causa vulgaris substitutionis repudiatum legatum pertinebit, quod et in suo hærede procedit, cui vulgariter Patris substituitur, qui si ante immixtionem deceverit, ad hæredem paternam hæreditatem transmittit; nec tamen paternæ hæreditatis transmissio spem vulgaris substitutionis extinguit, quæ utilem adhuc exitum poterit Prætorio jure sortiri, si sui hæredi hæres paternæ se abstinuerit hæreditate; nam sui hæres ante immixtionem decedens sicuti paternam hæreditatem, sic et abstinendi beneficium ad hæredem transmittit, ut 2. cap. n. 6. cum 2. leg. non sine cura fundari, et siquidem sui hæredi hæres abstinendi utatur beneficio, poterit substitutus secundum tab. bonorum possid. agnoscere d. l. 44. de Re judic. vulgaris igitur substitutio nec legati, nec paternæ hæreditatis transmissionem excludit, nec transmissionem spem vulgaris substitutionis infringit, quæ si transmissarius hæres vel legatum repudiaverit, vel paternæ se abstinuerit hæreditate, perinde ac si transmissio non intercessisset, locum habet =

N. 11.

Verum adhuc vulgarem substitutionem in legato factam ejus transmissionem impedire, probare videri difficili, et ignori ad rem tñ. in l. Septimam. 32. de leg. 3. Proponit Scævola pro parte hæredem scriptum, cui cohæres fuit substitutus, et cui prælegatum fuit relictum, post diem legati cedentem omnia hæreditatis parte diem suum obijner, et cum de prælegati transmissione quæretur, Respondet, prælegati transmissioni locum esse. Rationem præter, quia cohæres prælegatario cohæredi non in prælegato, sed in hæreditate fuit substitutus. Nec ideo cum Papin. in d. l. 75. S. 1. de leg. 2. Scævola pugnat; nec enim accipiendum est, quam integrum prælegatum



ad heredem Iure transmissio pertinet, sed quam iuxta Papin. distinctionem  
praelegati portiones, quae pro cohæredum parte conseruerunt, ad heredem Iure trans-  
missionis spectent: illa q. portio, quam praelegatus hæres, si hæreditatem adijnerit,  
hæreditario Iure quæreret, ad substitutum cohæredem Iure substitutionis per-  
tinet, idque sibi voluit Scævola, dum dicit, cohæredem in legato substitutum  
non esse, id est in his praelegati portionibus, quæ pro cohæredum parte conser-  
uerunt, et quæ scilicet legato Iure capiuntur. l. 1. §. quod Veri. 6. Quod legator.  
cum similib. prout hæc Iura in concordiam redigere Cherrus d. lib. 2. Interpre-  
cap. 3. n. 39. melius quam Cora in cap. Si pater. de Testam. lib. 6. 3. p. Veri. obli-  
qua n. 2. cum seq. Nunc sic: Ideo iuxta Scævolam in d. l. 32. ad heredem pra-  
legatum transmittitur, quia cohæres non in praelegato, sed in hæreditate fuit  
praelegatus cohæredi substitutus: si igitur fuerit in praelegato substitutus  
non ad heredem transmissionis Iure, sed ad substitutum cohæredem Iure sub-  
stitutionis praelegatum pertineret: q. in legato facta vulgaris substitutio ejus  
transmissionem excludit, ac per consequens et suo hæredi facta debet trans-  
missioni paternæ hæreditariæ obviare. Huius difficultatis, quam expressam ad-  
huc non vidi, respondendum censeo, decernam illam Scævola Variationem explicandam sic  
esse, quam dicit Cui, id est praelegati transmissioni locum esse, quia collegatus co-  
hæredi sub interinveca illa conditione Si hæres non fuerit non in praelegato, sed in hæ-  
reditate cohæres fuit substitutus, ex quo istum inferitur, quod si sub illa conditione  
non modo in hæreditatem, sed in praelegato expressim fuerit cohæres substitutus,  
locus praelegati transmissioni non erit, quam omnino excluderet substitutio prop-  
ter expressum testatoris iudicium, qui in casum non acquiritur patris hæreditariæ tam  
ad praelegatum, quam hæreditariæ partem substitutum cohæredem vocaret; hæc au-  
tem, quæ ex Scævola sent. profluit, illatio contraria sent. nostra non est; quod  
enim dicimus in legato factam substitutionem vulgarem ejus transmissioni non  
obesse, in ea substitutione procedit, quæ in vulgarem non agitur legati casum con-  
cipitur, de qua nec Verbum quidem apud Scævolam, nec in substitutione, quæ a testa-  
tore fuerit in alium casum concepta, quæ, si quidem ille casus extiterit, propter  
expressam testatoris voluntatem legati transmissionem impedit, ut apud Scævo-  
lam eveniret, si praelegatus hæredi sub illa conditione Si hæres non fuerit  
tam in praelegato, quam hæreditate fuerit cohæres substitutus, et praelegatus hæres  
ante agnam decerneret hæreditatem, et sic tam praelegati respectu, quam patris hæ-  
ditariæ intuitu substitutionis casus extiterit, quod solum ex eo tunc meo iudicio  
desumitur.

N. 12.

Nec tamen obstat quare fundamētum deductum ex d. l. 16. de Lib. et Post. ubi filius omnino posthumus instituitur, cui nepos ex eo fuit substitutus pendente posthumi natiuitate decedens non ex eo paternam non transmittit hæ-  
ditatem, quod per vulgarem substitutionem extinguitur, suspensam Iura iurandi fue-  
rint, sed ex eo potius, quod si instituto filio quandiu vivit, nec testam. nec ab in-  
testato defertur paternam hæreditas potuit, non ex testam., quia testamentum hoc,  
quandiu filius vivit, potuit agnitione posthumi rumpi; Ex testamento autem,  
quod exponitur periculo ruptum est, hæreditas non defertur. d. l. 34. h. t. v. Nec  
magis ab intestato, quia quandiu testamentaria speratur successio, locus intestate  
successioni non est. l. Quandiu. 39. hoc tit. cum similib.; quandiu vero filius vivit  
ultimo etiam ejus vite momento ex testam. potuit hæres exorire, scilicet vel fili-  
us, si eo vivo mulier, ex qua posthumus sperabatur, abortum fecisset, vel saltem  
nepos substitutus, si post mortem filij abortus factus fuerit: filio igitur quandiu  
vixit



Vixit, ab intestato defuncti hereditas non potuit, ac per consequens non ideo filius 89  
apud Africanum existere suus heres non potuit, quia substitutio iustitiam ademe-  
rit, aut suspendit, sed quia incertitudo natiuitatis posthumi praeteriti Veru-  
que successioni tam legitima quam testamentaria incertam causam constituit.  
Sed dices adhuc solam vulgarem substitutionem in Africano serie in causa esse, ut  
filius nec suus heres existere, nec paternam potuerit hereditatem transmittere,  
ut ex eo probari videtur, quod si eadem specie reuera nemo filio substitutus  
sit, et solus ipse sit institutus, siquidem pendente praeteriti posthumi natiuitate  
decedat, ultimo vix momento Patri ab intestato suus heres existit, et ad heredem  
paternam hereditatem transmittit, ut Consultus ipse fatetur in d. l. 16. Veru. quod  
si nemo: sola igitur vulgari substitutio in causa est, ut filius siquidem substitutus  
acceperit, pendente posthumi natiuitate decedens, nec ex testam. nec ab intestato Pa-  
tri suus heres existat, nec ad heredem paternam hereditatem transmittat. Re-  
pendendum tamen est, quod ubi filius omnino posthumo institutus, et si nullum  
acceperit substitutum propter natiuitatis posthumi spem, et rumpendi testamenti  
periculum iustitiam suspenditur siue dum vel ab ortu factus sit, quo casu filius ex  
testam. suus heres existat, vel posthumus in lucem editus sit, aut institutus  
filius pendente posthumi natiuitate decedat, quo duplici casu ab intestato filius  
sui heres existat, in primo, quia ex testam. per agnationem posthumi iure dese-  
rit hereditas non potuit; in secundo, quia ultimo quo filius decedit instanti, cer-  
tum esse incipit ex eo testam. nec heredem existere, nec existere jam amplius  
posse; ubi autem filio, qui omnino posthumo fuit institutus, datum substitutum est,  
a quo quidem iustitiam suspenditur, non propter vulgarem substitutionem, sed prop-  
ter natiuitatis posthumi spem, et rumpendi testamenti periculum; suspensio tamen  
haec, quae si nullus esset substitutus, ultimo quo filius pendente posthumi nati-  
uitate decederet instanti evanesceret propter tunc extinctam testamentaria succe-  
SSIONIS spem, ut nuper dicebam, siquidem datum substitutum fuerit, etiam moriente  
filio perseverat, cum spes adhuc testamentariae successionis superest, quem mori-  
entem filium suum heredem ab intestato existere n. n. n. et in summa etiam  
dato substituto iustitiam non propter substitutionem, sed propter spem natiuitatis  
posthumi suspenditur, quae efficit, ut filius quando in pendenti posthumi nati-  
uitate sit, ex testam. existere suus heres non possit, testamentaria autem successio-  
nis spes, quae etiam moriente filio ex vulgari substitutione dimanet, in causa est,  
quod filius pendente posthumi natiuitate decedens ab intestato suus heres non  
existat, quod ipsum et coheredi adiectio in eodem termino operatur, ut docet Afi-  
canus in d. l. 16. qui ad hoc ut filius pendente posthumi natiuitate decedens ab inter-  
tato suus heres existat, non modo datum substitutum non esse, Verum et solum fili-  
um, quod idem est, ex ante institutum esse requirit, ut dixi cap. 2. n. 11. cum l. regg.  
ubi exponitur difficilem tom, qui cum Africano pugnare videbatur in d. l. 81. h. tit.  
tradit hanc interpretationem subtilissimus Anton. Faber de error. Pragmat. d.  
decad. 32. error. 8. per totum =

Circa extraneos denique heredes illa succedit  
inspectio, Vtrum scilicet transmissiones novi Theodosij, et Iustiniani consti-  
tutionibus introductas, quae integro superiori cap. explicatas relinquimus, vulgari  
impediatur substitutio. Ponamus liberos usque ad tertium gradum in sacri patris n.  
existentes a Parentibus heredes scriptos vulgarem substitutum accepisse, et ante  
aperta testamenti tabula, et hereditatis additionem decedentibus heredibus relicta  
decessisse, quaeritur Vtrum quae non dato substituto circa controversiam ex potentia

N. 13.



Sanguinis locum habebit ex Theodoniana constitutione transmissio per Vulgarem substitutionem submovetur? Ponamus similes extraneos quolibet heredes institutos, quibus fuerit vulgariter substitutum, postquam se noverint institutos intra tempus deliberandi ante aditam hereditatem decederet, quaestio est, an quia, si substitutus datus non esset, dubio procul locum haberet ex Iustiniani constitutione, Iuris deliberandi transmissio per Vulgarem impediret substitutionem? In qua re ex Interpretibus plerique, quos refert, et sequitur Vela d. dicitur ff. n. tot. et n. ff. indefinite pro transmissio herede contra substitutionem respondet, seu quod idem est huiusmodi transmissiones per Vulgarem substitutionem non impediri arbitrarie; Alij, quos refert, et sequitur Casillo d. lib. 3. Concor. cap. 13. ex n. 14. indefinite pro substituto contra transmissarium heredem respondet, seu huiusmodi transmissiones per Vulgarem substitutionem submoveri opinantur; Alij demum Ius transmissionis, quod propter sanguinis vinculum Theodoniana introduxit constitutio, potentius esse Iure substitutionis, ex contrario vero Iuris deliberandi transmissionem excludi per Vulgarem substitutionem contendunt, ita post Zasium, et alios Antiquiores a Castillo relato d. cap. 13. n. 23. tenent Anton. Faber de error. Pragmatic. decad. 34. ex. 1. cum seq. et error. 7. cum seq. et notat Richard. in lectura. ad titulum de Vulgari. cap. 11. ex n. 21. In tanta Interpretum Varietate, qua indefinite substituti causam advenit transmissarium fore heredem, si vel novas huiusmodi transmissiones per Vulgarem avertit substitutionem excludi sententia placet, quae, ut verum fatear, in Universis Iure nullum pro se expressum testimonium habet; Textus etenim, qui in ejus confirmationem adduci vulgo solet in l. vlt. Ver. Sin autem casuali. C. de Necessar. serv. hered. inst. ad nullam transmissionis speciem pertinet, quamvis ex eo, ut postea videbimus, decursa nostra sententia ratio roboretur; Extrat ibi nova quaedam, et a Iuris Reguli nimium exorbitanti Iustiniani constitutio, qua cautum est, ut si servus puer heres institutus, et sub conditione liber esse sumus, cum potestativa conditio fuerit, eam adimplere neglexerit, et libertatem et hereditatem simul amittat; Sin autem casuali conditio fuerit, et ex fortuna insidij decenerit, libertas quidem servo competat; hereditas autem si solvendo sit, ad eos perveniat, qui ex lege vocantur, si non aliquis fuerit substitutus. In qua sane hypothesi nudus transmissarius est heres, cum quo substitutus congregatur; Nam servo in primo gradu instituto delata hereditas non fuit, et sic tractari de transmissario herede non potuit, nec quod Iustinianus Vulgarem substitutionem eius preferendum scribit, qui ex lege vocantur, ad transmissarium heredem, sed ad legitimos potius successores est referendum.

N. 14.

Sed nec magis sententiam nostram firmat, quae a nonnullis ad rem expenditur altera Iustiniani sanctio in l. vlt. C. de Edicto Divi Adriani toll. qua inductum est, ut si institutus, vel substitutus, qui se in hereditariorum bonorum possessionem mitti dederat, testamentum protulerit, quod sub exterroni solemnitatum forma nullum in se vitium contineat, et in quo se institutum, vel substitutum ostendat, statim in possessionem mittatur; Ex qua decisione inferri solet, quod Vulgaris substitutus siquidem cum transmissario herede contendat indistincte in hereditariorum bonorum possessionem mittendus est, cum proferre testamentum poterit, extrinsecum nullum vitium in se continens, et in eo se substitutionem ostenderet; Facile tamen respondebunt Adversarij; tum demum ei, qui legitime formatum testamentum protulerit, et in eo se institutum, vel substitutum ostenderit, conferri mitti in hereditariarum rerum possessionem.



possessionem debere, si ab altero controversia mota non fuerit; si vero legitimus alius  
 qui contradicere existat, ex actione discutitione in aliud tempus delata summarie  
 controversiam discutendam esse, et eum ex litigatoribus in possessionem mittendum,  
 qui potiora Iura ex legitimo modo ostenderit, ut caveatur in d. l. 3. quam late exor-  
 nat Castillo d. lib. 3. Controv. cap. 29. per totum, et inde deducunt, quod si inter trans-  
 missionarium heredem, et vulgarem substitutum suborta sit controversia, si quidem  
 transmissionarius ejus defuncti, de cuius hereditate tractatur, testamentum protulerit,  
 et in continenti Ius adeundi ad se transmissionum ostenderit, in possessionem mitten-  
 dus erit; si vero transmissionarius ad se transmissionum Ius adeundi probare in continenti  
 non potuerit, veluti si transmissionis probatio altiorum, et proximorum indaginem  
 exponat, vincet quidem in summario possessionis iudicio substitutus; Momentanea  
 tamen haec victoria in plenario postea petitionis hereditatis iudicio revocabitur,  
 si in ejus progressu transmissionarius ad se Ius adeundi transmissionum legitimum pro-  
 bationibus ostenderit. Argum. vbi. in l. 4. §. Et quidem. 2. Veri. Redigit. Quod legator.

Notas

Verum Iurum testimoniis destituta, effi-  
 cacibus rationibus sententia nostra probatur. Existente casu substitutionis non potest  
 non ad hereditatem substitutus admitti; sed hoc ipso quod primo gradu institutus  
 heres ante additam decedat hereditatem ultimo ejus vice momento casu substi-  
 tutionis existit: g. conferri hereditas substituto defertur, et Ius transmissionum  
 excluditur. Minor probatur: In eum casum vulgari substitutus vocatur, quo insti-  
 tutus heres non fuerit, aut quod idem est, heres esse noluerit, aut non potuerit; sed  
 ubi institutus ante additam hereditatem decedit, ultimo ejus vice momento cer-  
 tum esse incipit, quod nec heres existit, nec existere jam amplius potest, cum ex-  
 mo vice instanti adiri hereditas non possit, ut ex l. 7. §. 1. et d. l. 1. §. 1. de leg. 1.  
 bam num. 1. et probat praeterea tot. in l. Ab omnibus. to. §. 5. Cum quidam. 6. de leg. 1.  
 Ergo ultimo quo institutus heres ante additam decedit hereditatem, momento,  
 casu substitutionis existit, et Ius transmissionum excluditur. Rursum: Transmissio-  
 nis heres solius legis dispositionem pro se habet, non testatoris voluntatem, quae cir-  
 ca ipsum tanquam incertam omnino personam non dirigitur. l. Sciendum. de de-  
 Veri. Signif. Vulgari autem substitutus non modo legis dispositionem, verum et ex-  
 pressum pro se testantis iudicium habet. l. Lege obvenire. 130. eod. tit. potentius  
 igitur est Ius substitutionis, quam Ius transmissionis. Patet conseq. Tum quia ut  
 vulgo dicitur, et verum est, provisio hominis facit cessare provisionem legis. l. §.  
 Maritus. Et. C. de Procur. cum vulg. Tum quia vulgari substitutio tanquam ex  
 testatoris iudicio, et ex legis simul dispositione dimanans sicuti legitimos successo-  
 res, qui ex sola lege vocantur, submovet. d. l. 7. §. 1. Veri. Sin autem casuali. Cod. de  
 necessar. serv. hered. inrit. sic et accrescendi Ius, quod sola legis potestate fulcitur,  
 excludit. l. 2. §. Si duo. §. de Bonor. poss. secund. tab. cum similib. §. et transmissio-  
 nis Ius, quod ex solo Imperiali clementia beneficio proficitur, debet per  
 vulgarem substitutionem excludi. Nec respondeat aliqui, quod transmissionarius  
 heres permissiva saltem, certa tamen, et destinata testatoris voluntate servatur;  
 substitutus vero expressa quidem, sed vaga, et quasi tentabunda dumtaxat volunta-  
 te fulcitur, cum vulgari substitutio non tam ex benevolentia erga substitutum,  
 quam ex testatoris timore proficitur ex dicti num. 7. et idcirco substituto debet  
 transmissionarius heres preferri; Nam haec evasio ex eo non difficulter refellitur,  
 quod expressa testatoris voluntas, qua substitutus adjuvatur, quamvis dum pendet  
 casu substitutionis vaga, et quasi tentabunda dici possit, postquam substitutionis  
 casu existit, certa omnino, et destinata erga substitutum esse incipit, qui ut pote



Expresso, certo, et dispositivo testatoris iudicio suffultus transmissio debet heredi  
preferri, qui existente casu substitutionis nec permissivam quidem pro se testatoris  
obtinere voluntatem, ut ex eo convincenti suaderetur, quod vel testator dum vulgarem  
concepit substitutionem de transmissio herede cogitavit, et tunc cum in eum casu,  
quo institutus heres non fuisset, substitutum vocavit, eum existente casu substiti-  
tionis transmissio heredi preferri voluisse censetur, seu dignoscitur; alio-  
quin solum in instituti, et transmissarii heredis defectum substitutum vocavit,  
aut concipienda substitutionis tempore de transmissio herede testator n.  
cogitavit, et tunc transmissarii heredi, qui nec expressa, nec tacita, nec dispo-  
sitiva, nec permissiva testatoris iudicia voluntate, proponendus sine dubio  
erit vulgari substituto, qui in existentem casum substitutionis expressum, et  
dispositivum pro se testantis iudicium habet, ut Faber Variacionum d. Decade  
34. error. 4. num. 45 =

N. 16.

Superest jam, ut quas excogitarunt Adversarii objectiones,  
diluamus. Et quidem qui indefinite novam transmissio speciem per vulgarem  
substitutionem excludi non posse arbitrantur, primo sic arguunt: Primum est, ut  
existat casus substitutionis, quam ut substitutus ad hereditatem vocetur; sed  
ubi primo gradu institutus transmissarius herede relicto ante aditam  
decedit hereditatem nondum casus substitutionis existit: debet igitur  
transmissarius heres vulgari substituto preferri. Minorem sic probant: Toties  
substitutionis casus existit quoties primo gradu institutus nec se ipsum, nec  
quempiam alium sua mediante persona heredem fecerit. l. Si pater sum. d. de  
hered. inst. l. 3. C. eod. tit. 5. vlt. Inst. de vulg. substit. sed quavis primo  
gradu scriptus heres ante aditionem decedens se ipsum heredem n. fecerit,  
heredem tamen suum sua mediante persona primi testatoris facit heredem  
ad quem vel ex Theodosiano, vel ex Iustiniano beneficio Ius ad eundem he-  
reditatis sibi superstiti antea delata transmittit: ergo ubi primo gradu ins-  
titutus transmissio herede relicto ante aditam decedit hereditatem, non  
dum casus substitutionis existit, imo quemadmodum institutus si superstes  
esset, substituto sine dubio preferendus foret, sic et transmissarius heres,  
qui in instituti locum subrogatus, et in eius Iura succedit, debet substituto  
preferri. 2. et fortius sic arguunt: Si minor 25. annis heres institutus, cui  
vulgari datus fuerit substitutus, juvenili levitate ductus hereditatem re-  
pudiaverit, et decieverit, ejus heres ex defuncti persona potest in integrum res-  
titutionis auxilium implorare, et siquidem omnia sine in integro impera-  
ta restitutione vulgari substituto preferatur. Expressum tot. in l. Quod si minor.  
24. S. Scævola 2. in fine. de minorib. ergo et transmissarius heres debet ex defunc-  
ti persona vulgari substituto preferri. Conseq. sic probant: Sicuti exorbi-  
tanti a Iuri regulis est Ius transmissiois novi conventionibus introducitur,  
sic et restitutionis beneficium, maxime contra substitutum, qui in casum  
repudiationis ex expresso testatoris iudicio ad hereditatem vocatus; et tamen  
etiam post repudiatam hereditatem in integrum restitutionis beneficium  
ad minoris heredem transferatur, qui post illud imperatorem vulgarem  
substitutum excludit: q. fortiori ratione transmissarius heres ad quem  
Ius ad eundem a defuncto nunquam repudiatum transferatur, debet vulgari  
substituto preferri. Expendunt 3. tom. quo tota machina nititur in l.  
Vnic. S. Cum autem. B. C. de Caduci, ubi postquam dixit Iustinianus, non  
aditam hereditatem minime nisi a quibusdam personis ad heredes posse trans-



transmitti, necessum esse concludit hereditatem, siquidem addita ab intestato 86  
non fuerit, ad vulgarem substitutionem perveniret. sentit igitur transmissivum  
heredem vulgari substitutione praeferi, et tum demum casus substitutionis existeret,  
cum intestatus nullo transmissario herede relicto ante additam hereditatem  
decedit = 1<sup>o</sup> et ult. inducunt tom. in l. Vic. C. de hi qui ante apert. tabul.  
heredit. transmitt. ubi decernit Theodorus, liberi usque ad tertium gradum  
in potestate n. exsistentes a Parentibus heredes scriptos, licet non sint invicem  
substituturi ante apertas tabulas, et additionem hereditatis decedentes ad liberos  
Ius adeunda hereditatis transmittere: q. si liberi sint invicem substituti,  
facilius juxta Theodorum Ius adeunda hereditatis transmittunt; implicatur  
enim dictio illa Licet facilitatem facit videlicet substitutionis casum complec-  
titur = Porro non praetera expendere ignorum ad rem tom. in d. l. 84. hoc tit.  
ubi si filius sive suus, sive emancipatus sit praeterito posthumo intestatus,  
et vulgarem accepit substitutum (quod supponendum esse animadverti.  
cap. 2. n. 15.) siquidem adhuc pendente posthumi natiuitate ante peritam decre-  
talem bonorum possessionem decederit, ejus heredi excluso substituto saluum esse  
decretali bonorum possessionis beneficium Papin. decidit: si q. transmissarius  
heres, qui ex Praetoria duntaxat aequitate ad decretalem bonorum possessionem  
vocatur, vulgarem substitutum excludit, Vigentiori ratione transmissarius  
heres, qui ex Imperiali beneficio ad hereditatem vocatur, debet vulgari sub-  
stituto praeferi =

N. 17  
Huius objectionibus ut satisfaciam, prima respondeo, verum  
quidem esse ita demum casum vulgari substitutionis existeret, si primo gradu  
intestatus nec hereditatem sibi acquisiverit, nec alterum mutata condit.  
heredem fecerit. d. l. 40. de hered. in test. cum similib. ex eo tamen potius in-  
ferri, quod si primo gradu intestatus ante additam decedat hereditatem  
ultimo ejus vitae momento casus vulgari substitutionis existeret; quisquis enim  
ante additionem decedit, nec hereditatem sibi acquisiverit, nec alterum  
transmissivum scilicet mutata conditioe heredem fecit, cum nec ultimo  
vitae momento transmissivum heredem habere dici possit; quia vivens  
heres non magis quam hereditas est. l. 1. de hered. vel act. vend. nec jam  
mortuus, cum in rerum natura non sit transmissivum possit heredem  
efficere, ut considerant Anton. Faber d. decad. 34. error. 5. n. 5. et seq. et Rich.  
in lectur. ad tit. de vulgari d. cap. 11. ex n. 57. Accedit quod quovis nove con-  
stitutionis transmissivum locum faciunt, qui ante additam decedit heredit.  
transmissivum heredem prima testatori non faciunt, sed sola constitutionum  
potestas Ius adeunda prioris hereditatis transmissivum heredi elargitur: cum  
ergo primo gradu intestatus ante additionem decedens nec se ipsum, nec alium  
mutata conditioe heredem fecerit ultimo ejus vitae momento casus sub-  
stitutionis existeret, quae transmissivum heredem submovet, qui idcirco  
quoad prioris hereditatis causam in intestati locum subrogatus dici non  
potest = 2<sup>a</sup> objectioni omnino Fabio d. decad. 34. error. 8. per totum. Responden-  
dum est, quod minori 25. anni primo gradu herede intestato, qui propter  
inconsultam avari facilitatem sibi delatam hereditatem repudiavit in  
integrum constitutionis competet beneficium ad hoc ut repudiatam adeat  
hereditatem. l. Ait Praetor. 7. S. F. Iod. 6. et S. R. emittitur. 9. de minorib. l. 1. et 2.  
C. si ut omniam heredit. q. 1. tanquam in minori bonis exsistens ad heredem ejus



transferta ex regula tōi. in l. Non solum. 6. de In integr. Restitut. l. Minor. 18.  
§. Ut. cum l. seq. de Minorib. Et quia in integrum restitutio omnia in patri-  
num statum reponit. d. l. 24. §. R. restitutio. Et eod. tit. quemadmodum minor ipse  
impetrata restitutione Vulgaris substitutum preferretur. d. l. 24. §. 2. in prin. sic  
et ejus hæres ex quo restitutionem ex defuncti persona meruerit, Vulgaris  
substituto preferretur; nam in integrum restitutionis transmissio sicut et cu-  
jusbet alterius rei in patrimonio existentis ex communi Jure proficiet  
tur; Juri autem ad eundem, aut deliberandi etiam inspecti Theodori, et Ju-  
stiniani constitutionibus in bonis non est, ut dixi superiori cap. num. 11. nec  
communi Jure, sed privilegio, et exorbitanti sola videlicet constitutio-  
num potestate ad hæredem transferretur, nec transmisiarius hæres, qui eo  
sola lege vocatus, potest Vulgarem substitutum, qui expresso testatori judi-  
cio natus, submovere. Hæc ipsa solutio sic clarius explicatur: Hæres  
minoris, qui hæreditatem repudiavit quoad petendam restitutionem, quæ  
in bonis minoris esse coepit, in ejus locum subrogatur, et post ipsam impe-  
trata ex defuncti persona Vulgarem substitutum excludit; transmisa-  
rius autem hæres quoad Juri prioris testatoris hæreditatem ad eundem, aut  
circa ipsam deliberandi, quod in intestati bonis non fuit, nec in ejus lo-  
cum subrogari, nec ex ejus persona potest Vulgarem substitutum excludere.

N. 18.

Nec nostræ sent. obliquæ expen-  
sus pro tertia objectione tōi. in d. l. Vnic. §. 3. C. de Caducis, ubi nihil mirum  
agit Justinianus, quam ut inter transmisiarium hæredem, et Vulgarem  
substitutum controversiam dirimat, et ut ex ejus serie constabit, caducorum  
materiam adeo ex ejus legi in ius Imperator adrogaverat, ut videri for-  
san possit, nullo unquam casu posse novam illam constitutionem hæredita-  
tis ad fiscum pertinere, vel quia aliquo saltem casu, novo etiam illo Jure  
attento potest fisci hæreditati vindicare, ut eum Justinianus demonstrat,  
non additam hæreditatem minime nisi a quibusdam personis ad defuncti  
hæredem transmitti posse præfatur, postea necessario esse asserit, quod si ex  
asse intestati hæres non adierit, siquidem datus substitutus fuerit, aut  
datus qualibet ratione non adierit ad legitimos successores, et si legiti-  
mi successores vel nulli sint, vel non adierint, ad fiscum hæreditas expec-  
tet; In hujuscæ autem Justinianæ decisionis terminis nullus adest  
transmissionis, et Vulgaris substitutionis conflictus; quod enim in ius  
non additam hæreditatem a quibusdam personis ad hæredem transmitti  
Justinianus scribit, exaudiendum sic est, si Vulgaris substitutus datus  
non fuerit; quod vero posse in casu non addita ab intestato hæreditatis  
Vulgaris substituto locum esse subjungit, quamvis etiam in Theodorianæ,  
aut Justinianæ constitutionis terminis verum sit ex jam dictis, et ad  
eos à Castillo referatur d. lib. 3. Controvers. cap. 13. n. 11. qui idcirco ex eo  
tōi nostram potius firmari sententiam asserat, si ex bona fide cen-  
sendum est, ad nostram non pertinet inspectionem; nam dum substituto  
locum fecit, transmisiarius hæres non meminisse Imperator, qui totus  
in eo fuit, ut ostenderet tunc fisco locum esse, cum nec à testamentariis,  
nec à legitimis hæredibus addita hæreditas fuerit, ut verba illa: nisi  
a quibus



à quibusdam personis, quasi per Parentes sint interfecta, debent cum hiis  
 que in eodem §. sequuntur, conjungi, ut advertit Anton. Faber. d. deced. 34. et d. n. 4.  
 cum duobus seqq. Nec magis obstat adductus pro quarta objectione tñ. in d. l. vñc.  
 vxi. Licet non sint invicem substituti. C. de hiis qui ante apert. tab. Illa enim Ver-  
 ba referri ad reciprocam inter institutorum liberorum factam substitutionem n. possunt,  
 quia implicativa dicitio illa Licet dubitabiliorum casum decidit, et minus  
 dubitabilem contrarium, quem implicat casum significat. l. Licet grati. 6.  
 Navar. Caupon. l. penult. Quemadm. servit. amitt. cum alij innumeri; pro-  
 fectò vero si Verba illa ad reciprocam inter liberorum factam substitutionem per-  
 tinerent, faciliorem esse transmissionem facta substitutione, quam si datus  
 substitutus non fuisset, denotarent, quod nec teneri quidem audeant Ad-  
 versarij, cum in casum non facta substitutionis expediri, et indubitabile  
 Ius transmissionis sit; facta autem substitutione etiam in eorum opinione  
 sub lite adhuc sit: Referenda itaque potius ad transmittentium descenden-  
 tes sunt, ut sensus sit in ejus constitutioni terminari ad descendentes Ius  
 adeunda hereditatis transmitti, licet igni Parentibus invicem substituti  
 non sint, id est n. mutuo, aut reciproce, sed invicem, seu defectu Parentum  
 substituti; nam si Parentibus fuissent substituti, eis ante apertam tab. et ad-  
 ditionem decedentibus existente casu substitutionis Theodoriano beneficio in-  
 perhabito communi Iure circa dubium Ius adeunda hereditatis obtine-  
 rent ex causa substitutionis, prout in hac re Veritatem agnoscentes eum  
 textum vel ex adversarij precipue interpretantur Anton. Gomez d. tom.  
 1. Varias. cap. 9. num. 50. Pachin. d. lib. 4. Conrov. cap. 62. in fine. Vela d. d. i. et.  
 15. n. 99. cum seqq.

N. 19.

Denique nec nostram sen. <sup>am</sup> memorata, quamvis difficulte  
 videri possit perpenus pro ultima objectione tpi. in d. l. 89. h. tit. nam  
 et si nullum habeam, quem sequar, dicendum existimo, quod in ejus sen-  
 ponendum quidem necessariò est instituto filio sive suo, sive emancipato  
 datum coheredem ob vulgarem substitutum fuisse, ex hiis, quæ ut cum A-  
 fricano in d. l. 16. de Liber. et Posth. hunc Papinianum tom. conciliarem, dixi  
 cap. 2. n. 15. ita tamen ut quod Papinian. scribit institutum filium et si in-  
 tati Iuribus gaudeat, pendente posthumi natiuitate decedente civili Iure nec  
 ex testam. nec ab intestato suum heredem existere, nec ad heredem paternam  
 hereditatem transmittere, ita procedat, si datus coheres, aut vulgari substi-  
 tutus fuerit ex dicti num. 12. Et similiter quod postea subjicit, sic instituto  
 filio decretalem bonorum possessionem a Prætoribus decerni æque Verum sit,  
 si vulgari substitutus ac si coheres datus igni fuerit; Quod vero ex eo tem-  
 tu colligitur, et expressius traditur in l. Sed et si. 5. juncto §. vñc. leg. præ-  
 ced. de Bonor. possen. contra tab. quod et si filius omnino posthumo institutus  
 adhuc pendente posthumi natiuitate ante peritam decretalem bonorum  
 possessionem decederit, ejus heredi salvum bonorum possessionis commo-  
 dum est, ad dati coheredi terminos restringatur, nec ad casum facta  
 substitutionis porrigatur, ut sic integra Veritasque tpi. sen. hac sit: Fili-  
 us omnino posthumo institutus, cui coheres, aut vulgari datus substitutus  
 fuerit, intestam dum posthumi natiuitas pendet, quamvis civili Iure nec ex  
 testamento, nec ab intestato ad paternam successionem Vocetur, decretalem



potest bonorum possessionem accipere, eamque semel acceptam etiam pendente  
posthumi natiuitate decedens ad quemcumque successorem transmittere; at si  
pendente posthumi natiuitate ante peritam bonorum possessionem decederit, si qui-  
dem cohaeredem habuerit, ejus haeredi bonorum possessionis competere beneficium;  
Si non autem vulgarem substitutum acceperit, ejus haeredi bonorum possessio denega-  
tur, et casus substitutionis experiet. Differentia tamen ex noui principij nati-  
uitas: Cohaei sola legi potestate iuratur, substitutus et testatoris et legi si-  
mul dispositione substituitur: facilius igitur transmissarius haeres, qui ex Prae-  
sua aequitate ad decretalem bonorum possessionem vocatur, cohaeredem quam Vul-  
garem substitutum excludit ex dicitur num. 16. Hoc ipsum in transmissionibus  
ex noui constitutionibus descendentes contingere cernimus, quae ex eadem  
ratione per cohaeredit adjectionem non impediuntur, ut expresse probat tot.  
in d. l. vnic. Veri. seu cum extantibus. C. de his qui ante apert. tab. per vulgarem  
autem substitutionem excluduntur =

N. 20.

Verum adhuc in turo non sumus; qui enim  
Ius transmissionis propter sanguinis vinculum constitutione introductum  
Theodoriana, Iure substitutionis potestatis esse auerant, eam opinionem sic  
fundant: Ius transmissionis, quod ex iuratis potestate dimanat, ut vidimus  
ex num. 1. vulgari substitutioni praefertur: g. et transmissionis Ius ex Theodori-  
ana constitutione descendens debet vulgari substitutioni praeferi. Coniug.  
sic probant: Quia iuris haeres ipso Iure paternam hereditatem acquirit, et  
eam tanquam iam quam transmittit, transmissarius ejus haeres vulgari  
substituto praefertur; sed liberi, de quibus Theodoriana loquitur Constitutio,  
ipso Iure paternam, vel maternam hereditatem acquirunt, et ad potestates  
tanquam acquirunt transmittunt: g. transmissarij eorum haeres debent  
vulgari substituto praeferi. Minorem probant ex littera tot. in d. l. vnic. Cod.  
de his qui ante apert. tab. jam in illi verbis: De hereditatem sibi hereditariam por-  
tionem potestatis transmittere, quibus et illa Rubrica correspondet: hereditatem  
transmittunt, quae iam acquirunt hereditatem significant; alioquin non  
hereditas ipsa, aut hereditatis portio, sed ad eundem Ius transmitti dicitur,  
prout de transmissione Iuris deliberandi loquitur Iustin. in d. l. 19. C. de Iure  
deliber. Iam in illo verbo Vindicare; nec enim transmissarij haeres potest ha-  
reditatem vindicare, quae ad ipsos tanquam acquirunt transmissa non fuerit;  
nam id dicitur vindicari, quod proprium est. l. In rem actio. 23. de Rei  
Vindic. l. Qui natus. Murui. 27. §. Argentis. 2. de auro, et argente. leg. Jam deniq.  
in illi verbis: Si tamen hereditatem non recusant; nam ea dicitur haere-  
ditas recusari dicitur, quae acquirunt iam est. l. Si filius. 1. C. de vulgari; quae  
vero acquirunt nondum est, non recusatur, sed repudiatur: Cum g. transmissa-  
rij haeres, de quibus Theodorius ad se transmissam, quam amittunt heredita-  
tem, recusare, n. repudiare dicitur, hereditas Theodoriana constitutionis  
potestate tanquam iam acquirunt transmittitur, ac proinde Ius transmissionis  
ex ea constitutione dimanans ad ejus iurata, quod ex iuratis potestate profi-  
citur, debet vulgari substitutioni praeferi =

N. 21.

Pro cuius difficultatis solutione  
dicendam est, libero, de quibus Theodoriana loquitur Constitutio, n. quidem  
hereditatem tanquam acquirunt, sed ejus solum ad eundem Ius ad decedentes  
haeres transmittere, et sic huiusmodi transmissionem ad iurata Iuris  
deliberandi transmissionis per vulgarem substitutionem excludi. Nec  
contra.



Contrarium probat *epi. in d. l. vnic. C. de his qui ante apert. tabul. cujus Verba*  
*illa: Hereditatem, et hereditariam portionem nihil aliud, quam Ius adeundi, et*  
*succedendi, seu hereditatem acquirendi significant; Nec minus id videtur, cum*  
*Iustinianus ipse, qui de Iusu deliberandi transmissione pertractans, n. heredita-*  
*tem, sed Ius adeundi, et succedendi transmitti proprie dicit in d. l. 19. C. de Iure de-*  
*liber. dum de duabus huic transmissionibus, quae ex potentia sanguinis, et capite*  
*Iusu deliberandi oriri vulgo dicuntur, sermonem institueret, in earum constitutio-*  
*num terminis scripserit hereditatem transmitti in d. l. vnic. 5. In novissimo. 5. Ver-*  
*vo. Exceptu. et 5. Cum autem. 3. in prin. C. de Caduc. quibus in locis hereditari no-*  
*mine nihil aliud quam Ius adeundi, et succedendi denotari vel Adversarios*  
*ipos fatari necesse est, cum in eorum etiam sententia quoties de Iusu delibera-*  
*di transmissione tractatur, non hereditas, sed solum ejus adeunda Ius transmi-*  
*tti proprie, et rigore dicitur: Cum ergo de Praeque transmissione indistincte Iu-*  
*stinianus loquatur, quoad utramque per hereditatem solum Ius adeundi, et succe-*  
*dendi denotavit; quo etiam sensu accipiendus Theodonius est. Nec magis rigor*  
*Verbum illud Vindicare, quod etiam proprie, stricteque sumatur, contraria opinio-*  
*ni non favet; nam transmissarij sicut et caeteri quilibet heredes ubi semel*  
*adierint, petitioni hereditarij iudicio possunt hereditatem vindicare. l. 4. et*  
*per totum tit. ff. et C. de Pet. heredit. Ex eo autem quod transmissario heredi-*  
*postquam adierit, hereditarij competat petitio, seu vindicatio, non inferunt, quod*  
*ad eum tanquam acquirita transmissa hereditas fuerit; nec quod transmissa-*  
*rij in d. l. vnic. hereditatem tanquam sibi debitam vindicare dicuntur, ali-*  
*quam contradictionem involvit; Nam paterna, vel materna hereditas, ex quo*  
*liberis defertur, ante additionem ipsis quasi debita naturali Iure censetur. l. 1.*  
*Nam et. 15. de Inoffic. testam. l. Scripsero. 7. ff. Si tabul. testam. null. exab. l. 1.*  
*Cum ratio. 1. in prin. de Bonis damnat. et a transmissarij descendentes tan-*  
*quam ex delationi tempore debita post additionem petitioni hereditarij*  
*iudicio vindicantur. Tandem nec refragantur Verba illa: Si tamen heredita-*  
*tem non recusent, quia et non acquirita hereditas saepe dicitur recusari, ut*  
*in extraneis heredibus videre est, qui hereditatem, quam ante additionem*  
*non acquirunt, recusare dicuntur in l. Recusare. 6. in prin. l. 1. de iur. 65.*  
*5. Si pupillo. 3. Veri. Si autem ad Trebell. cum alij. 5. Sed quia heredes. 5. cum*  
*duobus. seqq. In iur. de fidei comm. heredit. et hereditatem recusare sive de*  
*suo, sive de extraneo herede loquamur proprie nec se abstinere, nec repudi-*  
*are est, sed se non immiscere, aut non adire, inter quae duo multum intere-*  
*constat ex his, quae tradit Cusac. lib. 20. quaest. 1. Papin. in l. Imperator. 70. de*  
*leg. 2. Ex eo igitur quod decernit Theodonius transmissarij descendentes sequi-*  
*dem hereditatem non recusent, eam vindicare posse, sine Ratione deducta,*  
*quod hereditas ejus constitutionis potentate tanquam jam acquirita trans-*  
*missa =*

255

N: 22.

Unde etiam transmissarius sui heredi heres, ad quem jam paterna  
 hereditas jam acquirita transmittitur, vulgari substituto praefertur, trans-  
 missarij tamen descendentes, ad quos solum adeunda hereditarij Ius ex  
 Theodoniana constitutione transferretur, a vulgari substituto excluduntur. Il-  
 lud nimirum inter transmissionem ex iuritari potentate dimanantem, et  
 reliquis transmissionis species intereunt, quod transmissarius sui heredis



hæres etiam quoad paternam hereditatem, quæ in eum jam acquisita trans-  
fertur, suo hæredi immediate, et proximè hæres erit, quamvis mediata,  
et remote patris etiam hæres esse dici possit. ex regula tñ. in l. vlt. C. de hæred.  
inst. cum similib. Transmissarij autem ceteri quoad primam hereditatem,  
cujus adeunda solum Ius ad ipsos transmittitur, post ejus additionem priori  
dumtaxat defuncto, non etiam transmittenti hæres erunt; nam cum trans-  
mittenti nec dum superstiti fuit, eam hereditatem adierit, nec post mortem  
suam ubi transmissarius adijt, hæres esse dici possit, nullo sensu quoad  
eam hereditatem transmissarius transmittenti hæres efficiatur. Minus poro  
quam transmissarius sui hæredi hæres adierit, sui hæredi creditores sepa-  
rationem impetrant. juxta tom. in l. 5. t. et 2. de Separat. Iure derivabunt  
ex transmissæ etiam paternæ hereditatis bonis, quæ suo hæredi fuerunt ipso  
Iure quærita, sibi satisfieri; ex contrario autem si postquam reliqui transmissa-  
rij utramque hereditatem adierint, transmittenti creditores separationem  
obtinuerint ex ejus hereditatis bonis, cujus adeundi Ius transmissum est,  
sibi satisfieri frustra postulabunt, imò transmissariorum creditores ex hu-  
jusmodi etiam bonis, quæ nunquam transmittenti, sed solum transmissarij  
fuerunt ex tempore additionis quærita, poterunt quod sibi debeat con-  
sequi, ut cum pluribus fundat Salgado in Labor. credit. 2. p. cap. 25. ex n. 68.  
Vique ad num. 93. quamvis in judicando, et censulendo contrarium observan-  
dum censeat, videndum omnino ex n. 94.

N. 23.

Vno tamen casu transmissionis  
Ius Theodosiana constitutione introductum Vulgari substitutioni præferri  
si scilicet transmissarij descendentes post ejus ascendentis obitum fuerint  
concepti, de cujus hereditate transmittenda tractatur, illa voluntatis coniec-  
tura suadere videtur, quod videlicet testator de non dum conceptis descendentibus  
substitutionem faciendam tempore non cogitavit; Verosimile autem est, quod  
si de ipsi cogitaret, eos potius quam substitutum sibi succedere maluisset, cum  
credendus nemo sit, alienas successiones proprijs antepone, ut probant  
ab argum. elegantes ad rem tom. in l. Cum avu. tot. de Condit. et Demons.  
l. Generaliter 6. Verum. Cum autem Cod. de Inst. et Substit. l. Cum a cu-  
tissimi. 30. Cod. de fidei comm. in quibus si filius, vel nepos post mortem suam  
hereditatem restituere rogatus liberis postea susceptis Vita decernerit, ex pie-  
tatis coniectura liberi à gravato hærede relicti, fidei commissario præferun-  
tur, quia scilicet de ipsi testator non cogitavit, et si cogitaret, eos fidei com-  
missario similiter prætulisset, ut latius eorum Iurium materiam prosequen-  
tes docent Anton. Gomez tom. 4. Variar. cap. 5. ex num. 32. et plures alij  
ab ejus additionatore Aylton Laynez concepti ex num. 34. Verius tamen  
est, Vulgarem substitutum eis etiam transmissarij descendenti bus præfe-  
ri, qui post ejus ascendentis obitum fuerint concepti, de cujus hereditate  
tractatur; superior etenim pietatis coniectura, quæ efficit, ut liberi à  
gravato hærede suscepti post ejus ascendentis obitum, qui fidei commissum  
reliquit, fidei commissario præferantur in d. l. tot. de Condit. et Demons. cum  
similibus, in causa esse non poterit ad hoc, ut transmissarij descendentes, de qui-  
bus Theodosius, et si post ejus ascendentis mortem suscepti, de cujus heredi-  
tate



tate tractatus, Vulgarem substitutionem excludant. Cujus differentia inter fidei-  
 committariam, et Vulgarem substitutionem Ratio, quam laudari supra sententia  
 nostra Patroni n. arguunt, in eo meo quidem iudicio est, quod fideicommissaria,  
 sicuti ex sola conjecturata testatoris voluntate potest induci. l. Cum proponebatur. 64.  
 de leg. 2. cum similib. sic et per voluntariam conjecturam potest excludi; Vulgaris au-  
 tem, quae ut potest directa secunda institutio expressa verba requirit, nec ex con-  
 jecturata inducitur voluntate. l. Haeredi palam. 21. qui testam. facer. post. l. Iubemus.  
 29. C. de Testam. excludi per voluntariam conjecturam non potest. ex Vulgari Reg.  
 tui. in l. Prout. 80. de Solutione l. Nihil. 35. de Reg. Iur.

N. 22. fin.

Quod hucusque diximus  
 Excepta transmissione, quae ex iuratus potestate dimanat, Reliquas transmissio-  
 nis species per Vulgarem substitutionem impediri non modo in transmissioni-  
 bus novis constitutionibus introductis procedunt, verum et ad transmissiones  
 praeterita, vel civili aequitate olim inductas spectat, de quibus late diximus.  
 l. cap. ex num. 29. cum in omnibus non hereditas tanquam acquisita, aut  
 bonorum possessio tanquam agnita, sed solum ad eunda hereditatis, aut agnos-  
 cenda bonorum possessionis Ius transmittatur, quod ex iam dictis Vulgari sub-  
 stitutioni proponitur. Quae tamen omnia sic necessario intelligenda tandem  
 Ex primo, si scilicet Vulgaris substitutus delatam sibi ex causa substitutionis ha-  
 reditatem adierit, quo casu cum effectu transmissionis haereditas excludit; at  
 si hereditatem repudiaverit, vel ante ejus additionem deceiserit (ignorans  
 scilicet, vel elapso deliberandi tempore, alioquin et ipse deliberandi Ius ad  
 heredem transferret ex d. l. 19. C. de Iure deliber.) transmissarij hereditas est  
 locus, ita ut transmissionis Ius existente casu substitutionis non statim ex-  
 tinguat, sed in pendentia sit, quia testator in eum dumtaxat casum trans-  
 missionem per substitutionem impedire voluisse censendus est, quo substitutus  
 hereditatem adierit, non si repudiaverit, ut ad argum. mihi probat ele-  
 gant ad rem tui. in l. Sicut. 8. S. Venditionis. 11. Quis. mod. pign. vel hypoth.  
 solv. ubi si creditor rem sibi pignori obligatam debitori legare permiserit,  
 ita demum cum effectu pignus extinguitur, si a legatario agnatum legatum  
 sit, non si repudiatum: ergo pariter ita demum hereditatis transmissio per  
 Vulgarem substitutionem extinguitur, si substitutus delatam sibi adierit  
 hereditatem. Hoc ipsum sequenti paritate demonstratio: Itademum per paterna-  
 na hereditatis transmissionem, quae ex iuratus potestate dimanat, Vulgaris  
 extinguitur substitutio, si transmissarius sui heredi haereditatem se  
 immiscuerit hereditati; alioquin si se abstinuerit, Praeterea Iure substit-  
 utus ad secundum tabulas bonorum possessionem vocatur, ut dixi numero 10.  
 Ergo similiter e converso ita demum Reliquae transmissionis species per  
 Vulgarem excluduntur substitutionem, si hereditatem substitutus adie-  
 rit; alioquin si vel eam repudiaverit, vel ante ejus additionem dece-  
 serit, transmissarij hereditas loci erit. Haberi, Secretarios Nobilissimi,  
 integrum de Transmissione hereditatis tractatum, in quo si qua vobis  
 grata, neque observata Vulgo, non tenuitati nostrae, sed immaculata Dei  
 genitrici superno iuramini accepta referatur die duodecimo Kalend. Iulij  
 pandere Vela desinit secundum fons Iuris prudentiae meae perierimus




Præceptor D. Ioannes de Puga, et Ferris, cuius ingenium in toto Orbis circui-  
 tu ipsa celebritas unicum acclamat, et in non tranquillo invidorum  
 mari, si superbas exidet Undas, aduerso Neptuno siccibus  
 scater, in cuius uberrimis, et amenissimo eloquentis  
 campo Viridaria aliqua florenti gyro, Veniam  
 Ego nanciscar! Et si qua, cura Vigilantis  
 laborante, collegerim, cedat in honorifi-  
 cam laudem Dei genitrici Virginis  
 Maxie de Candelaria, sub cuius  
 iuuantine, si felicissimum non  
 parvi meorum studiorum labor  
 cui præmium spero, tanto ma-  
 gis cœlestialem Beatitudi-  
 nem in eius piissima in-  
 tercessionem confidam  
 Humillimæ preces  
 et spectant



Finis hujus tractatus de Transm. &c.














UVA.BHSC



UVA.BHSC





UVA. BHSC



100

100

UVA BHSC